


Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/cartulairedelabb02ange

CARTULAIRE

DE

SAINT-AUBIN D'ANGERS

Le Cartulaire de Saint-Aubin d'Angers a été publié par la Société d'Agriculture, Sciences et Arts d'Angers, comme tomes I, II et III des Documents historiques sur l'Anjou. En dehors des exemplaires appartenant à la Société, il a été tiré des trois volumes, cent cinquante exemplaires, sur papier fort, tous numérotés.

N° XVII

B B

MAMERS. — TYP. G. FLEURY ET A. DANGIN. — 1903.

CARTULAIRE

DE L'ABBAYE DE

SAINT-AUBIN D'ANGERS

PUBLIÉ PAR

LE COMTE BERTRAND DE BROUSSILLON


AVEC UNE

TABLE DES NOMS DE PERSONNES ET DE LIEUX

PAR

EUGÈNE LELONG


TOME II



PARIS

ALPHONSE PICARD ET FILS

1903



THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S
COLLEGE
LIBRARY

JAN 4 1937

8950

CARTULAIRE

DE L'ABBAYE

DE SAINT-AUBIN

D'ANGERS

ABBAYE ET OFFICES CLAUSTRAUX [1]

CCCXCIII. — Acte faux. — 808, 17 juillet, Aix-la-Chapelle. — PRÉCEPTE PAR LEQUEL CHARLEMAGNE ET LOUIS LE DÉBONNAIRE CONFIRMENT LES POSSESSIONS DE SAINT-AUBIN [2]. (Copie de la main de Baluze, Bibliothèque Nationale, Baluze, vol. 139, p. 333.)

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Karolus, gratia Dei, rex, et filius ejus, Ludovicus.

Quicquid ecclesiis Dei imperiali munere conferimus sive concedimus, hoc nobis et ad presentis vite prosperitatem et ad futuram beatitudinem capessendam liquido provenire confidimus.

Noverit igitur sagacitas fidelium tam presentium quam futurorum quod reverendi fratres ex monasterio Sancti Albini, culminis

(1) Avec ce chapitre commence la série des actes additionnels au Cartulaire du XII[e] siècle. Nous avons, dans notre Introduction, expliqué l'économie de ce travail complémentaire.

(2) Bien que les formules employées dans cet acte soient, en général, celles usitées dans les diplômes carolingiens, la fausseté de la pièce prise dans son ensemble ne saurait cependant être contestée. On ne connaît, en effet, aucun diplôme émané à la fois de Charlemagne et de Louis le Débonnaire, et ni l'un, ni l'autre de ces empereurs n'a eu de chancelier du nom de Gozlin.

nostri adientes serenitatem, obtulerunt obtutibus nostris precepta regalia predecessorum nostrorum regum Francorum, in quibus nominabantur quedam ville regio munere eidem abbatie collate, videlicet :

In pago Andegavensi : Clementiniacus, Campaniacus, Silviniacus, Pinciacus, Segniacus, Papirius ;

In pago Cenomanensi, Loconacus ;

In Britannia, Salliacus ;

In Niustria, Britonis villa.

Pro firmitate igitur rerum postulaverunt nos jamdicti fratres ut, predecessorum nostrorum regum Francorum monita sequentes, per auctoritatis nostre munimen res istas confirmaremus. Quorum petitioni consentientes, decernimus atque jubemus prenominatas villas cum omnibus appenditiis suis, ecclesiis, terris cultis et incultis, silvis, pascuis, vineis, pratis, aquis aquarumque decursibus et molendinis, [cum omni] integritate, eorum usibus perpetualiter deservire : ea scilicet ratione ut nec ullus homo, neque rex, neque tribunus, neque comes, neque abbas istius loci a loco vel ab isto sacro cenobio abstrahere licentiam habeant neque venundandi, neque mutua vicissitudine prestare.

Si quis vero inimicus resistere voluerit nostre defensioni et auferre temtaverit, jubemus atque obtestamur, sub prenotatione Dei omnipotentis, hujusce nostre auctoritatis contemptoribus esse multandos et sexcentorum solidorum auri ad purum excocti pena multetur, ea videlicet ut due partes in ditione memorati monasterii, tertia vero in jus cedat fisci.

Ut autem hujus nostre largitionis auctoritas pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatis vigorem, annulo nostro subter eam assignari jussimus.

Goslenus cancellarius scripsit.

Data XVI kalendas augusti, octavo anno, indictione VI [1].

Actum Aquisgrani palatio.

In Dei nomine.

(1) Cette date incomplète semble avoir été empruntée à l'acte n° XI, dont nous avons précédemment indiqué le caractère suspect.

CCCXCIV. — 974, janvier. — AUBERT, ABBÉ DE SAINT-AUBIN, DONNE EN MAINFERME A UN NOMMÉ FOUCOIN UNE TERRE SISE A NOYAU. (Pancarte du XI[e] siècle, Archives de Maine-et-Loire, H. 100, fol. 74.)

In Dei nomine.

Albertus, abbas monasterii Sancti Albini Andegavensis.

Notum sit omnibus fidelibus sancte Dei ecclesie quia postulavit nos quidam homo, nomine Fulcouinus, et uxor sua, Maria, ut eis ex rebus nostris aliquid ad censum concederemus.

Quod et fecimus.

Est autem ipsa terra in villa Noialt, videlicet quicquid Sanctus Albinus habere videtur exquisitum et inexquisitum, ea scilicet ratione ut, annis singulis, missa Sancti Albini que est kalendas marcias, in censum persolvant denarios duodecim. Si vero de eodem censu tardi aut negligentes extiterint, licentiam habeant legaliter emendandi, et ipsam terram non perdant, sed faciant ex ea quicquid voluerint, sicut mos est ipsius pagi, salvo jure ecclesiastico ; post obitum denique eorum constituant heredem quem melius elegerint.

Hanc autem cartam ut firmior veriorque credatur, manu propria manibusque fratrum nostrorum roborare decrevi[mus].

Actum Sancti Albini monasterio, publice.

Albertus humilis abbas huic manuifirme fieri jussit et firmare rogavit hortantibus fratribus.

S. Geyloni monachi. S. Gyrardi. S. Wikardi monachi. S. Widonis monachi. S. Herberti monachi. S. Walterii. S. Gonterii. S. Bernonis. S. Albuini. S. Ulgerii. S. Rainaldi. S. Humberti. S. Constantini monachi. S. Heldeberti monachi.

Amalricus monachus et levita scripsit et subscripsit.

Datum mense januarii, regnante Hlotario rege anno XVIIII.

CCCXCV. — 998-1001. — CHARTE PAR LAQUELLE UN NOMMÉ FRÉDÉRIC FAIT DON A SAINT-AUBIN D'UNE FAMILLE DE COLLIBERTS, D'UNE TERRE ET D'UNE PÊCHERIE, LE TOUT AVEC L'ASSENTIMENT

DE FOULQUES NERRA. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 82; copie, B. N., latin 12658, fol. 164. — Imprimé par Marchegay, *Bibliothèque de l'École des Chartes*, XVII, 419.)

In Dei nomine, Fridricus.

Notum immo et percognitum esse volumus cunctis sanctae Dei ecclesiae fidelibus quoniam adiit me quidam abbas ex monasterio Sancti Albini, vocabulo Girardus, ut ei ex rebus, tam monachis ex supradicto monasterio, quas ex beneficio senioris mei Fulchonis comitis tenere video, eis ad censum concederem, hoc est collibertum unum, Berno nomine, cum uxore et infantibus ejus, cum terra que vulgariter vocatur Lagonna, et aquam que rustice dicitur Fossa Morin, et omnia quicquid mihi in ipsa terra vel in aqua cognoscitur esse meo beneficio.

Qui peticioni eorum annuens, cum voluntate senioris mei Fulchoni, concedo [tam] ipsi Sancto Albino quam cuncte congregationi ejus, tam collibertum et ejus familia quam terram vel aquam ad picatoria facienda, omnibus diebus quibus orbita hujus seculi volvitur.

Idcirco hanc cartam eis concedo sub institutione census annuatim, ut in censum persolvant annis singulis, missa sancti Albini que caelebratur kalendas marcii, solidos quinque, et amplius eis non requiratur.

Est autem ipsa terra et ipsa aqua sita in pago Andegavo. Terminatur autem ipsa terra ex una parte terris Hermenlandi, et alia via publica.

Haec autem carta, ut firmior sit veriorque credatur, manu propria manuque senioris mei, tam [1] fide[lium ejus subter adfirmare curavimus.]

CCCXCVI. — Acte faux. — 1015, 2 mars. — CHARTE PAR LAQUELLE FOULQUES NERRA FONDE DANS L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN UN

(1) Ici s'arrête le texte donné par Marchegay; nous y ajoutons les cinq derniers mots, qui ont disparu de l'original dont la dernière ligne a été coupée, et qui nous sont fournis par la copie de la Bibliothèque Nationale (latin 12658, fol. 64), restée inconnue du savant auteur du travail sur *Les colliberts de Saint-Aubin d'Angers*.

OFFICE DE CHAMBRIER QU'IL CONFÈRE A SON PARENT, ARTUS DE CRAON, ET DONT LES TITULAIRES SUCCESSIFS DEVAIENT ÊTRE A PERPÉTUITÉ DÉSIGNÉS PAR LES ABBÉS DU MONASTÈRE. (Prétendu original aux Archives Nationales, K. 18, nº 4. — Imprimé par Ménage, *Histoire de Sablé*, p. 342)[1].

CCCXCVII. — 1027-1036. — NOTE RELATIVE A DES RELIQUES CONSERVÉES DANS L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN. (Copie, B. N., Dom Housseau, nº 352.)

Tempore Fulconis, Andegavorum comitis, et domni Huberti episcopi, reserate sunt pariter he due capse a domno Primoldo, abbate Sancti Albini, presentibus quibusdam suis monachis et jussu ipsius comitis. Invente sunt intus reliquie. Multo cultius sunt reposite in loculum ab eodem comite eis instructum in honorem ipsorum sanctorum, cum decenti totius monasterii decoratione.

Sed et scripta in singulis capsis inventa taliter notificabant sanctorum nomina :

HIC SUNT CORPORA SANCTORUM LAUTHONIS, RUMPHARII ET CORONARII, DE PAGO CONSTANTINO. — FACTUM X KALENDAS OCTOBRIS, IN FESTO SCILICET SANCTI LAUTHONIS.

HIC SUNT CORPORA SANCTORUM MARCULFI, CARRULLI.

CCCXCVIII. — 1038-1049. — NOTICE DE L'ACHAT FAIT PAR L'ABBÉ GAUTIER AU PROFIT DE SAINT-AUBIN D'UNE PARTIE DE LA PROPRIÉTÉ DU MOULIN DE LA VERGNE, SITUÉ PRÈS DE CELUI DE PRIGNES. (Pancarte du XIe siècle, Archives de Maine-et-Loire, H. 100, fol. 74.)

Hamelinus, filius Archenulfi, vendidit abbati Walterio Sancti

(1) Cette pièce est exposée au Musée des Archives Nationales sous le nº 93. « Faux honteux, dit Boutaric, rédacteur de la notice insérée dans la description du Musée, que l'on n'expose que pour faire ressortir la différence de cette misérable invention avec les diplômes sincères. Le fonds et la forme sont également controuvés. On y fait dire au comte Foulques que l'abbaye de Saint-Aubin a été fondée par son père, pour que les moines de cette abbaye priassent pour le roi et le royaume. Ce faux paraît avoir été fabriqué au seizième siècle à l'aide de diplômes anciens. »

Albini ac monachis partem quam habebat molendini Vernie et excluse, id est tertiam partem molendini et piscariae que unquam exiet de porta et molendino, et ad reddendos illi duos denarios de censu, et ad reddendam tertiam partem quatuor denariorum de palagio quod est ultra molendinum versus Petrignas, et eo tenore ut similiter eant homines terre illius ad molendinum, sicut antequam vendidisset Sancto Albino.

Istam convenientiam fecit et firmavit Hamelinus, et audivit Gaufridus, ex sua parte, et Aynardus et Rotbertus ; et de parte Sancti Albini : Letbaldus, Arnaldus, Odo nepos Engelerii monachi.

CCCXCIX. — 1038-1049. — CHARTE DANS LAQUELLE L'ABBÉ GAUTIER RELATE LA VENTE FAITE A SAINT-AUBIN PAR BOUCHARD DE BRIOLLAY, TRÉSORIER DU CHAPITRE DE SAINT-MAURICE, D'UNE TERRE SISE A ÉCOUFLANT. (Pancarte du XI[e] siècle, Archives de Maine-et-Loire, H. 100, fol. 74.)

Nimis est utile ut quedam que faciunt monachi studiose notentur ne, illis ab hac vita decedentibus, ipsorum actio funditus sine memoria pereat. Prodest etenim plerumque successoribus contra hujus seculi nequam hominum astutias, si rerum suarum quas debent jure tenere habeant scriptum.

Hujus igitur rei discretionem rectam proficuamque, ego, Walterius, loci Sancti Albini abbas, seniores quoque nostri dijudicantes, posteris nostris vice nostra fruituris notificare volumus quod de Burchardo, Sancti Mauricii thesaurario, septem arpennos de terra ad Conflens comparavimus, unde ei, II nonas septembris, ad festivitatem Sancti Marcelli martyris, censum, duos scilicet solidos et quatuor denarios, in ipsa terra reddimus.

Hanc autem comparationem palam et coram testibus fecimus, consensu et voluntate fratris ipsius, nomine Ingelgerii, suorum quoque filiorum, Widdonis, Ingelgerii, tali conventu ne in supradicta terra ullam dominandi potestatem, nec ipse, nec ullus hominum, umquam preter vicariam tantummodo habeat.

Hi sunt testes : Widdo thesaurarius postea monachus, Boso, Laurentius, Erchembaldus, Raginaldus, Ainsbertus et multi

plures, quorum nomina hac de parte non potest recipere membrana.

CCCC. — Vers 1050. — FRAGMENT DU ROULEAU MORTUAIRE DE GIRARD, MOINE DE SAINT-AUBIN, DÉCÉDÉ UN 19 SEPTEMBRE. (Copie du XVIIe siècle, B. N., Baluze, vol. 108, fol. 308[1]. — Imprimé par L. Delisle, *Rouleaux des Morts*, p. 125-133)[2].

Tertio decimo kalendas octobris obiit Girardus, monachus Sancti Albini.

CCCCI. — 1062, 31 mai. — NOTICE CONSTATANT L'AFFRANCHISSEMENT D'UN COLLIBERT DU NOM DE GOSSELIN. (Copies, B. N., Du Chesne, vol. 22, fol. 109 ; Dom Housseau, n° 656. — Imprimé par Marchegay, *Bibliothèque de l'Ecole des Chartes*, XVII, 422.)

Hamelinus, militaris vir et vavassor illustris, cum esset jam provectae aetatis, (et), post decursam tam longo tempore militiam, magis jam exspectaret in pace quam gladio finire vitam, secundum dispositionem Dei creatoris, in cujus manu mors et vita consistit, ab occursantibus de improviso inimicis crudeliter occisus est.

Cujus corpus cum traderetur sepulturae in cimiterio beati

(1) Par suite d'une méprise inexpliquée, les fragments conservés du rouleau de Girard sont intercalés dans la copie du fonds Baluze au milieu du rouleau de Guifred, comte de Cerdagne, décédé à l'abbaye de Canigou, au mois de juillet 1050.

(2) Tout ce qui nous est parvenu des rouleaux des morts de l'abbaye de Saint-Aubin ayant été publié, en 1866, par M. Léopold Delisle, nous croyons inutile de réimprimer des textes édités d'une façon définitive. Nous nous bornerons donc à signaler à leur date les rouleaux ou fragments de rouleaux qui nous ont été conservés et à en extraire les quelques renseignements qui intéressent l'histoire même de l'abbaye de Saint-Aubin. Nous renvoyons donc à l'édition de M. Delisle pour l'encyclique en vers qui précède la mention de la mort de Girard et pour les vingt-neuf *tituli*, les uns en vers, les autres en prose, qui y font suite.

Albini confessoris Christi, anno ab incarnatione domini nostri Jhesu Christi MLXII, indictione XV, II kalendas junii, devota Deo conjux illius, Hildeburgis, filiique eorum, Hubertus atque Giraldus, et dolore confecti et de anima dilectissimi patroni sui solliciti, pro remissione peccatorum ejus, Goslenum collibertum suum ab omni jugo nativae servitutis, quantum in ipsis erat, absolverunt et liberum esse in perpetuum cum omnibus suis permiserunt.

Ipse autem libertus factus, postmodum superiorum seniorum, de quorum beneficio in jus predicti Hamelini descenderat, auctoritatem et firmitatem diversis opportunitatibus temporum et perquirere et impetrare studuit, sicuti subinserta declarant signa, omnium quorum interfuit nominibus titulata.

Testium sane qui, ad tumulationem defuncti adstantes, primam libertatis donationem viderunt, ista sunt vocabula : Otbrannus abbas Sancti Albini, Achardus abbas Sancti Nicholai, Ansierus decanus Sancti Mauricii, Rainaldus archidiaconus, Goffredus Sanctonicus archidiaconus, Gauffridellus canonicus Sancti Mauricii, Odo presbiter et canonicus, Hugo senescallus episcopi, Hamelinus miles interemptus, Fulcoius vicarius Sanctae Mariae, Girardus miles de Charceio, Paulinus filius praefati Gosleni, Berno frater ejus, Albericus frater ejus, Goffredus frater ejus, Rainaldus Buthi, Tetbaldus de Noileto, Wido mercator, Dagobertus mercator, Rainaldus miles, filiaster ejus, Rainaldus saltuarius et alii plures.

Ar[chembaudus], prior ac monachus, rogatus scripsit et signavit.

Signum domni Eusebii episcopi †. Signum uxoris Hamelini †. Signum Giraldi filii ejus †. Signum Huberti filii ejus †. Signum Andefridi, filii Huberti †. Signum Hildeburgis, uxoris filii ipsius Huberti †. Signum Bernardi, nepotis ipsius Hamelini †. Signum Girorii dominici †.

Si quis libertatem hanc, respectu divinae propitiationis legitime factam calumniari et cassare tentaverit, iram Dei omnipotentis et omnium sanctorum incurrat, et voluntatem iniquam non perficiens, pereat cum impiis damnatis in saecula saeculorum. Amen.

CCCCII. — Après 1067. — CHIROGRAPHE CONSTATANT L'ABANDON FAIT AUX MOINES DE MARMOUTIER PAR CEUX DE SAINT-AUBIN, DE TOUS LEURS DROITS SUR L'ÉGLISE SAINT-GUINGALOIS DE CHATEAU-DU-LOIR. (Imprimé par Baluze, *Miscellanea*, éd. 1761, III, 65.)

Inter monachos Sancti Martini Majoris Monasterii et monachos Sancti Albini, Andegavensium praesulis, nata est discordia pro ecclesia Sancti Wingaloei de Castro Ledi, quam monachi Sancti Albini de comite Gauffredo, filio Fulconis, qui illud castrum cum toto honore habebat dominicum, emerunt ac quietam in vita sua, tenuerunt. Postquam autem illius decessui successerunt heredes pueri, ejusque hereditas, quantum antea abierat, tantum postea rediit, ac sicut profecerat defecit. Monachi quoque Sancti Albini calumnia et minis archiepiscopi Gervasii fratrisque ejus, Rotberti, qui illum honorem comitem Gauffredum sibi injuste abstulisse clamabant, territi, tandemque coacti, certe inviti, guerpierunt ecclesiam illorum potestati, spem tamen in Dei atque illorum, utpote promissa exinde misericordia, ponentes quandoque quomodocunque recuperandi. Dum hac itaque expectatione penderent, et a Gervasio, filio Rotberti ac nepote archiepiscopi Gervasii, qui illorum jam defunctorum heres honorem illum a comite Gaufrido Juniore, patri suo, redditum disponere sed potius deponere videbatur, aditum recuperandi quaererent, et auxilium vicinarum abbatiarum Majoris Monasterii et aliarum ad recuperandam ecclesiam implorarent, subintulerunt sese in illam aliquantulum inconsulte monachi Sancti Martini pecunia maxima praesumentes emere, quod illi magna tentabant redimere.

Qua pro re monachi Sancti Albini, cum pro suo damno, tum pro illorum properata, ut ita dicam, caritate contristati, quasi discordes illis extiterunt usquedum inquisita exinde concordia sit ad extremum patrata, quod isti illis nummorum summa quam pro ecclesia in principio donaverunt, mille scilicet quingentos solidos, quindecim libris relaxatis, restauraverunt, et ecclesiam in capitulo suo auctoraverunt.

Sicque in pace redierunt qui nunquam inimici fuerunt.

Hoc audierunt et judicium subinserti testes ex familia Sancti Albini : Archembaldus praepositus, Bernerius cellararius, Gauffredus, Gauffridus Lunellus, Vaslinus infirmarius, Johannes mariscalcus, Rannulfus hostelarius, Landricus pistor, Audulfus vicarius, Johannes sarterius, Euvrardus servus.

CCCCIII. — 1084. — NOTICE D'UN ACCORD INTERVENU ENTRE LES ABBAYES DE SAINT-SERGE ET DE SAINT-AUBIN ATTRIBUANT A CETTE DERNIÈRE LA POSSESSION DU BOURG DE LA RIVE. (Pancarte du XIIe siècle, Archives de Maine-et-Loire, H. 62, fol. 1)[1].

Quoniam mortales sumus et diu durare non possumus, oportet ut res quas nostro tempore facimus ad posterorum scientiam per litteras transmittamus.

Scribimus igitur quod Haimmericus, mercator Andecavensis, Divino Spiritu tactus, ecclesie Sancti Albini portum petiit ibique devote susceptus, monachus effectus est. Pro suorum itaque peccatorum remissione et aeterne glorie adeptione burgum quendam qui de Ripa dicitur, cum quibusdam rebus ecclesie supradicte dedit, sicut ipse possederat, sine calumpnia.

Aliquanto autem tempore transacto, abbas Otbrannus defunctus est, et Girardus in loco ejus abba constitutus. Per idem tempus cathedram ecclesie Andecavensis Gaufridus suscepit.

Cujus patrocinio confidentes, monachi Sancti Sergii — ad ipsum enim pertinet locus ille — Girardum abbatem in causam et juditium traxere. Quid plura ? Tanta altercatio inter eos fuit, quod finiri non potuit nisi per duellum famulorum utriusque monasterii. Dum ergo viri eorum invicem pugnarent, essetque bellum nimis obstinatum et pessimum, episcopus ipse et alii boni viri utrius-

(1) Voir le numéro LVIII du Cartulaire. Le fond de l'acte est identique, la forme en est un peu différente. On trouvera plus loin, sous les numéros CCCCXIV et CCCCXXIV, deux actes qui se rapportent au bourg de la Rive, et qui font suite à celui-ci sur la même pancarte. Dans l'acte numéro LVIII, omettant les mots : *de laicis* et *de hominibus Sancti Albini*, on a dressé la liste des témoins en une seule série.

que ordinis intervenere, qui abbates et monachos ad concordiam inflexerunt.

Quorum consulto, Girardus abbas et monachi Sancti Albini, pro concordia omni tempore conservanda, dederunt quingentos solidos denariorum Acardo, abbati Sancti Sergii, et ejus monachis.

Actum est hoc Andecavis, anno MLXXXIIII, regnante domino nostro Jhesu Christo, et sub eo supranominato Gaufrido episcopo Andecavensem ecclesiam regente, qui vidit et laudavit hoc, cum reliquis quorum nomina subscripta sunt :

Gaufridus thesaurarius, Marbodus archidiaconus, Warnerius archidiaconus, Gaufridus cantor, Gaufridus Martinus, Lanbertus Episcopus, Heudo canonicus, Gaufridus presbiter de Mosterolo, Rainardus canonicus ;

De laicis : Rotbertus Mariscalcus, prepositus, Bernerius nepos ejusdem Haimmerici, Giraudus Calvellus, Widdo Guinemarus, Hubertus monetarius, Rainaldus Burgevins, Rotbertus Tinals ;

De hominibus Sancti Albini : Aldulfus, Warinus et Hilarius, fratres ejus, Rainaldus Grandis et frater ejus Gulferius, Gaufridus Pulsatus, Haimmarus Malpetit, et omnes pene viri civitatis Andecavine.

CCCCIV. — 1082-1093. — NOTICE DE LA REVENDICATION PAR GAUTIER DE MEIGNÉ DE LA TERRE DE NOYAU QUE SAINT-AUBIN TENAIT DU DON D'AUBRY DE VIHIERS ET D'ADÈLE, SON ÉPOUSE. SOMMÉ D'ÉTABLIR SES DROITS DEVANT LA COUR DE VIHIERS, LE DEMANDEUR FIT DÉFAUT. (Copie, B. N., latin 12658, fol. 164.)

Mos erat antiquis res gestas tradere scriptis, ne quod ab eis illo in tempore gerebatur hoc eorum posteritati occultaretur.

Ideo nos scribimus quod Albericus de Vieriis et uxor ejus, Adela nomine, dederunt monachis Sancti Albini terram de Noial, quam, dum diu tenuissent, Galterius de Mipniaco calumpniatus est eam.

Unde fuit placitum inter ipsum et monachos, in curia Gaufridi, Andecavensium pontificis, ubi, dum cum Albericus interro-

garet quomodo calumpniabatur terram et ille respondisset quod dominus suus, videlicet Albericus, antecessor ejus, eam sibi donavisset pro quodam optimo caballo, responderunt judices quod ignito judicio hoc probare deberet; requisitoque loco, ubi legem illam fieri oporteret et Alberico respondente quod in curte sua, videlicet Vieriis, fieret, excusare se cepit Galterius quod illuc minime ire auderet. Cui, dum Albericus securum eundi et redeundi ducatum promisisset, dixit se iturum. Termino itaque denominato legem faciendi, Albericus ad Girardum abbatem Sancti Albini : « Mittite, inquit, quos volueritis de monachis vestris, qui legem videant et quomodo vobis terram adquietare faciam. »

Abbas vero ad terminum legis Albericum de Verneia, monachum suum, illuc direxit ; sed Galterius, qui legem facere debebat, et Rainaldus de Volvent et Morinus, frater ejus, et Rotgerius Buccha Orlata, qui omnes terram calumniabantur et ad legem capiendam adfuerant, termino presentes minime fuerunt quia non venerunt.

Hujus rei testes sunt : Gaufridus episcopus, Marbodus archidiaconus, Rainardus decanus, Gaufridus de Meduana, Rotgerius.

CCCCV. — 1082-1096. — CHARTE PAR LAQUELLE LES MOINES DE SAINT-AUBIN ABANDONNENT EN USUFRUIT A MARBODE, ARCHIDIACRE D'ANGERS, DEUX ARPENTS DE VIGNE SITUÉS A L'ÉPAU. (Copie, B. N., latin 17126, fol. 271.)

Ego, Girardus, abbas Beati Albini, et tota congregatio fratrum concessimus Marbodo, fideli nostro et amico, ad petitionem ipsius, causa dilectionis et caritatis, duos arpennos vinee apud Espaltum, quos delegavit Sancto Albino post mortem suam Ainstrudis, uxor Tetbaldi Aurelianensis, tali tenore ut, in vita, sua Marbodus usufructuario eos possideat ; post mortem ipsius, ad dominium nostrum revertantur . . . . . Marbodo presente . . . .

Coram testibus quorum nomina sunt : Hugo, frater ejus, Herveus, nepos ejus, Hucbertus clericus, . . . Rainaldus, clericus

ejus, Giraldus prepositus, Radulfus Porpenset, . . . Gaufridus Lunellus, . . . Albertus de Lolnuthon, Archembaldus porcarius.

CCCCVI. — Après 1082. — TABLEAU DRESSÉ PAR LES MOINES DE SAINT-AUBIN DES ÉCHANGES DE PRIÈRES CONVENUS ENTRE EUX ET LES MEMBRES DE DIVERS ÉTABLISSEMENTS RELIGIEUX. (Copie, B. N., latin 12658, fol. 70)[1].

Convenientias quas habemus cum monachis et clericis atque sanctimonialibus, quid debemus pro defunctis eorum facere hic scripte sunt ut non oblivioni tradantur.

De monachis Sancti Petri Cluniacensis et Sancti Juliani Turonensis et Sancti Pauli Cormariacensis et [Sancte Trinitatis] Bellilocensis[2] et Sancti Petri Burguliacensis et Sancte Trinitatis Vendocinensis et Sancti Nicholai et de Monte Sancti Michaelis et Sancti Melanii et Sancti Petri de Gemetico et Sancti Audoeni et Sancte Trinitatis de Fiscannis et monasterii Ville Lupensis et Sancti Petri de Ferrariis et monasterii Malleacensis et Sancti Maximini et Sancti Salvatoris Carrofensis et Sancti Richarii et Sancti Petri Verdunensis et Sancti Salvatoris Rothonensis et Sancte Crucis Talamonensis facimus septem officia plena cum totidem missis et *Verba mea* et *Voce mea* triginta diebus.

De monachis Sancti Petri Fossatensis septem officia plena cum totidem missis et *Verba mea* trigenta diebus, sine *Voce mea*.

De monachis Sancti Germani Parisiacensis et Sancti Sergii, similiter.

De monachis Sancti Jacobi facimus septem officia, tria plena et quatuor cum tribus lectionibus *Verba mea* et *Voce mea*.

De monachis Sancti Jovini septem officia, tria plena.

De monachis Sancti Petri Cavillonensis tria officia plena, cum pane et vino, et *Verba mea* triginta diebus.

De monachis Sancti Philiberti Trenocensis facimus septem vigilias plenas cum totidem missis, *Verba mea* et *Voce mea* triginta diebus.

(1) Avec cette indication de source : « tomo primo martyrologii manuscripti, folio secundo, post regulam Sancti Benedicti. »

(2) La copie porte *Belloacensis*.

De monachis Sancte Marie Turonensis tria officia plena et tres missas et commemorationem triginta diebus.

De monachis Sancte Marie Pontilevensis septem vigilias, tres plenas, et *Verba mea* et *Voce mea* trigenta diebus.

De monachis Sancti Petri Cenomannensis septem officia, tria plena et *Verba mea* et *Voce mea.*

De monachis Sancti Karileffi similiter, excepto quod *Verba mea* et *Voce mea* non dicimus de illis.

De monachis Sancte Marie de Insula et Sancte Crucis de Quemperelegio[1] septem officia, tria plena.

De monachis Sancti Petri Carnotensis septem officia plena et *Verba mea.*

De monachis Sancti Petri [de] Sollempniaco tria officia, cum tribus lectionibus.

De monachis Sancti Gildasii de Pennestin septem missas et septem officia, tria plena.

De monachis Sancti Johannis Engeliacensis tria officia plena et tres missas in conventu et *Verba mea* et *Voce mea* triginta diebus et absolutionem post capitulum.

Monachis Sancti Florentii Bone Vallis itidem facimus.

De monachis Sancti Martini Lemovicensis tria officia cum tribus lectionibus et missis et absolutione post capitulum.

De monachis Sancte Marie Noderensis quinque officia et *Verba mea* et *Voce mea.*

De monachis Sancte Marie Blande Ville tria officia similiter.

De monachis Sancti Guingaloei *Verba mea* et *Voce mea* de ambobus.

De monachis Sancti Petri Verdunensis septem vigilias plenas, *Verba mea* et *Voce mea* decem diebus.

De monachis Sancti Salvatoris Carrofensis septem officia cum totidem missis et absolutionem post capitulum.

De monachis Sancti Vincentii facimus tria officia plena.

(1) MM. Léon Maître et Paul de Berthou viennent de publier le *Cartulaire de l'abbaye de Sainte-Croix de Quimperlé* (XIII-331 p. in-4°). On n'y trouve aucune mention des relations de cet établissement avec Saint-Aubin d'Angers.

De monachis Sancti Petri de Pratellis septem vigilias [1].

De monachis Sancte Marie Eboracensis facimus tria officia plena.

De monachis Sancte Marie Grestenensis facimus septem officia plena et *Verba mea* et *Voce mea* triginta diebus.

De monachis Sancte Marie Dive facimus septem officia plena cum totidem missis et *Verba mea* et *Voce mea* triginta diebus. Pro Fulchone vero, abbate eorum, faciemus quantum pro uno quoque monacho nostro professo et illi pro Girardo, abbate nostro, similiter facient [2].

De monachis Sancti Dionisii Parisiacensis tria officia plena et *Verba mea* et *Voce mea*. Ita illi de nobis.

De monachis Sancte Trinitatis de Savigniaco septem officia plena in conventu facimus.

De monachis Sancte Marie de Loratorio septem officia plena cum totidem missis in conventu facimus.

De monachis de Ponte Otranni unum officium plenum cum missa simul in anno in conventu facimus. Similiter et illi de nobis.

De canonicis Sancti Mauricii Andecavensis cum de presenti vita decesserint faciemus hec : primitus signa sonabimus et septem vigilias, quarum primam plenam, ceteras cum tribus lectionibus et missis in conventu, cantabimus. Ad sepulturam vero illorum libenter ibimus. Similiter illi de nobis.

De canonicis Sancti Martini Andecavensis triginta vigilias cum tribus lectionibus et missis.

De canonicis Sancti [3] . . . . . septem vigilias plenas cum missis solummodo.

De canonicis Sancti Petri et Sancti Maurilii et Sancti Magnobodi et Sancti Laudi facimus sicut de canonicis Sancti Mauricii. Similiter illi de nobis.

De canonicis Sancti Petri de Curte facimus absolutionem post

(1) On lit ici en marge cette mention incomplète : *Petri Millebecensis.*

(2) C'est la mention des deux abbés nommés dans cet alinéa qui permet de dater ce tableau.

(3) Ce mot est demeuré en blanc dans le manuscrit. Il s'agit probablement du chapitre de Saint-Jean-Baptiste (plus tard Saint-Julien) d'Angers.

capitulum, sonantibus signis, et unum officium plenum cum missa. Hoc illi rependent nobis.

De sanctimonialibus Sancte Marie Andecavensis septem vigilias plenas et *Verba mea* et *Voce mea* triginta diebus.

De sanctimonialibus Sancti Georgii Redonensis tres vigilias plenas cum missis et *Verba mea* et *Voce mea*.

De sanctimonialibus Autiziodorensibus septem vigilias, tres plenas, et *Verba mea* et *Voce mea* triginta diebus.

De sanctimonialibus Sancti Juliani de Prato facimus septem vigilias plenas, cum totidem missis et absolutionem post capitulum.

De sanctimonialibus Sancti Sulpicii Redonensis facimus septem vigilias plenas, cum totidem missis et *Voce mea* triginta diebus.

Statutum est in capitulo nostro ut, crastina die post festum Sancti Albini, que VIII kalendas novembris celebratur, faciamus anniversarium parentum nostrorum qui mortui sunt. In hoc die dabitur panis et vinum de cellario tredecim pauperibus ; prepositi obedientiarum pascent singuli tot pauperes quot habebunt monachos secum ; cuncti sacerdotes cantabunt singuli missam unam, ceteri vero unusquisque psalmos quinquaginta.

CCCCVII. — Vers 1090. — TABLEAU DRESSÉ PAR LES MOINES DE L'ABBAYE DE SAINT-SERGE D'ANGERS DES ÉCHANGES DE PRIÈRES CONVENUS ENTRE EUX ET DIVERS AUTRES MONASTÈRES ; SAINT-AUBIN Y FIGURE EN TÊTE. (Obituaire de Saint-Serge, Bibl. d'Angers, ms. 753, fol. 3) [1].

Hec conventio facta est inter nos et monachos Sancti Albini, quod ipsa die qua aliquis eorum obierit, aut quam citius oportunum tempus occurrerit, missam ei unam cantabimus in conventu

(1) Cette pièce, ainsi que les autres actes de confraternité spirituelle contenus dans divers manuscrits de la bibliothèque d'Angers et que l'on trouvera plus loin, a été indiquée et mise en œuvre par M. l'abbé Pasquier dans sa thèse latine pour le doctorat ès-lettres, publiée sous ce titre : *Sodalitates ad mortuos sublevandos medio ævo institutas codicibus bibliothecæ Andecavensis ineditas ...... illustrabat* H. Pasquier (*Andecavis*, 1878, in-8°, 100 p.)

et unusquisque sacerdotum nostrorum unam missam, et alii quinquaginta psalmos, et septem diebus panem et vinum pulmentum et generale in refectorio ei dabimus.

Eadem et ipsi pro nobis facient.

Similem convenientiam habemus cum monachis Sancti Nicholai et ipsi nobiscum.

De monachis Sancte Trinitatis Fiscannis et monachis Sancti Stephani Vallensis et monachis Sancti Melanii et monachis Sancte Marie Scirburnensis, de monachis etiam Sancti Suittini Wintonniensis, solvimus septem officia et *Verba mea* et *Voce mea* triginta diebus.

Hoc etiam facimus Sancti Maximini monachis.

Insuper nomina abbatum in martyrologio scribemus.

CCCCVIII. — 1082-1106. — NOTICE DE L'ENGAGEMENT PASSÉ ENTRE SAINT-AUBIN ET UN PEINTRE DU NOM DE FOULQUES, LEQUEL SE CHARGE DE PEINDRE L'ABBAYE ENTIÈRE ET DE L'ORNER DE VITRAUX. (Copie de 1542, Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 14. — Imprimé par Marchegay, *Bibliothèque de l'École des Chartes*, VIII, 271)[1].

Quidam homo, nomine Fulco, pictoris arte imbutus, venit in capitulum Sancti Albini, ante Girardum abbatem et totum conventum, et ibi fecit talem convenientiam.

Pinget totum monasterium illorum et quicquid ei preceperint[2] et vitreas fenestras faciet.

Et ibi frater eorum devenit et insuper homo abbatis liber factus est.

Et abbas et monachi unum arpennum vinee dederunt ei in feuvum et unam domum, tali pacto ut in vita sua habeat, et, post mortem ejus, ad Sanctum redeant, nisi talem habuerit filium qui sui patris artem sciat et inde Sancto Albino serviat.

(1) Cette pièce, qui se rapporte à l'abbaye, et les deux suivantes, qui sont relatives à des biens situés tout près d'Angers, ont été, sans qu'on en saisisse la raison, copiées au XVIe siècle dans le Cartulaire de Gouis. Sur ce cartulaire, voy. t. I, p. 329, note 1.

(2) Les peintures des arcades de Saint-Aubin mises au jour en 1836 datent précisément de la fin du XIe siècle.

Huic facto interfuerunt isti laici : Raginaldus Grandis, Warinus cellerarius, Calvinus frater Roberti, Warinus villanus, Gualterius Avis, Rainerius Gaudinus.

CCCCIX. — 1082-1106. — NOTICE DES DONS FAITS A SAINT-AUBIN PAR UN NOMMÉ PAULIN DE SA PÊCHERIE DE FRÉMAS ET DE TRENTE ARPENTS DE PRÉ SITUÉS SUR LE BORD DE LA MAINE. (Copie de 1542, Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 14.)

Quodam tempore cum ego, Paulinus, apud Andecavem pessime infirmitati succumberem, accidit Girardum, Sancti Albini abbatem, cum Gaufrido Raierio et Alberico, fratre meo, antique amicitie gratia, me visitasse. Et cum me, sicut bonos vivos decet, exortationibus suis de salute mea sollicitum facerent, placuit michi Sancto Albino et monachis ejus dare de rebus meis piscaturam de Famart et pratorum triginta arpennos super ripam Meduane. Retinui tamen medietariam piscature, solummodo in vita mea, et omnes arpennos, exceptis quatuor.

De rebus istis per baculum suum donationem in manum abbatis misi, sub testimonio virorum istorum quos in subsequentibus annotari feci.

Nomina eorum sunt hec : Fulcoinus et Beringerius et Marcherius.

De parte monachorum : Rotbertus hospitalarius et Hilarius et Ernaldus Brion et Lucas de Castro Gunterii.

Facta autem istarum rerum donatione, quia ego ipse, sicut optabam, donum super altare Sancti Albini portare nequibam, per tres viros quos prius nominavi donum hoc super altare misi.

Hec ideo mandata sunt litteris, ut sciant successores mei quod Sanctum Albinum et monachos ejus harum rerum heredes michi feci.

CCCCX. — 1082-1106. — LISTE DES TÉMOINS DE LA RATIFICATION PAR LE MOINE BERNON DES DONS DE PAULIN, SON FRÈRE. (Copie de 1542, Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 13.)

Isti sunt homines qui fuerunt in capitulo Sancti Albini quando

Berno, frater Paulini, venit in capitulum monachorum et ibi devenit frater eorum, et ibi concessit et de sua parte donando firmavit quicquid Paulinus, frater ejus, donaret Sancto Albino et monachis ejus : Tetbertus de Sancta Maria et Hubertus de Super Pontem et Aldulfus prepositus monachorum et Herveus mariscallus et Rotbertus hospitalarius et Hilarius et Warinus cellararius et Raginaldus Grandis et Raginaldus, frater ejus, et Petrus Judicellus.

CCCCXI. — 1082-1106. — LETTRE DE L'ABBÉ GIRARD RELATIVE A UNE MULE DONT IL SE PROPOSAIT DE FAIRE ACHAT. (Original, Bibliothèque d'Angers, ms. 175, feuillet de garde. — Imprimé par Lemarchand, *Catalogue des manuscrits de la Bibliothèque d'Angers*, p. 45.)

G[irardus], loci Beati Albini abbas, T., strenuissimo militi, fideles orationes.

Quia mee infirmitati compatimini, quantas possum vobis gratias refero.

Mulam vero vestram si mihi transmiseritis libentissime suscipiam atque omni cum diligentia custodiri faciam.

Si autem, non propter meam malam custodiam, sed casu accidente, viciata seu mortua fuerit, de hoc me vobis nunquam responsurum sciatis. Quod si interdum sana atque incolumis, Deo volente, permanserit atque eam mihi venalem feceritis, si precium conveniens fuerit, ipsam fortassis emam a vobis.

Valete.

CCCCXII. — 1095. — NOTICE DE LA SENTENCE PAR LAQUELLE FOULQUES RÉCHIN MAINTIENT SAINT-AUBIN DANS LA POSSESSION DU DOMAINE DE PITRATE, PRÈS ANGERS. (Double copie du XVIIe siècle, Archives de Maine-et-Loire, H. 152, fol. 7 et 8.)

Anno ab incarnacione MXCV, indictione III, Andreas Paganus, Huberti Piteratae filius, cum gravi languore vexaretur, monachis effectus est in monasterio Sancti Albini, sub Girardo abbate; deditque fratribus ejusdem loci portionem paternae haereditatis quae cum defuncto patre contigerat, domum scilicet patris sui,

quae est super pontem Meduanae, et quatuor arpennos vinearum quae sunt apud Breschiniacum.

Surrexit autem Raginaldus Chaignardus, sororgius ejusdem Andreae, et calumniatus est tam domum quam vineas.

Venit quoque pro ea re in curiam et placitum cum monachis Sancti Albini idem Raginaldus et cum eo Mainerius Losdunus, cujus monitu tota fiebat calumnia, quia et ipse patruus erat Andreæ, frater patris ejus Huberti Piteratae.

Affuerunt autem in placito illo Andegavorum comes Fulco et Gosfridus Hugonis, pontifex Andegavensis, Marbodus quoque, Redonensis episcopus, sed et de baronibus Andegavensibus : Rainaldus de Castro Gunterii, Gosfridus Rorgonis, Paganus de Mirebello, Adam de Castello Ledi, Robertus Vestrollus, Fulco de Matefelon.

In quorum omnium presentia, cum Raginaldus Chaignardus et Mainerius Losdunus calumniam suam et causas enarrassent calumniae, surrexerunt Tetbertus, prefectus Sanctae Mariae, et Martinus, filius Ruffae, et Radulfus Porpensatus atque Albertus de Merallo, qui interfuerant cum Hubertus Piterata moriens bona sua dividerat, in quorum etiam manibus eleemosinam suam commendaverat.

Et hi quatuor, quasi uno ore, rationati sunt Hubertum Piteratam, cum beneficium suum designaret, dedisse filio suo Andreae domum illam et vineas illas, filiae autem suae, uxori scilicet Raginaldi Chaignardi, domum aliam et alios quatuor arpennos vinearum.

Cumque hoc quatuor illi testes tam vivis vocibus confirmarent et etiam se hoc vidisse et audiisse testarentur, judices omnes qui aderant judiciaria censuere sententia debere necessario jure firmum et stabile teneri quicquid Hubertus Piterata in distributione substantiae suae liberis propriis fecerat cum presertim tam aeque ambobus illis providisset ut si domum et quatuor arpennos vinearum filio dederat, domum non minus aliam et quatuor alios arpennos vinearum filiae reliquisset.

Huic placito affuerunt, exceptis his quos supra nominavimus, Gaufridus Martinus decanus Sancti Mauritii, Warnerius archidia-

conus, Willelmus archidiaconus, Rainardus decanus, Rainaldus Burgevinus et Gosfridus filius ejus, Herveus Quadriga, Petrus Fulcoini, Warinus prepositus Sancti Albini, Alarius frater ejus, Paganus cellerarius, Rotbertus de Treviis, David de Mairono, Constantinus Carbonellus.

CCCCXIII. — 1096, 14 avril, Saintes. — BULLE PAR LAQUELLE URBAIN II CONFIRME LES POSSESSIONS DE SAINT-AUBIN. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 1. — Imprimé par Dom Piolin, *Histoire de l'Église du Mans*, III, 672, et dans les *Analecta juris pontificii*, X, 548) [1].

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Gerardo, Andecavensis monasterii abbati quod in honore Sancti Albini constructum est, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatinus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat.

Quia igitur dilectio tua, ad Sedis Apostolice portum confugiens, ejus tuitionem devotione debita requisivit, nos supplicationi tue clementer annuimus, et Beati Albini monasterium cui, Deo auctore, presides, cum universis ad ipsum pertinentibus, sub tutelam Apostolice Sedis excipimus.

Statuimus enim ut quecumque bona idem monasterium juste in presenti possidet, sive in futurum, concessione pontificum, liberalitate principum vel oblatione fidelium, juste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant.

In quibus hec propriis nominibus duximus exprimenda :

In Andecavensi episcopatu : insulam que dicitur Montis, piscatoriam de Sorgiis, et villas has : Sancti Johannis de super Ligerim, Chiriacum, Calgiacum, Alodos, Segniacum, Clementiniacum, Campaniacum, Salgiacum, Ladriacum, Balaiacum, Prunarium, Legion,

(1) Cette bulle porte dans Jaffé-Wattenbach, *Regesta pontificum Romanorum*, le n° 5641.

Mosterolum, Campigniacum, Pintiacum cum bosco de Malespinet, Castellicium, Basilgias, Lusdum, Valles, Brionum, Cartiniacum, Peregrinam, Nitmerlam, Villa Canis, Campum Boscerium, Verneil, Sarmagias et Fixiam, Guitiacum, Comborniacum, Artisiacum.

In episcopatu Cenomannensi : Colonias, Sanctum Gallum, Basilgiam, Luciacum, Malicornant, Sanctum Petrum de Ulmis, Sanctam Mariam de Nigrone, Locanai.

In Redonensi : Calumnam, Cellulam.

In Pictavensi : Maironum.

In Namnetensi : Salliacum, Sanctam Oportunam, Sanctum Beron, Sanctum Johannem juxta Sanctum Nazarium, cum universis pertinenciis et appendiciis eorum.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salvo jure et canonica obedientia Andecavensis episcopi.

Obeunte te, nunc ejus loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam, elegerint. Electus autem, secundum antiquam monasterii vestri consuetudinem, ab Andecavensi episcopo consecretur.

Sepulturam quoque ejusdem loci omnino liberam esse censemus, ut eorum qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extreme voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat.

Si qua sane ecclesiastica secularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat.

Cunctis autem eidem loco justa servantibus, sit pax domini

nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(*Rota et monogramme du* Bene valete).

Datum Santonis, per manum Joannis, Sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis, XVIII kalendas maii, indictione IIII, anno dominice incarnationis MXCVII, pontificatus autem domini Urbani secundi papae IX [1].

CCCCXIV. — 1090-1106. — NOTICE DE LA SENTENCE PAR LAQUELLE FOULQUES RÉCHIN REJETTE LA RÉCLAMATION FORMÉE AU NOM DE SA FEMME PAR HAIMERY LE SELLIER CONTRE LA CONVENTION (Nº CCCCIII CI-DESSUS) QUI AVAIT ATTRIBUÉ A SAINT-AUBIN LE BOURG DE LA RIVE. (Pancarte du XIIe siècle, Archives de Maine-et-Loire, H. 62, fol. 1) [2].

Postea vero, multis diebus transactis, quidam homo, Haimericus nomine, qui sellas faciebat, fecit calumpniam de eodem burgo Girardo abbati et monachis Sancti Albini. Cujus precibus et inportunitate victus, Fulco comes abbatem supradictum et monachos coegit venire ad placitum de eodem burgo contra Haimmericum.

Die itaque constituta, in curiam comitis venerunt, in qua hujusmodi narrationem fecit Haimmericus, ipso comite presente cum suis baronibus quorum nomina subscribentur : « Ego burgum quem monachi habent reclamo per uxorem meam, que est filia Wineberti, cujus fuit burgus, sed propter paupertatem tradidit illum Haimerico in conguagio ; quem burgum diu Haimericus possidens, quando ad mortem venit et monachus Sancti Albini devenit, inter cetera que monachis dedit, dedit et ipsum. Mater vero uxoris mee, postquam hoc rescivit, in eodem anno venit ad Aldulfum, prepositum monachorum, et ad monachum quendam,

(1) Cette bulle est datée d'après le style pisan ; l'itinéraire d'Urbain II permet d'affirmer que ce pape ne fut pas à Saintes à une autre époque qu'en avril 1096.

(2) Cet acte figure sur la même pancarte que le numéro CCCCIII. A la suite s'y trouve aussi le numéro CCCCXXIV.

cui nomen erat Rainerius, qui de ipso burgo censum recipiebant, et inde calumpniam eis fecit. Ego vero per memetipsum abbati quem hic video multotiens calumpniam intuli, et usque hodie eum ad rectitudinem habere non potui. »

Ad hec abbas respondit : « Scio quia predecessor meus, abba Otbrannus, burgum de quo placitum est quietum tenuit. Sed, post mortem ejus, monachi Sancti Sergii mihi de burgo calumpniam fecerunt et per vim Gaufridi, nobilissimi Andecavorum presulis, me in ipsius curia placitare coegerunt. In quo adversus eos bellum de burgo suscepi et feci, et partim per bellum, partim per concordiam, Sanctus Albinus burgum solidum et quietum sibi vindicavit. Huic bello interfuit Haimericus cum uxore sua, quam a precedentibus annis duxerat, nec mihi quicquam calumpnie intulit ibi. Hoc vero quod iste dicit, Haimmerico fuisse burgum in conguadio traditum nec eum habuisse per emptionem, falsissimum est, quia quando moriebatur monachis Sancti Albini precepit dicens : « Adversus omnes qui dicere volent quod burgum non « habuerim nisi per conguagium, secure legem suscipite et secu- « rius facite, quia per emptionem burgum habeo, quem pro « redemptione anime mee vobis moriens dono. »

His ab utraque parte dictis, surrexit comes et qui cum eo erant ad faciendum juditium.

Reversus autem a juditio comes ita locutus est : « Calumpnia quam dixisti matrem uxoris tue fecisse monacho supranominato et Aldulfo non est legalis, pro eo quod ipsi abbati et priori vel conventui facta non fuit. De te vero talis est sententia : Si tu feminam per quam burgum clamas eo tempore habebas quando abbas Sancti Albini, sicut dixit, bellum et concordiam cum monachis Sancti Sergii fecit, et tu jus tuum quod habebas in burgo tacuisti nec ibi calumpniam fecisti, merito a recuperatione burgi alienus existis. »

Post hoc dictum comitis Haimericus tacuit. Habebat enim tunc eam feminam in uxorem, nec quid responderet habuit.

Nomina virorum qui hujus cause judices fuerunt sunt ista : Fulco comes, Gaufridus filius ejus, Gaufridus Junior de Meduana, Rainaldus de Castello Gunterii, Hugo de Cantosciaco, Seibrannus

de Passavant, Albericus de Vieriis, Gosbertus de Porta, Odo Forsanet, Fulco de Buion, Fulco de Grandi Fonte, Tetgrinus, Clarenbaudus, Seibrannus constabularius, Giraudus prepositus.

Monachi contra quos placitum erat : Girardus abbas, Girardus prior, Hubertus de Castello Gunterii, Albericus de Vernei, Petrus Curtus, Helinannus.

De famulis monachorum : Aldulfus, Haimmarus, Hilarius, Rainaldus Grandis.

De hominibus hujus ville : ipse Haimericus et uxor ejus et mater uxoris, Archenulfus, Girardus viarius, Ingelbertus Porta Carnem, Garnocus, Walterius foristarius.

CCCCXV. — 1093-1106. — LETTRE PAR LAQUELLE ANDRÉ I DE VITRÉ ET BERTHE, SA MÈRE, DEMANDENT A L'ABBÉ GIRARD DE FAIRE CÉLÉBRER, LE 18 AOUT DE CHAQUE ANNÉE, UN SERVICE ANNIVERSAIRE POUR ROBERT DE VITRÉ. (Imprimé par Dom Morice, *Preuves*, I, 496, d'après un manuscrit de la Cité de Dieu de saint Augustin conservé dans la bibliothèque de l'abbaye de Saint-Aubin) [1].

Domno Girardo, abbati Sancti Albini, omnibusque fratribus, A[ndreas] de Vitreio et B[ertha], mater ejus, obedientiam et fidele servitium.

Precamur vos, pro Dei amore et nostri, ut memoriam faciatis anniversarii Roberti, fratris mei, XV kalendas septembris. Unde promitto vobis me custoditurum fideliter omnia vestra ubique.

Valete.

CCCCXVI. — Vers 1100. — FORMULE DU VŒU PRONONCÉ PAR LES MOINES DE SAINT-AUBIN. (Bibl. d'Angers, ms. 752, fol. 5.)

Ego frater — ille, sacerdos vel diaconus, vel subdiaconus, vel clericus, aut laicus — promitto stabilitatem meam et conversionem

(1) Nous n'avons pas trouvé ce texte dans le ms. 158 de la Bibliothèque d'Angers, seul exemplaire que nous connaissions d'un *De civitate Dei* provenant de Saint-Aubin.

morum meorum et obedientiam secundum regulam sancti Benedicti, coram Deo et sanctis ejus, in hoc cœnobio constructo in honorem Salvatoris mundi et sancte Marie semper virginis, necnon et beati Albini episcopi et confessoris, in presentia domni — illius — abbatis.

CCCCXVII. — Vers 1100. — FORMULE DU SERMENT PRÊTÉ PAR CEUX QUE SAINT-AUBIN CHARGEAIT DE DESSERVIR LES PAROISSES RELEVANT DE L'ABBAYE. (Bibl. d'Angers, ms. 752, fol. 6.)

Ego — talis, curatus talis ecclesie — juro ad hec sancta Dei evangelia domno abbati monasterii Sancti Albini Andegavensis, patrono dicte ecclesie, reveranciam debitam exhibere et dictam ecclesiam non advoare ex alio patronatu quam ex patronatu domni abbatis dicti monasterii, juraque dicti monasterii vel talis prioratus non appropriare mihi vel ecclesie mee, nec usurpare nec retinere scienter.

CCCCXVIII. — Vers 1100. — FORMULE D'ASSOCIATION AUX PROFITS SPIRITUELS DE L'ABBAYE ACCORDÉE PAR LES MOINES DE SAINT-AUBIN AUX PERSONNES ÉTRANGÈRES AU MONASTÈRE[1]. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 747.)

Ego . . . . , abbas Sancti Albini, et tota mecum congregatio nostra concessimus . . . ut in vita sua noster sit frater et monachus et certam sedem apud nos habeat.

Quando autem, Deo vocante, de hac vita migraverit, singuli sacerdotes nostri unam missam pro eo cantabunt, et cum fratre nostro qui primus post ipsum obierit, in trigesimis et in misericordiis associabitur et nomen ejus in martyrologio nostro ascribetur.

(1) Nous dégageons cette formule et les deux suivantes des nombreux actes d'association spirituelle que renferme le Nécrologe de l'abbaye de Saint-Aubin.

CCCCXIX. — Vers 1100. — FORMULE D'ASSOCIATION AUX PROFITS SPIRITUELS DE L'ABBAYE ACCORDÉE PAR LES MOINES DE SAINT-AUBIN AUX PERSONNES ÉTRANGÈRES AU MONASTÈRE. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 747.)

Ego . . . , abbas Sancti Albini, cum assensu tocius capituli, concessi . . . , ut in vita sua sit frater noster et monachus et ordinem suum apud nos habeat in ecclesia, in capitulo, in refectorio. Post obitum vero suum cum fratre qui primus ex nostris obierit, in trigesimo et in misericordiis associabitur et nomen ejus in martirologio ascribetur.

CCCCXX. — Vers 1100. — FORMULE D'ASSOCIATION AUX PROFITS SPIRITUELS DE L'ABBAYE ACCORDÉE PAR LES MOINES DE SAINT-AUBIN AUX PERSONNES ÉTRANGÈRES AU MONASTÈRE. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 747.)

Ego . . . , abbas Sancti Albini, et capitulum concessimus . . . . societatem et beneficium ecclesie nostre quoad vixerint.

Quando vero, Deo disponente, ab hac vita decesserint, tanquam unus ex nobis per omnia habeant. Faciamus pro eis sicut pro monachis nostris.

CCCCXXI. — Vers 1100. — NOTICE DE LA SENTENCE PAR LAQUELLE LA COUR DE SAINT-AUBIN DÉBOUTE HAIMERY, FRÈRE DE MANCEAU, DE SES PRÉTENTIONS SUR LA VIGNE DE CLÉMENT, HOMME DE SAINT-AUBIN, ET SECOND MARI DE SA BELLE-SŒUR. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 51, fol. 1.)

Quia superhabundante iniquitate in tantum veritates a filiis hominum diminute sunt ut quod heri fecimus hodie vix vel nunquam ita factum esse recognoscamus, idcirco facta nostra testibus adhibitis scriptis mandamus ut sic veritatem vel inviti fateamur.

Notum igitur sit omnibus tam futuris quam presentibus quod

Herveus Recordellus achatavit dimidium arpennum vinee et medietatem quarterii a Mansello, filio Rotberti, sexaginta et quinque solidis, et buiraginm inde apud Varennam publice fecit.

Quod cum audisset Haimericus, frater ejusdem Manselli, calumpniam intulit, unde aliquandiu contentione interposita tandem hujusmodi concordia facta est.

Dedit illi Herveus, ille scilicet qui vineam emerat, decem solidos et concessit vinee venditionem et Mansello, fratri ejus, gonelam.

Hoc viderunt et audierunt Gaufridus de Varenna, Constantius Aquatrez, Andreas Bodins, Letbaudus Bruslet, cum aliis pluribus.

Facta autem hac concordia, quandiu Herveus vixit, quietam et solidam tenuit.

Illo vero mortuo, quidam Clemens, homo videlicet Sancti Albini, duxit uxorem illius, cum vinea de qua loquimur. Quam vineam per decem annos sine alicujus calumpnie molestia quietam habuit.

Transactis autem decem annis, supradictus Haimericus calumpniam iterum intulit, unde factum est ut in curia Sancti Albini illius vinee causam acturi ambo convenirent, et definitum est ibi penitus secundum leges humanas Haimericum jus nullum in vinea habere, de qua in spatio decem annorum calumpniam nullam fecerat.

Hujus placiti diffinitionem, si Haimericus vel aliquis alius unquam negare voluerit, testes isti perhibeant veritatem : Willelmus Mainerius de Doeto, Mauritius de Escharbot, Aldulfus prepositus Sancti Albini, Beringerius Pancevalt, Lucas de Castro Gunterii.

CCCCXXII. — 1101, 20 octobre, Bénévent. — BULLE PAR LAQUELLE PASCAL II CONFIRME LES POSSESSIONS DE L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN[1]. (Copie, B. N., latin 12658, fol. 169.)

. . . .

In Andecavensi pago : ecclesiam Treverensem cum pertinentiis suis ; ecclesiam Sancti Johannis, que a Vindocinensibus mona-

(1) Nous donnons ici tout ce qu'on connaît de cette bulle. Ce texte a été imprimé déjà, avec quelques incorrections, par Pflugk-Harttung dans ses *Acta pontificum Romanorum inedita*, t. III, p. 20, nº 24.

chis pro ecclesia Sancti Clementis de Creona vestris fratribus commutata est cum burgo et possessionibus ; Sancti Remigii de Varenna ; Sancti Albini de Alodiis ; Sancti Albini de Saeio ; Sancti Gervasii de Brionio ; Sancti Jovini de Lusdo ; Sancte Columbe cum dimidio burgo et ecclesie decima dimidia ; ecclesiam Sarmagie ; Sancti Audoeni et Sancte Marie de Fissa ; ecclesiam de Comburno ; Baleium ; Musteriolum ; Nimerla ; Peregrina ; Artiseium ; Cartiniacum ; Pinceium ; Sancti Gervasii de Goiz cum decimis ; Sancti Albini de Pinceio cum nemore ; Sancti Johannis de Castro Gunterii cum pertinentiis suis ; Sancti Martini de Leeio cum possessionibus suis ; Prunarium cum parte sylve Chacias, sicut inter monasteria Sanctorum Albini et Nicolai, mediantibus Andecavensis ecclesie clericis, divisio ejusdem silve concorditer facta est.

In Pictavensi pago : ecclesiam Sancti Albini de Mairono et Bruceium.

In Cenomannensi pago : Sancti Audoeni de Cenomannis ; Sancti Petri de Ulmis ; Sancti Albini de Locaneio ; Sancti Petri de Cripta ; Sancti Gervasii de Colonas ; Sancti Gaudi ; Sancte Marie de la Bazogia Gunduini.

In Nannetensi pago : ecclesiam Sancte Opportune ; Sancti Johannis ; Sancti Briveni ; Sancti Nicolai de Salliaco.

[Datum] Beneventi per manum Johannis, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis, XIII kalendas novembris, indictione X, anno pontificatus domini Paschalis secundi pape III.

CCCCXXIII. — 1107, 10 juin, Souvigny (Allier). — BULLE PAR LAQUELLE PASCAL II CONFIRME CERTAINES POSSESSIONS DE SAINT-AUBIN DANS LES DIOCÈSES D'ANGERS ET DU MANS. (Vidimus de 1582, Archives de la Sarthe, H. 267, fol. 17) [1].

Paschalis episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Archembaldo, abbati venerabilis monasterii Sancti Albini quod Andegavis situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

(1) Cette bulle, qui est inédite, porte dans Jaffé-Wattenbach le numéro 6156.

Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatinus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat.

Proinde nos postulationi tue clementer annuimus et Beati Albini monasterium cui, Deo authore, presides, presentis decreti auctoritate munivimus.

Statuimus enim ut quecumque predia, quecumque bona, vel pontificum concessione, vel principum liberalite seu fidelium oblatione legitima, idem monasterium in presenti possidet, sive in futurum juste poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant.

In quibus hec propriis visa sunt exprimenda vocabulis :

In episcopatu Andegavensii ecclesia Sancti Martini de Legione, ecclesia Sancti Gervasii de Guilcio, Sancti Martini de Campiniaco et Sancti Audoueni de Fissia seu Columba de Conchiis, Sanctus Jovinus de Lusdio.

In episcopatu Cenomannensi : Sanctus Martinus de Luchiaco.

Has nimirum ecclesias, juxta predecessoris nostri felicis memorie Urbani, decretum, in Alvernensi concilio constitutum, ab omni personali redemptione liberas vobis permanere censemus.

Nemini vero facultas sit idem concilium temere perturbare aut quecumque ipsius sint vel fuerint quibuslibet occasionibus auferre.

Si qua igitur [in] futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostram constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temtaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate congnoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subjaceat.

Cunctis autem eidem loco justa servantibus, sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego, Paschalis, catholice ecclesie episcopus.

Data Sal[viniaci][1] per manum Johannis, sancte Romane ecclesie diaconi, IV idus junii, indictione XV, Incarnationis dominice anno M° C° VII°, pontificatus autem domini Paschalis secundi pape anno VIII°.

CCCCXXIV. — 1108, v. s., 27 mars, Angers. — NOTICE DE L'ACHAT FAIT PAR SAINT-AUBIN DE LA CENSIVE DE LA RIVE. (Pancarte du XIIe siècle, Archives de Maine-et-Loire, H. 62, fol. 1)[2].

Inter alia quae scribimus, noticie posterorum transmittere decrevimus quod Guillelmus, filius Haimerici sellarii, censivam de burgo Haimerici mercatoris, sicut eam habebat, monachis Sancti Albini duodecim libras denariorum vendidit.

Quae res ut perpetuam firmitatem obtineret, venit ipse Guillelmus, cum matre et sorore sua, in capitulum Sancti Albini, ibique predictam censivam in manu Archembaudi abbatis cum uno baculo pariter miserunt ipse Guillelmus et mater ejus atque soror sua.

Et, quia soror ejus de hac re paululum murmuravit, dedit ei ipse Guillelmus alibi decem solidos de censu, et ita libentissime atque viva voce censivam quam frater ejus monachis vendebat concessit.

Hoc viderunt et audierunt :

Ex parte nostra : Landricus de Ambazia, Glehoardus, Droardus pelletarius, Rainerius Pestel, Gurhannus mercator ;

De famulis Sancti Albini : Rotbertus de Treviis, Firmatus mariscallus, Hainricus sartor, Gosbertus cocus, Hatto cellararius, Rainaldus Arturus, Landricus Baboa, Giraldus corvesarius ;

Ex altera parte : ipse Guillelmus et mater ejus Ermengardis sororque ejus Maria, Amalricus Minterius, Gaufridus Euvroini filius.

Postea vero, eundem baculum quem in manu Archembaudi

(1) Ce nom n'a pas été lu par le copiste de 1582 ; mais l'itinéraire de Pascal II nous apprend qu'en juin 1107 le pape était à Souvigny.

(2) Cet acte se trouve sur la même pancarte que les actes numérotés CCCCIII et CCCCXIV, auxquels il fait suite.

abbatis concordanter miserunt, pro confirmatione et auctoramento ejusdem rei super altare Sancti Albini pariter posuerunt.

Videntibus de predictis testibus : Hainrico sartore, Firmato mariscallo, Landrico Baboa, Giraldo corvesario, Rainaldo Arturo.

Hoc quoque concesserunt matertere ipsius Guillelmi, Maria atque Gireldis.

Videntibus istis : Rotberto de Treviis, Guillelmo cellarario, Gosberto coco.

Actum Andecavis, anno ab incarnatione Domini M C VIII, IX kalendas aprilis, indictione prima.

CCCCXXV. — 1109, v. s., 3 mars. — DONS FAITS A SAINT-AUBIN PAR AUBERT, FONDATEUR DE LA CHAPELLE SAINT-MICHEL [1]. (Copie, B. N., latin 17126, fol. 377.)

Anno ab incarnatione Domini MCIX, indictione II, V nonas martii, venit in capitulum Sancti Albini Albertus secretarius, cum duobus filiis suis, Ernaldo clerico et Babino, ibique Archembaldus abbas, presente conventu fratrum, Ernaldum clericum, filium Alberti, de ecclesia Sancti Michaelis revestivit ut eam, presbytero vacuam, tempore congruenti, si vellet, sacerdos ipse factus, acciperet.

Albertus itaque se suasque res Sancto Albino tali determinatione condonavit. Unum arpentum vinee quem ipse Albertus ab abbate Sancti Albini, Girardo, emerat Sancto Albino in presenti reddidit. Duos arpentos vinearum apud Puteum Ansaldi filio suo, Ernaldo, dederat et omnem terram quam emerat apud Angleiam et unam domum ante ecclesiam Sancti Martini.

Hec simul, moriente predicto Ernaldo, Sancto Albino delegavit.

Cetera vero sua, patrimonium scilicet suum de Mairone et patrimonium socrus sue, Hermensendis, et domum suam lapideam et aliam domum, omnia ista Babino, filio suo minori, donavit : ita tamen ut domus lapidea, post mortem Babini, sine ulla contra-

(1) La chapelle Saint-Michel, fondée par un nommé Robert, pèlerin de Terre-Sainte (V. t. 1, nº XXXVII) est devenue plus tard l'église paroissiale de Saint-Michel-la-Palud.

dictione, Sancto Albino redderetur. Cetera vero que supradiximus, idem Babinus filio suo ex conjuge nato, relinquere poterit. Si autem filium seu filiam ex conjuge non habuerit, omnia hec Sancto Albino dimittet.

Solummodo unum arpentum vinee apud Peluchardum et unum domum vel illam predictam lapideam vel domum Hermensendis, socrus sue, Albertus ad hoc sibi retinuit ut, cui voluerit de sua progenie, illa dimittat.

Igitur pro supradictis rebus ita ordinatis Archembaldus abbas et totus Sancti Albini conventus concesserunt Alberto quinque quarterios vinee de quibus jam medietatem, mortua ejus conjuge, habebant, et unum arpentum de vineis Aldulfi prepositi, qui est juxta illos quinque quarterios.

Hec illi ita concesserunt ut, moriens vel monachus deveniens, ea Sancto Albino dimittat.

Concesserunt quoque illi ut quando voluerit in monachum suscipiatur. Si autem noluerit, quamdiu vixerit, panem et vinum semper de curia habebit, et filius ejus, Ernaldus, post eum similiter, toto tempore vite sue.

Harum rerum auditores et testes sunt :

De parte Alberti patris et Ernaldi, filii ejus : Hugo de Valeia et Calvellus, canonici Sancti Laudi, et Hermensendis, avia Ernaldi.

De parte nostra : Robertus prepositus, Guillelmus cellararius, Rainaldus Artus, Hamelinus, Warinus, Gros Hommet, Babardus cocus, Paisant nepos Alberti.

CCCCXXVI. — 1109-1110. — NOTICE DE L'ABANDON CONSENTI PAR FOULQUES LE JEUNE D'UNE RENTE QUE LUI DEVAIT L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN SUR LA TERRE DE FROMENTIÈRES. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 114, fol. 81.)

Post mortem Fulchonis Rechini, Andecavensis comitis, Fulcho Junior, filius ejus, defuncto patri compassus, consuetudinem quandam que in terra elemosine Beati Albini, Frumentariis nomine, ad eum jure antecessario pertinebat, unum scilicet forrei

sextarium, Deo et beato Albino, pro defuncti patris anima, in capitulo Sancti Mauricii perpetuo condonavit.

Videntibus et audientibus istis : Marbodo, Redonensi episcopo, Archembaldo abbate Sancti Albini, Harduino monacho, elemosinario Sancti Albini.

Laicis : Abbone de Brioleto, Radulfo Toaret, Radulfo de Grez, Carbonello de Sancto Michaele.

Deinde vero Fulcho ipse, sororque ejus, Redonensis comitissa, condonationem hanc in ecclesia Sancte Trinitatis, ad defuncti patris tumulum, signis presentibus confirmaverunt.

Videntibus et audientibus iterum istis : Herveo Rotundello, Radulfo Toaret, Widdo Babions et aliis multis.

S. Ful	chonis	S. comi	tisse
comi	tis	Redo	nensis

CCCCXXVII. — Vers 1112. — LETTRE ADRESSÉE AU PAPE PASCAL II PAR GEOFFROY, ABBÉ DE LA TRINITÉ DE VENDÔME, DANS LAQUELLE CELUI-CI MENTIONNE L'ÉLECTION COMME ABBÉ DE SAINT-AUBIN DU MOINE PÉAN, SUBSTITUÉ A ARCHEMBAULT, DÉMISSIONNAIRE POUR RAISON DE SANTÉ, ET RACONTE COMMENT ARCHEMBAULT, REVENU SUR SA DÉCISION, PARVINT A SE MAINTENIR DANS SON POSTE, SANS TENIR COMPTE DE L'APPEL FAIT A ROME PAR SON CONCURRENT. (Imprimé par Sirmond, *Goffridi, abbatis Vindocinensis, epistole*, lib. I, epist. 6 ; réimprimé dans Migne, *Patrologia latina*, CLVII, 40.)

Beatissimo papæ Paschali, carissimo domino et patri, frater Goffridus, Sanctæ Romanæ Sedis humilis servus, debitam cum dilectione obedientiam.

Domnum Paganum Beati Albini electum, quem mihi minimo servorum vestrorum vestræ auctoritatis decreto commendastis, scitote veraciter multa gravamina passum.

Prius quidem, electio sua sine judicio et audientia ei ablata est. Postea per invidiam in locum quem per electionem fratrum suorum obtinuerat, Archembaldus subrogatus est. Qui, me præsente, in capitulo suo, inter manus Andegavensis episcopi cum regula

sancti Benedicti abbatiam penitus ante dimiserat; quia, sicut ipsemet et omnis congregatio cum eo publice confitebatur, præ animi et corporis infirmitate tantum onus ferre non poterat. Paganus vero, cum se nec auditum, nec vocatum, quasi damnatum conspiceret, ne per hanc, quam immerito patiebatur, repulsam, infamia postmodum notaretur, me audiente, domnum episcopum Andegavensem et domnum Engolismensem, legatum vestrum, convenit : justiciam et audientiam ab eis quæsivit. Sed, sicut utraque quæsita est, utraque ab utroque negata fuit. Salomon tamen rex, et Evangelicus Judex nec sic egerunt, nec sic agere judices Ecclesiæ docuerunt. Quorum unus meretrices litigantes audire minime contempsit; sed earum causas diligenter discutiens prudenter terminavit. Alter vero in adulterio deprehensam et apud se accusatam sapienter et misericorditer liberavit.

His quæ supra diximus, et aliis gravaminibus prædictus frater vehementer oppressus, Sanctam Apostolicam Sedem, quæ matris pietate oppressis omnibus subvenire consuevit, appellavit; et ad eam, sicut ad matrem filius, consilium et auxilium petiturus confugit. Sed nec sua electio, nec Sanctæ Sedis appellatio, quæ quondam prodesse solebat, adhuc sibi prodesse potuit. Et quia matris injuriam silere non convenit filio, sanctæ matris Romanæ Ecclesiæ injuriam, cujus filius ego sum, licet indignus, occultare nec possum nec debeo.

Archembaldus et monachi qui sustinent partes ejus, omnia quæ de Pagano eis præcepit Romana Ecclesia ita contempserunt, quod ex omnibus omnino nihil fecerunt . . . .

CCCCXXVIII. — Vers 1112, 15 février, Latran. — BULLE DE PASCAL II PRESCRIVANT UNE ENQUÊTE SUR LA COMPÉTITION QUI EXISTAIT ENTRE ARCHEMBAULT ET PÉAN AU SUJET DE LA DIGNITÉ D'ABBÉ DE SAINT-AUBIN. (Imprimé par Mabillon, *Annales ordinis Sancti Benedicti*, v, 675, et dans le *Recueil des Historiens des Gaules*, xv, 48)[1].

Paschalis episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratri-

(1) Cette bulle porte dans Jaffé-Wattenbach le numéro 6307.

bus et coepiscopis, Radulfo Turonensi, Ildeberto Cenomannensi, Marbodo Redonensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Sancta Romana ecclesia, sicut omnium mater est, sic omnes materna caritate complectitur, omnibusque ipsius misericordiam postulantibus satagit subvenire.

Presentium siquidem bajulus Paganus Alerici suam penes nos querelam deposuit, quod eum sine audientia et judicio frater noster Rainaldus, Andegavensis episcopus, a sede et potestate abbatis, in qua ipsum fratres monasterii Sancti Albini posuerant, sub anathematis interdicto expulerit, et Archembaldum qui eamdem abbatiam abdicaverat, post appellationem Apostolicæ Sedis restituerit. Questus est etiam quod fratres qui eum elegerant, præbere sibi auxilium seu consilium prohibentur et qui cum eo vel pro eo appellaverant officiis suis et obedientiis postea sunt privati.

Aliam rursus querelam apposuit, quod ad executionem appellationis et causæ suæ communes expensas, ab iis qui prædictam abbatiam regere videbantur, expetierit et nullatenus potuerit obtinere.

In quibus profecto, si vera sunt, non solum appellanti, verum etiam Sedi Apostolicæ, ad quam appellatum est, non parva injuria irrogata est.

Propterea experientiæ vestræ mandamus ut, intra dies quadraginta post harum litterarum acceptionem, cum fratribus nostris Gaufrido Vindocinensi, Guillelmo Sancti Florentii, Gauterio Sancti Sergii, abbatibus, et Roberto de Arbrixellis, in capitulum Sancti Albini Andegavensis convenire curetis, et causam istam, Domino adjuvante, ordine canonico terminetis. Quod si unus ex vobis, necessitatis imminentia præpeditus, adesse nequiverit, reliqui negotium exsequantur, cui nimirum negotio et monachos qui prædictum fratrem Paganum Alerici elegerunt, libera eis ad tuitionem causæ illius facultate concessa, præcipimus interesse.

Interim a lectoribus ipsius monasterii eidem Pagano restituantur quae pro controversia sua expendit, et de reliquo usque ad consummationem causæ sibi et suis necessaria ministrentur. Porro fratribus ejus officia sua seu obedientiae, quibus post Apos-

tolicæ Sedis appellationem privati sunt cum sua integritate reddantur.

Audivimus præterea quod idem frater Paganus Alerici deprædationi sit expositus laicorum. Unde fraternitatem vestram monemus ut, ex parte nostra dilecto filio, Fulchoni, comiti Andegavensium, injungatis quod cum suis omnibus officii munimine tueatur.

Data Laterani, xv kalendas martii.

CCCCXXIX. — Vers 1112. — LETTRE ADRESSÉE AU PAPE PASCAL II PAR GEOFFROY, ABBÉ DE LA TRINITÉ DE VENDÔME, DANS LAQUELLE IL DÉPLORE LA RÉSISTANCE OPPOSÉE PAR LES PARTISANS D'ARCHEMBAULT A L'EXÉCUTION DE LA BULLE OBTENUE PAR LES AMIS DE PÉAN, ÉLU ABBÉ A LA PLACE D'ARCHEMBAULT[1]. (Imprimé par Sirmond, *Goffridi, abbatis Vindocinensis, epistolæ*, lib. I, epist. 5 ; réimprimé dans Migne, *Patrologia latina*, CLVII, 40.)

CCCCXXX. — 1113, 30 novembre, Saint-Aubin. — NOTICE DANS LAQUELLE LES MOINES DE SAINT-AUBIN RELATENT LE SORT D'UNE FAMILLE DE COLLIBERTS ET L'ACCORD PAR LEQUEL, AFIN DE NE PAS ÊTRE ATTEINT PAR LA TACHE DE LA SERVITUDE, MAURICE DE MONTBAZON RENONÇA A LEUR PROFIT A LA CENSIVE DU PUY-ANSEAU ET AU DOMAINE DE CONSTANTIN CHARBONNEL. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 51, fol. 3. — Imprimé par Marchegay, *Bibliothèque de l'École des Chartes*, XVII, 424.)

Omnibus notum esse volumus quod Godefredus, filius Hildemanni, Sancti Albini prepositus, homo fuit Sancti Albini de capite

(1) Malgré les efforts de Geoffroy de Vendôme, Péan ne put obtenir sa réintégration. Il s'attacha alors à Geoffroy de Vendôme qui, plus tard, l'envoya vers Honorius II (numéro 27 du livre I de ses lettres) ; puis, entre 1120 et 1127, il abandonna le prieuré de Saint-Clément de Craon pour rentrer à Saint-Aubin, à qui Geoffroy le réclama en vain. (Voir notre numéro CCCCXL.)

suo. Hic accepit uxorem, nomine Adelait, comitis Andecavensis et Roberti Burgundi colibertam, genuitque tres filias ex ea : Agnetem scilicet, Girbergam et Aremburgim ; quæ, cum ad nubiles annos pervenissent, secundum morem colibertorum partite sunt.

Primam, que vocabatur Agnes, Otbrannus, abbas Sancti Albini, accepit ; que postea Giraldum Cavellum maritum duxit, qui et ipse ex familia Sancti Albini erat.

Reliquas duas Fulcho comes et Rotbertus Burgundus sibi vindicaverunt ; que tamen postea a predicto comite et a Rotberto Burgundo manumisse sunt. Libere facte, ac per hoc a rebus patris sui Godefredi funditus separate, maritos acceperunt. Una earum, Girberga videlicet, Engelbaudo, qui cognominatus est Eschevit, nupsit ; et aliam, que dicebatur Aremburgis, Haimericus de Monte Basonis conjugem accepit.

Elapso autem multo tempore, cum utreque genuissent filios et filias ; et filius Engelbaldi Eschevit, nomine Simon, jam adolevisset, fiscum avi sui, predicti scilicet Godefredi, reposcere cepit : hoc est censivam de Puteo Ansaldi, et fiscum Constantini Carbonelli.

Quid plura ? Accepto consilio, Girardus, Sancti Albini abbas, fiscum Godefredi prepositi predicto Simoni, sicut rectum erat, reddidit. Quem fiscum cum ille parvo tempore tenuisset, et tandem resscisset quia non poterat esse ingenuus, quamdiu fiscum coliberti possideret, presente Milone, Romane Sedis legato, ejusdem sepedictum fiscum, in manum Girardi abbatis, cum servitutis dedecore abjecit.

Illo ita egresso, Girardus abbas et monachi Sancti Albini supradictas res pluribus annis sine ulla calumpnia tenuerunt. Postea, cum filius Haimerici de Monte Basonis, nomine Mauritius, juventutis annos attigisset, non solum fiscum quem Simon cognatus suus reliquerat, sed etiam multas alias res monachis Sancti Albini calumpniari cepit, quas subter annotavimus. Preposituram illorum, quam Godefredus avus suus tenuerat per fiscum, reposcebat. Unam quoque mansuram terre apud Campigniacum ; preterea tres quarterios vinee apud locum qui Clum vocatur, et

censivam de Puteo Ansaldi cum fisco Constantini Carbonelli reclamabat.

Abbas igitur Archembaldus et monachi Sancti Albini, congregato cetu magnorum virorum in curia sua, auditis rebus quas Mauritius reposcebat, calumpnias ejus evidenti judicio refutaverunt : partim, quia quasdam res poscebat quas non habebant, partim vero, quia, de illis rebus [quas] habebant, tam longo tempore sine ulla calumpnia tenuerant, ut jam inde nulli respondere deberent.

Cui juditio ille minime adquiescens, ubi provinciam sine justitia vidit, res monachorum furto aggressus vineas incidit, domos et molendinos incendit, aliaque quam plurima dampna eis intulit.

Qua de re abbas et monachi, dominis et amicis suis clamorem facientes et rectum offerentes, illum tergiversantem et rectum evitantem excommunicari fecerunt. Quo excommunicato, dum nec sic ille requiesceret, apud Hucbertum de Campania de illo abbas conquestus est : homo quippe illius idem Mauritius erat. Hucbertus ergo promisit se abbati rectum facere de Mauritio, si abbas ipsi Mauritio rectum facere vellet ; nec abbas renuit.

Quapropter apud Duristallum utrinque placitaturi conveniunt. Auditis rebus omnibus et optime peroratis, Hucbertus juditium, accepta occasione, distulit. Unde factum est ut iterum atque iterum, sepe et sepe, pro eadem re predictum castrum supramemoratus abbas cum multis amicorum frequentaret, ubi, post multas lites et contemptiones, maximo juditio congregato, sic res illa finita est.

Rogavit Hucbertus de Campania Archembaldum abbatem ut, postpositis reliquis rebus et dictis, ad caput placiti utreque partes redirent.

Quo impetrato, Mauritius res quas calumpniabatur, sicut supra scripte sunt, exposuit. Expositis ergo calumpniis, designati judices interrogant abbatem et monachos utrum, de illis rebus quas Mauritius ab illis expetebat, parentes illius aliquid tenuisse recognoscerent. Ad quod respondit abbas quia Godefredus, avus istius Mauritii, preposituram eorum non in fiscum, sed sicut ser-

viens, et sicut homo Sancti Albini de capite suo habuisset : ita ut, eo adhuc vivente, abbas ipsam prepposituram aliis commendaverit, et eam, in vita ipsius Godefredi, Bernerius et Aldulfus habuerint ; sed plane censivam de Puteo Ansaldi et fiscum Constantini Carbonelli habuit.

Post hanc abbatis responsionem, judices subintulere : « Domine abbas, judicamus quia debetis Mauritium revestire de illis rebus quas avum illius tenuisse recognoscitis, hoc est de fisco Constantini Carbonelli et de censiva Putei Ansaldi. Pro qua re tamen debet vobis convenienter dare de pecunia sua, justa modum fisci illius. Cumque, sicut rectum est, revestieritis eum, ipse postea respondebit vobis si eum de capite suo impetieritis. »

Hoc judicium abbas audiens, inito consilio, Mauritium de supradictis rebus revestire disposuit. Sed Mauritius, intelligens quia si fiscum avi sui de abbate suscepisset, etiam servitutis dedecus indueret, per amicos suos de hac re quesivit concordiam.

Qua perscrutata, venit in capitulum Sancti Albini cum Aremburge, conjuge sua, et Jofredo Brichet, sororgio suo, ibique omnia que monachis Sancti Albini calumpniatus fuerat, in manum Archembaldi abbatis, cum uno cultello, penitus dimisit et predicta uxor ejus ; moxque eundem cultellum super altare sancti Albini detulit. Hoc facto, regressus in capitulum Sancti Albini, Haimerico Camaillardo manum ejus tenente, fidem suam dedit quod hanc concordiam quam tunc faciebat, toto tempore vite sue, abbati et monachis Sancti Albini conservaret. In eadem quoque fidutia promisit quia istas res, quarum calumpniam tunc dimittebat, monachis Sancti Albini, contra insurgentes deinceps adversarios, pro posse suo, tutaret et defenderet, excepta datione pecunie sue ; et quod hec omnia filium suum concedere faceret, cum ille, qui tunc parvulus erat, ad legitimam etatem perveniret. Hac fide ita promissa, Mauricius omnia de quibus ibi fidem suam dederat, in eodem capitulo, super sanctas reliquias, juravit.

Ergo his rebus ita pacatis, dedit abbas Archembaldus predicto Mauricio duodecim libras denariorum.

Testes qui cum abbate et toto conventu cenobii ibidem affuerunt, et hoc viderunt et audierunt : Guillelmus Musca, Mainerius de

Sancto Laudo, Babinus de Sancto Laudo, Stephanus capellanus, Giraldus prepositus, Aimericus Camaillardus, Fulbertus pelletarius, Anfredus pelletarius, Karius ;

De nostris hominibus : Rotbertus prepositus, Paganus de Sancto Albino, Samazollus, Warinus Pulsatus, Guarinus Modicus, Paisantus, Mauricius de Saiaco et filius ejus Mauricius, aliique multi.

Actum apud monasterium Sancti Albini, pridie kalendas decembris, anno ab incarnatione Domini M CXIII, indictione septima, comite Andegavensi Fulcone Juniore, ipsius urbis Rainaldo tunc pontifice.

CCCCXXXI. — 1113. — ROULEAU MORTUAIRE DE MATHILDE, FILLE DE GUILLAUME LE CONQUÉRANT ET ABBESSE DE LA TRINITÉ DE CAEN ; L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN Y A INSCRIT SON « TITULUS ». (Copie, B. N., latin 12652, fol. 87. — Imprimé par L. Delisle, *Rouleaux des Morts*, p. 177.)

CCCCXXXII. — 1107-1120, un 4 juillet. — NOTICE DES DONS FAITS A SAINT-AUBIN PAR GEOFFROI DE QUERQUEUIL. (Copie figurée du XVII[e] siècle, Archives de Maine-et-Loire, H. 53, fol. 331 bis.)

Omnibus notum esse volumus quod Jofredus de Carco venit in capitulum Sancti Albini, IV nonas julii, petiitque a domno abbate Archembaldo et a toto conventu ut patrem suum Robertum de Carco, qui tunc graviter egrotabat, monachum facerent. Quod cum impetrasset, calumpniam quam in vineas Stabilis monachi inferebat in primis guirpivit, ac postmodum quinque solidos annui census duosque arpentos prati, qui sunt juxta insulam Montis, monachis dedit.

Post hoc autem accepit beneficium loci et, cum una virgula, Archembaldum abbatem de predictis rebus revestivit, et eamdem virgulam super altare Sancti Albini detulit.

Hoc viderunt et audierunt : Adelardus Sorini, Warnerius Hircus, Willelmus Buschet et alii plures.

CCCCXXXIII. — Vers 1120. — UNION DE PRIÈRES ÉTABLIE ENTRE SAINT-AUBIN ET MARMOUTIER. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 279, fol. 198 et 747, p. 79.)

Hec est amice confederationis societas inter nos et ecclesiam Beati Martini Majoris Monasterii.

Omnium fratrum suorum infra anni orbitam defunctorum in festo beati Albini, kalendis martii, nobis brevem transmittent. Nos autem post capitulum in quo brevis recitatus fuerit, pulsatis signis, pro illis qui in breve fuerint et omnibus ejusdem congregationis defunctis officium communiter persolvemus, et singuli sacerdotum nostrorum, intus et foris, missam unam pro ipsis celebrabunt, et ceteri missas non canentes quinquaginta psalmos perorabunt; primoque die qui ad hoc agendum idoneus fuerit, pulsatis solemniter signis, missam pro eisdem in conventu celebrabimus. Die vero altera post recitacionem brevis trigenarium de missis, cum pane et vino et generali, incoabimus.

Pro singulis quoque abbatibus Beati Martini Majoris Monasterii obeuntibus, sicut de professo nostro consuevimus facere, faciemus.

Similiter facient illi de nobis, et in Translatione Beati Martini, que celebratur estivo tempore, brevem nostrum eis transmittemus.

Et ut hec nostra concessio omni tempore firma persistat, in presenti eam martyrologio annotare studuimus, ut discant posteri nostri quia constans et ratum debet esse quicquid a communi capitulo concorditer statuitur.

CCCCXXXIV. — Vers 1120. — UNION DE PRIÈRES ÉTABLIE ENTRE SAINT-AUBIN ET L'ABBAYE NOTRE-DAME DE DÉOLS. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 747, p. 55.)

Hec est amice confederacionis societas inter nos et ecclesiam Beate Marie Dolensis.

Omnium fratrum suorum infra anni orbitam defunctorum in

Nativitate Beate Marie nobis brevem transmittent. Nos autem post capitulum in quo brevis recitatus fuerit, pulsatis signis, pro illis qui in breve fuerint et omnibus eisdem congregacionis defunctis officium communiter persolvemus, et singuli sacerdotum nostrorum intus et foris manentium missam unam pro eis celebrabunt, et ceteri missas non canentes quinquaginta psalmos perorabunt; primoque die qui ad hoc agendum idoneus fuerit, pulsatis solempniter signis, missam pro eisdem in conventu celebrabimus. Die vero altera post recitacionem brevis trigenarium de missis, cum pane et vino et generali, incoabimus.

Pro singulis quoque abbatibus Beate Marie Dolensis, sicut de professo nostro consuevimus facere, faciemus.

Similiter facient illi de nobis, et in Purificacionem Beate Marie brevem nostrum eis transmittemus.

Et ut hec nostra concessio omni tempore firma persistat, in presenti eam martirologio annotare studuimus, ut discant posteri nostri quia constans et ratum debet esse quicquid a communi capitulo concorditer statuitur.

CCCCXXXV. — 1122. — ROULEAU MORTUAIRE DU BIENHEUREUX VITAL, ABBÉ DE SAVIGNY ; L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN Y A INSCRIT SON « TITULUS ». (Original, Archives Nationales, L. 966. — Imprimé par L. Delisle, *Rouleaux des Morts*, p. 281.)

CCCCXXXVI. — Après le 4 novembre 1123. — LETTRE PAR LAQUELLE LES MOINES DE SAINT-AUBIN, FAISANT PART A LA FOIS DES DÉCÈS DE MARBODE, ÉVÊQUE DE RENNES, ADVENU A SAINT-AUBIN LE 11 SEPTEMBRE, ET DE CELUI DU BIENHEUREUX GIRARD, MORT LE 4 NOVEMBRE, DEMANDENT DES PRIÈRES POUR L'UN ET POUR L'AUTRE[1]. (Copie, Bibl. d'Angers, ms. 318. — Imprimé par Martène, *Thesaurus*, I, 355 ; par Beaugendre, *Hildeberti opera*, col. 1383 ; par Dom Morice, *Preuves*, I, 549, et par L. Delisle, *Rouleaux des Morts*, p. 344.)

Universis unius sacrosancte Ecclesie filiis humilis congregatio

(1) Ce bienheureux Girard est connu par la biographie signalée sous le numéro CCCCXXXVII.

Beati Albini Andegavorum episcopi, plenam de Hoste et de victoria coronam.

Apostolica nos informat auctoritas ut pro invicem orantes alter alterius onera portemus, et sic adimplebimus legem Christi. Legem igitur Christi nos, servi Christi, pia sollicitudine adimplere satagentes, denuntiamus vobis obitum domni Marbodi, venerabilis episcopi, semper cum laude memorandi, lingua facundi, religione precipui, honestate preclari, litterarum editione doctissimi, cujus sermo sale semper conditus erat, et ex ore illius omni melle dulcior semper fluebat oratio. Et quamvis eodem tempore variis studiis tota Gallia resonaret, ipse tamen, oratorum rex, Gallicane arcem eloquentie specialiter obtinebat.

Tertio siquidem idus septembris informatus carne, sed spiritu fortior, excedens a seculo, vivens in Christo, sua nos viduavit presentia et amoris sui jaculo vulneratos intolerabili dolore confecit.

Qui post longa liberalium studiorum longe lateque vernantium exercitia, quibus in Andecavensi civitate cui famosissimus ac nominatissimus extitit magister, efficassime claruit, electus a reverendissimo papa Urbano, in Turonensi concilio [1], sancte sedis ecclesie Redonensis, annuente Domino, pontifex ordinatus est.

Quam ipse dignitatem, immo onus, accinctus gladio Spiritus Sancti, licet inter barbaros et naturali quadam armatos feritate per annos viginti octo fideliter prudenterque gubernans, superborum colla justicie censura perdomuit, arguendo, obsecrando, increpando, dissidentia pacificavit.

Tandemque longevo confectus senio, plenus dierum, in sancta confessione, ut premissum est, in Domino requievit. Ingressurus itaque viam universe carnis, mortemque vicinam presentiens, onere pontificali deposito, sanctissimi Benedicti habitum humilitatemque suscepit, monachumque professus beato Albino se tradidit, ac sic exoneratus, pauperem Christum pauper et ipse secutus est.

Ante quidem, ut Martha, sollicitus erat et occupatus erga plu-

(1) Mars 1096.

rima; nunc vero, velut altera Maria, unum esse necessarium recognoscens, optimam partem elegit que non auferetur ab eo.

Commendamus etiam orationibus vestris transitum domni Girardi, fratris nostri, viri plane mirabilis, quem profecto temporibus nostris prolixum vidimus traxisse martyrium. Rebus pauper, meritis dives, parcus sibi, largus egenis, cujus honesta conversatio in cœlis erat, dum angelicam in terris vitam gerebat. Ubi enim erat thesaurus ejus, illic et animus, qui juxta Apostolum semetipsum exhibuit hostiam viventem, sanctam, Deo placentem; cui, jejunando, vigilando et orando jugiter assistens, oneratus ferro vinctusque catenis, rationabile reddidit indefessus obsequium, et, ut magna breviter explicemus, mirabilem vitam mirabiliter inchoavit et mirabilius consummavit, bonis meliora, melioribusque semper adjiciens optima.

Obiit autem eodem anno, pridie nonas novembris, in senectute bona, virtutum floribus adornatus, cœloque spiritum reddens, terram terre mandavit.

Ceterum, quia corpus, quod corrumpitur aggravat animam, et deprimit inhabitatio terrena sensum multa cogitantem, et nemo mundus a sorde, nec infans, cujus est unius diei vita super terram, dilectissimam nobis caritatem vestram per viscera misericordie Dei nostri petimus et rogamus ut pro illis fundatis ad Dominum preces, et contra cuncta eis adversantia orationum vestrarum clypeos opponatis. Insuper admonemus ut vanitantium vanitates et nugarum nenias penitus recidatis, ne quod utiliter nimis institutum est notam habeat levitatis. Nos enim vota precum animabus profutura, non verborum phaleras postulamus, que defunctis nichil proficiunt et vivis plurimum solent obesse, cum scriptum sit de omni verbo otioso reddituros nos rationem. Latori quoque presentium, pro amore Dei et mirandi pontificis honore, necessaria ministrate, ne si dimiseritis vacuum, quod absit, deficiat in via.

Denique presenti rotulo titulos vestros apponite, defunctorum nomina breviter annotate, ut quod nostris salubriter petimus, vestris devotissime persolvamus.

Et ne forte de rotuli procrastinatione miremini, sciatis hoc

indubitanter ob expectationem pontificalis ecclesie contigisse; sed quia nullus extitit eorum qui hoc faceret, maluimus nos esse quam neminem.

CCCCXXXVII. — Après le 4 novembre 1123. — VIE DU BIENHEUREUX GIRARD, MOINE DE SAINT-AUBIN[1]. (Copie, B. N., 13092, et Bibl. d'Angers, ms. 738[2]. — Imprimé dans *Chroniques des églises d'Anjou*, p. 93-126.)

CCCCXXXVIII. — 1123, 20 décembre. — CHIROGRAPHE RELATANT L'ACCORD ÉTABLI ENTRE L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN ET LE CHAPITRE DE SAINT-MAURILLE AU SUJET DE LA POSSESSION D'UNE VIGNE SITUÉE DANS LA CENSIVE DES CHANOINES. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 51, fol. 4)[3].

Quoniam vita brevis est et memoria fallax, temporis acta nostri litteris mandare decrevimus.

Giraudus igitur, filius Andefredi, ad extrema veniens, monachus Sancti Albini factus est, atque inter cetera beneficia que eis contulit, delegavit eidem Sancto ac monachis ejus vineas quasdam, id est tres arpentos et dimidium, quas in censiva canonicorum Beati Maurilii habebat, unde et capitalis census et vende Sancti Maurilii erant.

Quo comperto, canonici, quia monachos in censiva sua nichil possidere volebant, calumniam intulerunt, neque de manu monachorum capitalem censum recipere voluerunt. Quin etiam ad domnum Rainaldum episcopum clamorem direxerunt. In cujus presentia hujusmodi tandem concordia facta est, quod canonici

(1) L'abbaye compta au nombre de ses personnages vénérés un autre bienheureux Girard, lequel ne doit pas être confondu avec celui-ci, puisque son décès, au dire de la Chronique de Saint-Aubin, se serait produit le 3 juillet 1153.

(2) Ces manuscrits, qui sont l'un du XII[e] siècle, l'autre du XIV[e], contiennent un certain nombre de miracles dont le récit n'a pas été reproduit par MM. Marchegay et Mabille.

(3) Ce chirographe est parti sur les mots : IHS XPS VERITAS.

super censum prefatarum vinearum concesserunt abbati ac monachis Sancti Albini, causa dilectionis et pacis, ita quidem ut canonici semper capitalem censum earumdem vinearum de manu monachorum recipiant; et si quando vende provenerint habeant canonici vendas earum, monachi vero semper solummodo supercensum habeant. Et si forte vineae defecerint, ita terra tradatur ut canonici vendas suas non amittant neque monachi supercensum.

Hec autem còncessio tali facta est tenore talique determinatione ut, si canonici Sancti Maurilii tantumdem adquirere potuerint in qualibet censiva Sancti Albini, concedatur eis similiter a monachis supradictis.

Hii affuerunt in capitulo Sancti Albini: Rotbertus Catelina, Hubertus Marzelina, Goffridus Lotinus, Silvanus, Goffridus de Camilliaco, Marinus capellanus;

De laicis: Hugo Nero, Haimericus, Pichonius et scutarius frater ejus, Richardus et Guarnerius;

De nostris: Rotbertus prepositus, Warinus camberlanus, Gostus cocus.

In capitulo Sancti Maurilii hii affuerunt: Landricus et Rainaldus, monachi Sancti Albini; famuli, Pichonius de Guirchea, Rotbertus prepositus, Warnerius Hircus, Berardus hospitarius, Rainaldus Vitulus.

Actum anno ab incarnatione Domini M C XXIII, vigilia sancti Thome apostoli.

CCCCXXXIX. — Vers 1123, un 6 septembre. — CHIROGRAPHE RELATANT L'ACCORD ÉTABLI ENTRE SAINT-AUBIN ET SAINT-MAURILLE AU SUJET DE LA POSSESSION DE LA VIGNE DE BONHOMME LE LÉPREUX, SITUÉE DANS LA CENSIVE DES CHANOINES. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 51, fol. 2.)

Quidam leprosus, nomine Bonus Homo, dimidium arpentum vinee pro anima sua Sancto Albino in elemosinam dedit. Quia vero illa vinea de feodo Sancti Maurilii est, canonici ejusdem ecclesie eam monachis Sancti Albini calumpniati sunt; que tamen calumpnia pacis et concordie pacto ita tandem finita est.

Canonici Sancti Maurilii predictam vineam monachis Sancti Albini concesserunt, pro qua ipsi monachi reddent sex denarios de censu per singulos annos supradictis canonicis ; et, tam pro illa quam pro aliis vineis quas de feodo vel decimaria Sancti Maurilii habent, dabunt illis pro decima quattuor sommas legitimi vini albi sive rubei.

Hoc in capitulo Sancti Maurilii VIII idus septembris confirmatum est ab ejusdem ecclesie canonicis : Rotberto scilicet cognomento Catelina, Huberto Marzelina, Gosfredo Lotino, Silvano, Gosfredo de Chimilliaco, Marino, Willelmo Andefredi, ubi affuerunt de monachis Sancti Albini : Rainaldus, filius Girberti, et Gosfredus Rex ; et de famulis eorum : Rotbertus prepositus eorum, Wido Carbonellus, Artuisus cementarius.

Isti ab abbate et monachis Sancti Albini missi, pactum cum supradictis canonicis firmaverunt et eorum concessionem audierunt.

CCCCXL. — 1120-1127. — LETTRE DANS LAQUELLE GEOFFROY, ABBÉ DE LA TRINITÉ DE VENDÔME, SE PLAINT A HAMELIN, ABBÉ DE SAINT-AUBIN, DE L'ACCUEIL FAIT PAR CELUI-CI AU MOINE PÉAN, FILS D'AUBRY, QUI, AYANT ABANDONNÉ LE PRIEURÉ DE SAINT-CLÉMENT DE CRAON, S'ÉTAIT RÉFUGIÉ A SAINT-AUBIN [1]. (Imprimé par Sirmond, *Goffridi, abbatis Vindocinensis, epistolæ*, lib. IV, epist. 12 ; réimprimé dans Migne, *Patrologia latina*, CLVII, 157.)

CCCCXLI. — 1128, V. S., 1er mars. — NOTE SUR LA TRANSLATION DES RELIQUES DE SAINT-AUBIN. (B. N., Baluze, 39, fol. 266, et latin 17126, fol. 539, d'après l'ancien martyrologe de l'abbaye. — Imprimé en partie dans Dom Morice, I, 559.)

Anno ab incarnatione Domini M C XXVIII, indictione VI, in sancta Romana ecclesia Honorio papa presidente, Ludovico Phi-

(1) Cf. sur cet incident et sur les autres démêlés entre Saint-Aubin et Geoffroy de Vendôme l'*Étude sur Geoffroi de Vendôme*, par L. Compain, Paris, 1891, in-8o (Bibliothèque de l'École des Hautes Études, fasc. 86).

lippi regnum strenue gubernante, convenerunt in unum Giraldus, Engolismensis episcopus, Romane Sedis legatus, et Hildebertus, Turonensis archiepiscopus, cum venerabilibus viris episcopis Guidone Cenomannensi, Hamelino Redonensi, Ulgerio Andegavensi, Bricio Nannetensi ; abbatibus quoque quamplurimis, atque rogatu domni Rotberti, abbatis hujus loci, totiusque congregationis, transtulerunt corpus sancti Albini presulis in in novam capsam, auro et argento mirifice adornatam ; ibique, presentibus domino Fulcone, nobilissimo consule, et Gaufrido, ejus filio, multaque nobilis turba tam clericorum quam laicorum, die kalendarum martiarum, honorifice condiderunt.

CCCCXLII. — 1127-1154. — ACTE CONSTATANT LA PRISE A VIAGE PAR GARIN, PRÊTRE DE SAINT-PIERRE, D'UNE MAISON SISE PRÈS L'ÉGLISE SAINT-PIERRE, TENUE EN CENSIVE DU CHAPITRE DE SAINT-PIERRE ET CONCÉDÉE AUTREFOIS PAR L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN A GUILLAUME, ARCHIDIACRE DU MANS. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 46, fol. 30.)

Intellectus animi rationales testificantur quod generationes hominum pretereunt et generationes subsequuntur, terra vero in eternum consistit. Ideoque utile nobis videtur ut ea que in temporibus nostris aguntur, successoribus nostris sub litterarum inscriptione relinquamus contra fradulentorum hominum, si aliquando insurrexerint, calumpnias ; quod monachi Sancti Albini in censiva quandam domum ab ecclesia Sancti Petri et canonicis ibidem conversantibus tenent ; que non longe ab ecclesia posita est, et quam ipsi monachi Willelmo, archidiacono Cenomannensi, in vita sua dederunt et concesserunt, tali tenore et conventione ut post obitum ejus ad ecclesiam Beati Albini reverteretur.

Postea vero idem Guillelmus archidiaconus domnum Robertum, abbatem, ceterosque monachos Beati Albini rogavit ut, sicut ipsi predictam domum sibi concesserant, ita cuidam presbitero de Sancto Petro, nomine Guarino, in vita sua, eandem domum concederent ; et ipse presbiter canonicis Sancti Petri censum

annuum pro eis persolveret, scilicet quinque solidos et tres denarios, quod et hoc modo fecerunt.

Venit itaque Guarinus presbiter in Beati Albini capitulum ibique, cum predicto pacto assensuque tocius capituli, cum regula beati Benedicti super hoc dono Rotbertus abbas eum revestivit.

Pro hac autem concessione, quam ipsi monachi libenter fecerunt, promisit eis et concessit ut domum illam, tamquam suam propriam, bene cooperiret et edificaret, et in tempore suo non decideret. Post mortem itaque suam, domus illa, bene edificata atque refecta, ad ecclesiam Beati Albini iterum reverteretur.

Monachis vero Beati Albini in communi capitulo, post membrorum dissolutionem, quandam cameram cum necessariis, que huic domui adjacet et que de suo jure erat, in elemosinam dedit et concessit.

Hoc vidit et audivit Scarius burgensis.

CCCCXLIII-CCCCL. — 1127-1154. — L'ABBÉ ROBERT ACCORDE A DIVERSES PERSONNES LA FAVEUR D'ÊTRE ASSOCIÉES AUX PROFITS SPIRITUELS DE L'ABBAYE[1]. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 747.)

CCCCXLIII. — . . . . duobus monachis Majoris Monasterii, Herveo de Monte Forti atque Helye . . . . (747, p. 62.)

CCCCXLIV. — . . . . Hersendi de Sartrino . . . . (747, p. 62.)

CCCCXLV. — . . . . Girorio de Bello Pratello . . . . (747, p. 62.)

CCCCXLVI. — . . . . Gauterio de Insula Buccardi, monacho Sancte Marie Dolensis, et Girorio, monacho Sancti Florentii . . . . (747, p. 62.)

CCCCXLVII. — . . . . Bernerio, abbati Nucariensi . . . . (747, p. 62.)

(1) Après avoir donné précédemment, sous les numéros CCCCXVIII et suivants, le texte des formules les plus usitées à Saint-Aubin pour accorder l'association aux profits spirituels de l'abbaye, nous jugeons intéressant d'énumérer, en les groupant sous le nom de chaque abbé, les personnages ayant été l'objet de cette faveur. Pour les faire connaître, nous nous bornerons à insérer ici leurs noms, tels qu'ils ont pris place dans les actes en question. Tous ces noms sont au datif parce que tous sont précédés du mot « concessimus ».

CCCCXLVIII. — . . . . Laurentio, monacho Sancti Florentii . . . . (747, p. 62.)

CCCCXLIX. — . . . Gauterio, abbati de Asneriis . . . (747, p. 62.)

CCCCL. — . . . . Guarino, monacho Sancti Melanii . . . . (747, p. 62.)

CCCCLI. — 1141, 23 septembre, Angers. — CHIROGRAPHE PAR LEQUEL SAINT-AUBIN CONCÈDE A L'ABBAYE DE LA ROE LA CHAPELLE DE NOTRE-DAME DE RECOUVRANCE A CHARGE D'UNE REDEVANCE D'UN DEMI POIDS DE CIRE AU PROFIT DU SACRISTAIN. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 154, fol. 52.)

Regali munificentia a fundamentis constructa et celebri possessionum dote ampliata, incliti confessoris Christi Albini abbatia, in suburbio[1] Andegavensis urbis collocata, ab antiquo intra muros dicte civitatis haud procul a matre ecclesia sitam ecclesiolam in honore Matris Misericordiarum fundatam habebat. Accidit autem ut canonici de Rota in eadem civitate quamdam domum quæ Hildegarii thesaurarii fuerat, possiderent; ubi vero divinum officium agerent penitus non haberent. Predictorum igitur canonicorum abbas, nomine Albinus, vir in bonis satis laudabilis, et aliquanti cum eo canonici, venerabilem abbatem Sancti Albini Robertum adierunt et, ut predictam ecclesiolam, causa mutue dilectionis ecclesie sue in perpetuum cum assensu capituli concederet postulaverunt.

Super hoc autem abbas Sancti Albini capitulum consulens eodem die, capitulo in capella Sancti Andree celebrato, deliberatione habita, capitulo favente, peticioni eorum adquievit, ea conditione ut, in auxilium luminis ecclesie singulis annis dicti canonici dimidium pondus cere in festivitate Sancti Nicholai, sacriste Sancti Albini persolverent. Determinatum etiam fuit ut, si in predicto festo, aliqua causa impediente, non redderetur, infra octabas sine causatione reciperetur. In eodem quoque loco concessum utrobique fuit ut canonici de Rota pro monachis Sancti

(1) Le mot *suburbio* est écrit au-dessus du mot *prospectu*, qui a été barré.

Albini, sicut pro suis fratribus, beneficium in omnibus facerent, et eandem societatem eis monachi Sancti Albini impenderent.

Hoc actum in predicta capella, anno Domini M C XLI, indictione IV, IX kalendas octobris.

Audierunt et viderunt isti : abbates Robertus et Albinus.

Ex parte Roberti abbatis, totus conventus ;

Ex parte Albini abbatis : Tebaldus, Johannes, Gaufridus, canonici sui.

De famulis monachorum : Rubiscallus, Arraldus, Halope.

CCCCLII. — 1141. — LETTRE PAR LAQUELLE L'ÉVÊQUE D'ANGERS, ULGER, RATIFIE LE DON DE LA CHAPELLE DE NOTRE-DAME DE RECOUVRANCE, FAIT A L'ABBAYE DE LA ROE PAR SAINT-AUBIN. (Cartulaire de la Roë, pièce XXVII) [1].

Ulgerius, indigne dictus episcopus Andegavorum, Roberto, venerabili abbati Sancti Albini, et toto conventui sibi subjecto salutem in Christo.

Quod fraternum est, quod officium est caritatis et argumentum religiose dilectionis, retulerunt nobis fratres et amici nostri de Bosco vos dedisse illis ecclesiam Beate Marie que dicitur Discooperta, et in capitulo concessisse. Unde grates Deo et vobis agimus ; et vestri exempli sequentes vestigia, quantum ad nos pertinet, ex parte nostra dictam ecclesiam monasterio de Bosco et fratribus vestris, canonicis ibidem deservientibus et deservituris, in perpetuum concedimus.

Valete et orate pro nobis.

CCCCLIII. — 1149-1151. — ACTE PAR LEQUEL SAINT-AUBIN CÈDE A JOULAIN DE TOURS LA PROPRIÉTÉ DE LA TERRE DE LA ROCHE-

(1) L'original du Cartulaire de la Roë est conservé aux Archives de la Mayenne ; deux copies exécutées par Marchegay existent, l'une aux Archives de Maine-et-Loire, l'autre à la Bibliothèque nationale, sous le numéro 1227 du fonds latin des nouvelles acquisitions. C'est le numérotage de cette double copie qui nous servira à faire nos renvois. Depuis plusieurs années déjà M. Planté promet une édition de ce document important.

JOULAIN LAQUELLE NE POÛRRA JAMAIS ÊTRE DONNÉE A UNE ÉGLISE. (Original en mauvais état, Archives de Maine-et-Loire, H. 176 ; copie du XVIIe siècle, H. 394.)

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego, Robertus, abbas Sancti Albini, totusque conventus concessimus Gosleno de Turonis et heredibus ejus terram de Rocha, hereditario jure perpetuo habendam, reddendo singulis annis, II kalendas martii, ecclesie Sancti Albini Andegavensis quinque solidos de servitio, ita tamen quod neque Goslenus, neque heredes sui alii ecclesie dare aut vendere poterunt, nisi ecclesie Sancti Albini, ex cujus beneficio eam habent ; laicis autem personis dare aut vendere aliquando si voluerint poterunt, solummodo tamen cum servitio.

Hec videntibus et audientibus istis : Bartholomeo abbate Sancti Nicholai, Herveo abbate Sancti Sergii, Gosfrido Normannorum duce et comite Andegavorum, Galterio decano ecclesie Andegavensis, Adelardo de Castro Gunterii, Radulfo de Creio, Garino de . . . , Bartholomeo . . . , Salomone de . . . , Petro . . . , Guarino Bertelot, Adelardo domino de Rillé.

Preterea notum fieri volumus quod ego, Goslenus de Turonis, concessi monachis Sancti Albini censum quem habebam in vineis de Forgiis, reddendo quatuor denarios pro arpenno.

CCCCLIV. — XIIe siècle. — CHIROGRAPHE RELATANT LE DON DE TOUS SES BIENS FAIT A SAINT-AUBIN PAR GEOFFROY LE BLANC. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 176.)

Sciant presentes et presentium successores quod juvenis quidam, Gaufridus scilicet, filius Gaufridi Albi, venit in capitulum nostrum, ibique se omnesque possessiones suas Deo et Beato Albino et monachis ejus fideliter condonavit ; et de hac condonatione Ernaudum, tunc priorem, cum quadam virgula investivit, quam super altare Beati Albini pro testimonio posuit.

Hec sunt autem possessiones quas nobis dedit : due platee ante portam monachorum, unum arpentum vinearum et dimidium

arpentum prati, et oschia ultra fluvium Sartam et terra de Noiento, et undecim solidos census.

Nos autem concessimus ei ut, cum monachus fieri voluerit, eum recipiamus et pannis nostris induamus. Interim in una de obedientiis nostris vel in abbatia, sicut monachus, necessaria habebit. Insuper prior Malicornie per annum viginti solidos Andegavensis monete ei dabit. Servanteriam quoque que prius libera fuerit, excepta prepositura de Saiaco et nostra dominica, si voluerit eam accipere, habebit.

Hoc viderunt et audierunt isti : Sigebrannus cellararius, Hugo Pintha Micha, Haimericus portarius, Guillelmus infirmarius, David hospitarius, Februarius carpentarius, Gaufridus Nobilis.

CCCCLV. — 1151. — L'ABBÉ ROBERT, EN DÉCIDANT QUE DÉSORMAIS, A SAINT-AUBIN, L'ASSOMPTION SERA FÊTÉE A L'ÉGAL DE PAQUES, DE NOEL ET DE LA PENTECÔTE, FAIT A L'ABBAYE CERTAINS DONS DESTINÉS A COUVRIR LES FRAIS DE LA FÊTE. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 747, p. 80, et, en partie, B. N., latin, 17126, fol. 277.)

Quoniam indesinenter labitur humana mortalitas, memorie posteritatis nostre litteris quibus eadem viget memoria mandamus quod Rotbertus, abbas Beati Albini, scilicet vir virtute religionis approbatus, cum totius ecclesie communi capitulo, festum de Assumptione benedicte Virginis Marie et genitricis unigeniti Filii Dei firmiter stabilivit, stabiliterque firmavit pio religionis augmento solemniter celebrari, sicut Pascha vel Pentecostem vel Natale Domini, quatuor scilicet diebus in capis, cum omnibus consuetudinibus suis et per omnia consimili ordine prenominatarum solempnitatum et ratione.

De qua autem re ne postventuri cellararii gravarentur multamque impensam causarentur, Mainerius, ejusdem ecclesie cellararius, ad procurationem fratrum psallentium dedit de adquisitis suis, videlicet decimam de terra Brientii de Larre, quam a filiis ejus viriliter et precio adquisierat.

Dedit etiam census de vinea Gauterii Fabri, scilicet sex solidos et quatuor denarios.

Hec in usum fratrum concesserunt : Robertus abbas, Willelmus sacrista, Guarinus prior, Johannes elemosinarius, Christianus, communiterque omnes alii fratres perpetualiter statuerunt.

Anno M CLI ab incarnatione Domini, indictione XIV.

Item notum fieri volumus quod Willelmus, nepos Pagani Flochardi, consilio fratris sui Gauterii monachi, dedit quatuor solidos censuum de vinea quadam que est in fevo nostro Pruneriis ad illuminandam supradictam festivitatem in honorem perpetue Virginis et genitricis Dei Marie, qui in vigilia ejusdem solemnitatis reddendi sunt.

CCCCLVI. — 1152, 16 novembre, Albano. — BULLE PAR LAQUELLE LE PAPE EUGÈNE III CONFIRME LES POSSESSIONS DE SAINT-AUBIN[1]. (Vidimus de 1582, Archives de la Sarthe, H. 267, fol. 25 ; copie d'Arthaud, Bibl. d'Angers, ms. 624, fol. 549, et B. N., latin 12658, fol. 169, et 17126, fol. 173.)

Eugenius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Roberto, abbati monasterii Sancti Albini, quod secus civitatem Andegavensem situm est, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.

Quotiens illud a nobis petitur quod religioni et honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum inpartiri suffragium.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium in quo divino mancipati estis obsequio sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presenti juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant.

(1) Cette bulle, qui est inédite, porte dans Jaffé-Wattenbach le numéro 9614.

In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis :

In Andegavensi episcopatu : insulam Montis, piscariam de Sorgiis, Sanctum Johannem super Ligerim, Chiriacum, Calciacum, Alodum, Segniacum, Clementiniacum, Campaniacum, Sagiacum, Ladriacum, Ballaiacum, Prunarium, Legionem, Monsteriolum, Charrers, Campiniacum, Pinciacum cum bosco de Malespinet, Castellicium, Basilgiam, Castrum Gunterii, Lusdum, Valles, Brionum, Cartiniacum, Peregrinam, Nimerlam, Villam Canis, Campum Bosserium, Vernueil, Sarmagiam, Fissam, Guiziacum, Comborniacum, Artisiacum, Curtum Campum, Sichiliacum, Sanctum Matheum de Treviis, Sanctam Columbam, Sanctum Julianum de Civitate, Camberliacum.

In Cenomannensi episcopatu : Coloniam, Sanctum Gallum, Basilgiam, Criptam, Basilgiolam, Luchiacum, Malicornant, Sanctum Petrum de Ulmis, Miseriacum, Ligrum, Loconacum, Fraterniacum, Avesiacum ; in civitate Cenomanensi : Sanctum Audoenum, Sanctum Petrum Interratum, Fratellum [1].

In Pictavensi : Maironum, Brussiacum.

In Redonensi episcopatu : Calumpniacum, Cellulam domini Melanii.

In Nannetensi episcopatu : Salliacum, Sanctum Nazarium, Sanctum Brevenum, Corset, Sanctam Opportunam, Ralleriam et Uldonum.

Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Deum et beati Benedicti regulam, providerint eligendum.

Adjicimus etiam, ne pro communi interdicto parochie monasterium vestrum divino vacet officio, sed potius clausis januis et exclusis excommunicatis et interdictis, suppressa voce divina vobis liceat celebrare officia.

Preterea libertatem [2] seu immunitatem a nobili viro Gaufrido,

(1) La copie d'Arthaud porte : « Frateium ».

(2) M. Mabille a relevé ce passage, lequel confirme le récit donné par lui aux pages 89-90 de ses *Chroniques des églises d'Anjou*.

Andegavensi comite, et filiis ęjus obedientie vestre de Mairono, super pravis et indebitis consuetudinibus eidem loco impositis concessam et scripti sui munimine roboratam, vobis auctoritate Sedis Apostolice confirmamus. Indebitas autem et immoderatas prandiorum exactiones in obedientiis vestris a diocesano episcopo fieri omnimodis prohibemus.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus infestare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolice auctoritate et diocesanorum episcoporum canonica justitia.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat.

Cunctis autem eidem loco justa servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum Judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(*Rota et monogramme du* Bene valete).

Ego, Eugenius, catholice ecclesie episcopus, subscripsi.

Ego, Hugo, Hostiensis episcopus, subscripsi.

Ego Aribertus, tituli Sancte Anastasie presbiter cardinalis, subscripsi.

Ego Octavianus, presbiter cardinalis tituli Sancte Cecilie, subscripsi.

Ego Henricus, presbiter cardinalis tituli Sanctorum Nerei et Achillei, subscripsi.

Ego Otho, diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Auréum, subscripsi.

Ego Guido, diaconus cardinalis Sancte Marie in Porticu, subscripsi.

Ego, Hildebrandus, sancte Romane ecclesie diaconus cardinalis, subscripsi.

Ego, Odo, sancte Romane ecclesie diaconus cardinalis, subscripsi.

Ego, Bernardus, sancte Romane ecclesie diaconus cardinalis, subscripsi.

Datum Albe, per manum Bosonis, sancte Romane ecclesie scriptoris, XVI kalendas decembris, indictione XV, Incarnationis dominice anno M CLII, pontificatus vero domini Eugenii tertii pape anno VIII.

CCCCLVII. — 1154, 18 mai. — FRAGMENTS DU ROULEAU MORTUAIRE DE ROBERT, ABBÉ DE SAINT-AUBIN. (Copie, B. N., latin 10000, fol. 264 ; Dupuy, 793, fol. 135, et en partie dans lat. 13070, fol. 104 v°. — Imprimé par L. Delisle, *Rouleaux des Morts*, p. 363-369.)

CCCCLVIII-CCCCLXX. — 1154-1157. — L'ABBÉ HUGUES ACCORDE A DIVERS PERSONNAGES LA FAVEUR D'ÊTRE ASSOCIÉS AUX PROFITS SPIRITUELS DE L'ABBAYE [1]. (Nécrologe de Saint-Aubin et Nécrologe de Saint-Serge, Bibl. d'Angers, mss. 747 et 753.)

CCCCLVIII. — . . . cuidam militi curiali regis Anglie, Richardo scilicet de Luceio . . . (747, p. 61.)

CCCCLIX. — . . . Guihummaro, fratri Hohelli, ducis Britannie, monacho Sancti Florentii . . . (747, p. 62.)

CCCCLX. — . . . Achardo, monacho Sancte Trinitatis Vindocinensis . . . (747, p. 67.)

(1) Ici, comme cela a été fait déjà pour les actes de l'abbé Robert (voir n°s CCCCXLIII-CCCCL), nous nous bornons à renvoyer aux formules, n°s CCCCXVIII à CCCCXX, et à insérer les noms des associés sous la forme du datif comme on les trouve dans les actes d'association, où ils sont précédés du mot « concessimus ».

CCCCLXI. — . . . cuidam monacho Majoris Monasterii, nomine Walterio de Remmenru . . . Ordo ejus semper erit post quinque priores, in choro, in refectorio, in capitulo. (747, p. 67.)

CCCCLXII. — . . . duobus monachis, Hugoni d'Oviler, priori Sancte Marie de Cunaldo, et Hugoni de Ripe Profunde, monachis Sancti Martini Majoris Monasterii . . . (747, p. 67.)

CCCCLXIII. — . . . duobus monachis Sancti Maxentii, H. et Guillelmo . . . (747, p. 67.)

CCCCLXIV. — . . . Fulcho[ni], monacho Sancti Florentii . . . (747, p. 67.)

CCCCLXV. — . . . tribus monachis Sancti Sergii : Andree scilicet, priori, et Gaufrido de Chimilliaco et Ruallono, et Hugoni Dalibart, monacho Sancti Martini Turonensis . . .

Hanc convenientiam habet Eudo armarius apud Sanctum Sergium et Sanctum Nicholaum et Sanctum Melanium et Sanctam Mariam de Asneriis. (747, p. 68.)

CCCCLXVI. — . . . Gaufrido de Chimilliaco, monacho Sancti Sergii, ut in vita sua sit eorum frater et monachus, et ordinem suum apud illos habeat juxta Turpinum secretarium . . . (753, fol. 4.)

CCCCLXVII. — . . . domno Philippo, abbati Sancti Florentii, consummato religionis viro . . .

Concessimus preterea duobus monachis Sancti Florentii predicti abbatis sociis, Aufredo scilicet de Maidone et Ernaldo . . . (747, p. 68.)

CCCCLXVIII. — . . . Hamarico cementario, monacho Sancti Martini Majoris Monasterii . . . (747, p. 68.)

CCCCLXIX. — . . . duobus monachis : Bernardo, Majoris Monasterii monacho, et Fulcoio Anglico, monacho Sancti Petri Culture . . . (747, p. 68.)

CCCCLXX. — . . . monacho Sancti Vincentii Cenomannensis . . . (747, p. 68.)

CCCCLXXI. — 1154-1157. — EN L'ABSENCE DE L'ABBÉ HUGUES, PARTI POUR ROME, FOULQUES, PRIEUR DE SAINT-AUBIN, ACCORDE A UN MOINE D'EVESHAM L'ASSOCIATION AUX PROFITS SPIRITUELS DE L'ABBAYE. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 747, p. 67.)

Sciant presentes presentiumque successores quod Fulcho, prior, et commune Sancti Albini capitulum, Hugone abbate pro negocio ecclesie nostre Romam morante, concesserunt Gauquelino, monacho de Anglia Sancteque Marie de Esvexam, ut hujus ecclesie sit frater et monachus.

Cum autem de hoc mundo, Deo jubente, migraverit, unusquisque de sacerdotibus pro ejus anima unam missam cantabit et nomen ejus in martirologio nostro ascribetur.

Ipse vero pro defunctis nostris singulis annis quoad vixerit tempore tres missas cantabit.

CCCCLXXII. — 1154-1157. — NOTICE DE L'ÉTABLISSEMENT A SAINT-AUBIN D'UN OFFICE ET D'UNE RÉFECTION LA VEILLE DE LA FÊTE DE NOEL. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 170. — Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 747, p. 79.)

Quoniam bonum est oblivionem fugere que memoria digna sunt, bonum est litteris commendare. Eapropter, presenti scedula mediante, noticie presentium relinquimus et futurorum quod domnus Hugo, abbas, vigiliam Natalis Domini, quod prius privato celebratur officio, cum assensu tocius capituli honore ampliato, sicut in nostris plenius annotatur libris, festive apud nos celebrari constituit.

Ad refectionem itaque fratrum ipsa die Mainerius, eo tempore cellararius, pro Nativitatis Domini reverentia et anime sue remedio, quadraginta solidos annui census, quos adquisierat in molendino de Chaucé ex nunc et deinceps destinavit.

Ac ne ingrati ejus beneficio abbas vel ceteri fratres essent, ex totius capituli assensu, hec meritis ejus recompensata est merces

ut, post obitum ejus, unoquoque anno, in die anniversarii ejus vel in ebdomada qua anniversarius dies contigerit, singuli sacerdotes pro eo singulas missas imperpetuum decantarent et, post capitulum, pulsatis signis, pro eo dicetur absolutio.

Actum est in capitulo die crastina post festivitatem beati Albini kalendis martii[1].

Hoc viderunt et audierunt :

De monachis : Fulco prior, Hubertus . . . , Rotbertus de Credone, Willelmus de Credone, Johannes de P[on]lagot, Lucas de Chement, G...., Guarinus de Cortillex, Johannes de Loratorio, Lucas de Margues, Lucas de Quercubus, Guarinus Yvonis, Robertus de..., Fulcherius de Treviis, Rogerius de Blesis, Stephanus de Espiers, Johannes filius Mainerii supradicti, Gaufridus de Chement et multi alii.

CCCCLXXIII. — Vers 1155. — LETTRE PAR LAQUELLE BERNARD, ÉVÊQUE DE NANTES, ET T., ARCHIDIACRE DE TOURS, SOUMETTENT AU PAPE ADRIEN IV LA SOLUTION D'UN LITIGE PENDANT ENTRE L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN ET LE CHAPITRE DE SAINT-JEAN D'ANGERS, AU SUJET DE L'ILE SAINT-AUBIN. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 100, fol. 79.)

Adriano, domino suo, sanctissimo patri, Dei gratia summo pontifici, B[ernardus], Dei gratia, Nannetensis ecclesie humilis minister, et T., sancte Turonensis ecclesie dictus archidiaconus, salutem et debite subjectionis obedientiam.

Beatitudini vestre, Reverende Pater, notum esse non dubitamus querelam inter monachos Sancti Albini Andegavensis et canonicos Sancti Johannis Andegavensis super insula quadam rebusque aliis diu agitatam, ad hunc finem quem dicturi sumus, in presentia nostra, perductam fuisse.

Concordatum est siquidem a prefatis monachis et canonicis

(1) Ces deux lignes ne se trouvent que dans le manuscrit 747. Ce qui suit manque, au contraire, dans ce manuscrit et n'est donné que par le texte des Archives.

vestraque auctoritate laudatum atque concessum ut sex persone eligerentur, tres ex parte monachorum et tres ex parte canonicorum, que in patria nostra, statuto die in unum convenirent et, auditis utriusque partis rationibus et scriptis, diligenterque investigatis, controversiam illam, retentis ecclesie Beati Albini omnibus possessionibus, laudationis sue consideratione terminarent.

Nominati sunt utique et concessi :

Ex parte monachorum : M[atheus], abbas Sancti Florentii, B[ernerius], abbas Nuchariensis, P[etrus], abbas Buxerie ;

Ex parte canonicorum : Willelmus, Cenomannensis episcopus, Gi[rardus] et Gau[fridus] Andegavensis ecclesie archidiaconi ;

Qui contentionem illam inter predictas ecclesias exortam, sicut predictum est, finirent.

Si vero sex prenominate persone in laudatione illa in aliquo dissentirent, dissensio illa quantacunque foret domno B[ernardo], Nannetensi episcopo, et mihi, qui tunc pro aliis negociis Rome morabamur, sine aliqua contradictione penitus finienda deferretur, ut dum hoc quod ille sex persone de hac querela inter se concorditer laudarent, vel quod domnus Nannetensis et ego, super laudationis eorum discordia statueremus, inconcussum atque inviolabile maneret, et canonici et monachi primo nobis duobus, secundo quatuor personis : domno videlicet I[maro], Tusculano, et domno H[ugone], Hostiensi episcopis, domno Octaviano et domno Johanni Pisano, cardinalibus presbiteris in camera vestra, apud Sanctum Petrum, fide sua firmaverint, et datis alternatim osculis pacis, pariter pepigerunt quod statutum nostrum inviolabiliter adimplerent.

Res igitur sicut nos Sanctitati Vestre scribere curavimus hoc ordine hucusque agitata fuit. Sex namque persone ad predictum opus peragendum electe et nominate, assignata die, Andegavis in unum convenerunt et, auditis utriusque partis rationibus et scriptis et diligenter cognitis, in finiendis querelis illis in paucis dissenserunt. Nos autem ad quos laudationis eorum dissensio terminanda pertinebat, statuta altera die et loco, cum quibusdam de predictis laudatoribus convenimus, et laudationis eorum discre-

pantiam inter nos fine quo meliore potuimus sub fideli secreto terminavimus. Cum vero utraque parte vocata modum laudationis nostre manifestare vellemus, canonici audire refutaverunt, dicentes quod monachi de pactione illa quam Rome, sicut diximus, firmaverant, non servato pacis federe jam recesserant.

Econtra monachi, in presentia venerabilium personarum multarum que ibi aderant, in nullo a predicta pactione resiliisse quod eis opponebatur evidentibus rationibus se ibidem probaturos offerebant. Canonici vero, ut nobis omnibus qui presentes eramus videbatur, dilationis tantum subterfugium querentes ad apostolicam audientiam et presentiam predictorum cardinalium omnino deficientes appellaverunt.

Nos autem ad quos controversie hujus finis pertinebat appellationi deferentes, veritatem et seriem rei geste Sanctitati Vestre scriptis nostris significare studuimus, Benignitati Vestre supplicantes quatinus quieti et paci monasterii Sancti Albini caritative provideatis, ne ulterius injustis canonicorum illorum vexationibus fatigetur.

Interfuerunt vero huic actioni nostre :

Jo[hannes], Briocensis episcopus, Jo[hannes], Aletensis episcopus, R[odaltus], Venetensis episcopus, M[atheus], abbas Sancti Florentii, B[ernerius], abbas Nucariensis, P[etrus], abbas Buxerie, Go[ffridus], archidiaconus Andegavensis, R. archidiaconus Nannetensis, et multe alie venerabiles persone.

Sanctitatem Vestram ad honorem et utilitatem Sancte Ecclesie conservare dignetur Divina Bonitas, Pater reverende.

CCCCLXXIV. — 1156, 29 janvier, Bénévent[1]. — BULLE PAR LAQUELLE LE PAPE ADRIEN IV DÉCIDE EN FAVEUR DE SAINT-AUBIN DANS LE LITIGE PENDANT ENTRE L'ABBAYE ET LE CHAPITRE DE SAINT-JEAN D'ANGERS, AU SUJET DE LA PROPRIÉTÉ DE L'ILE SAINT-AUBIN. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 100, fol. 80.)

Adrianus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Hugoni,

(1) Nous assignons à cette bulle l'année 1156, la seule de son pontificat pendant laquelle Adrien IV ait séjourné à Bénévent le 29 janvier. Non-seulement cet acte est inédit, mais encore il est resté inconnu aux rédacteurs du nouveau Jaffé.

abbati Sancti Albini, salutem et apostolicam benedictionem.

Sicut equitatis forma exigit et racionis ordo deposcit quod perlate ad Sedem Apostolicam controversie rationabili providentia terminentur et eis finis debitus imponatur, ita etiam dignum est ut ex quo concordia interveniente vel mediante justitia sunt decise, ne in recidive contentionis scrupulum valeant ulterius devenire, litterarum fidei comittantur et ad posterorum memoriam scripturarum annotatione firmentur.

Hujus utique considerationis intuitu provocati qualiter causa que inter te et dilectos filios nostros canonicos Sanctorum Johannis et Licinii, in presentia venerabilium fratrum Ymari Tusculanensis et Cinthii Portuensis episcoporum, et dilectorum filiorum nostrorum Guidonis, tituli Sancte Pudentiane, Johannis, tituli Sanctorum Silvestri et Martini presbiterorum, et Jacinti, Sancte Marie in Cosmidin diaconi, cardinalium, quibus vice nostra eandem controversiam commisimus terminandam, nostra fuerit auctoritate decisa, dignum duximus litterarum memorie commendare et presentis scripti pagina communire.

Tu siquidem et adversarii tui, Gualfredus scilicet Bibens Vinum et Drogo, qui super ipsa causa omnium canonicorum Sanctorum Johannis et Licinii vicem gerebant, in manibus predictorum episcoporum et cardinalium, fide prestita, promisistis quod ad mandatum eorum stare sine contradictione aliqua deberetis.

Unde ex ipsorum judicio, sicut in eorum scripto continetur, utriusque partis assensu hujusmodi concordia facta est :

Predictus Gualfredus et Drogo sponte propria, nulla pactione precedente, omni liti renuntiaverunt que moveri ab eis poterat contra monasterium Sancti Albini de capella que est in insula Montis prope Andegavum, et omni juri et rationi que pro eis possent induci. Et quoniam contra te de tota insula causabantur transegerunt tecum et quicquid juris et rationis haberent in ipsum monasterium contulerunt, renuntiantes omnibus que possent aliquando pro eis induci, eo quod pro hac insule transactione centum sexaginta libras in evidentem utilitatem Sancti Johannis atque Licinii que posset digne memorie commendari, et quindecim libras pro expensis quas ipsi canonici fecerunt ; pro hoc

eodem negotio, sub predictorum episcoporum et cardinalium taxatione te daturum firmiter promisisti.

Si qua insuper privilegia hujus insule aut aliqua instrumenta prefati canonici habent, ea tibi resignabunt, et si aliqua habuerint in quibus hujus insule fiat mentio, pro ea parte cancellabuntur que ad hoc negotium videbitur pertinere. Super his fidem facient, interposito juramento. Refutationem ecclesie et transactionem de tota insula, sicut in manu nostra et tua et in manibus ipsorum episcoporum et cardinalium, illi duo fecerunt, ita et reliqui canonici Sancti Johannis tibi ad commonitionem tuam, in capitulo Sancti Mauricii, facient, et in presentia futuri episcopi ad ipsum firmabunt.

Nos igitur hujusmodi compositionem atque concordiam auctoritate Sedis Apostolice confirmantes, adverse parti et omnibus qui contra hoc venire presumpserint perpetuum silentium duximus imponendum, et statuimus ut nulli hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei aliquatenus contraire.

Si quis autem hoc attemptare presumpserit, secundo tertiove comonitus, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat atque indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, incurrat.

Datum Beneventi, IV kalendas februarii.

CCCCLXXV. — Vers 1156. — ACTE PAR LEQUEL MATHIEU DE LOUDUN, ÉVÊQUE D'ANGERS, PROMULGUE LA SENTENCE RENDUE PAR LE PAPE ADRIEN IV AU PROFIT DE SAINT-AUBIN CONTRE LE CHAPITRE DE SAINT-JEAN D'ANGERS. (Double original, Archives de Maine-et-Loire, H. 100, fol. 81 et 82.)

Equitati et racioni consentaneum est ut ea que concordia terminantur, perpetua firmitate solidentur.

Quapropter, sicut forma equitatis et racionis exigit, ego, Matheus, Dei gratia, Andecavensis ecclesie dictus episcopus, concordiam in presentia domini pape Adriani quarti et venerabilium Guidonis, tituli Sancte Pudentiane, Johannis, tituli Sanctorum Silvestri et

Martini, presbiterorum, et Jacincti, Sancte Marie in Cosmidin diaconi, cardinalium, sicut in ipsorum scriptis continetur, super insula Montis et capella Sancti Hilarii, sita in eadem insula, inter monacos Sancti Albini et canonicos Sanctorum Johannis et Licinii, per manus ejusdem domini pape Adriani et predictorum cardinalium compositam atque firmatam, concedo atque sigilli mei impressione ad noticiam presentium et futurorum et testimonium veritatis confirmo.

Huic autem pacis et concordie terminationi affuerunt : Matheus, Andecavensis episcopus, Gaufridus archidiaconus, Gaufridus Bibens Vinum, Petrus magister scolarum, Peloquinus Redonensis, Peloquinus Episcopi, Stephanus Ninium, magister Bartholomeus, Ivo nepos episcopi, Radulfus presbiter.

De monachis : Guillelmus abbas, Fulco prior, Eudo armarius, Hilarius, Johannes cantor, Herbertus Turpini sacrista, Robertus elemosinarius, Manerius celerarius, Gaufridus hospitarius.

De laicis : Guienocus dapifer episcopi, Letardus, Robertus, capellanus Sancti Germani, et plures alii.

CCCCLXXVI. — 1157, 6 avril. — FRAGMENT DU ROULEAU MORTUAIRE DE HUGUES, ABBÉ DE SAINT-AUBIN. (Bibliothèque d'Angers, ms. 38, feuillets de garde. — Imprimé par L. Delisle, *Rouleaux des Morts*. p. 370-372.)

CCCCLXXVII. — 1157, 24 décembre. — CHARTE PAR LAQUELLE, AFIN DE METTRE L'ARMOIRIER DE SAINT-AUBIN A MÊME D'AUGMENTER L'ÉCLAIRAGE DE L'ÉGLISE DE L'ABBAYE, L'ABBÉ CONCÈDE A SON OFFICE LA JOUISSANCE DE DEUX ARPENTS DE VIGNE. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibliothèque d'Angers, ms. 747, p. 106, et en partie B. N., latin 17126, fol. 271.)

Anno ab incarnatione Domini M CLVII, Hainrico Juniore, Anglorum rege, Normannorum et Aquitanorum duce et Andecavorum comite, monarchiam autem regni Francorum gubernante Ludovico Jherosolimitano, ego, Willelmus, Dei permissu, dictus abbas

Sancti Albini, et cuncti fratres nostri qui, in vigilia Nativitatis dominice, in communi capitulo residebant, duos arpentos vinearum que quondam Aigulfi laici fuisse perhibentur, dilectissimo fratri nostro Eudoni, tunc armario, et omnibus successoribus ejus in armaria substituendis in perpetuum possidendos concessimus.

Cujus rei gratia, ipse vel successores ejus, unam lampadem ante altare dominicum Beati Albini, supra solitum numerum quinque lampadarum intra januas ex antiquo positarum, de fructu predictarum vinearum perenniter illuminabunt. Ad altare quoque Beate Marie sufficiens incensum et duos congrue magnitudinis cereos qui, ad missam matutinalem de predicta Virgine ibi cotidie ardeant, in perpetuum ministrabunt. Ad omnes quoque solempnes stationes quas conventus in annuis festivitatibus ad altare Beate Marie celebrabit, duo predicti cerei ex more accendentur.

Verumtamen si armarius ita segnis vel desidiosus extiterit ut predictas vineas utiliter excolere non velit, semel et iterum ab abbate et conventu in capitulo ammonitus, si non emendaverit, de obedientia illa removeatur, et alius qui dignus sit et vineas fortiter excolat in locum ejus substituatur.

Si quis vero ex successoribus, abbas videlicet, sive monacus vel quelibet persona, hanc nostram donacionem violare et predictas vineas de manu armarii auferre et in alios usus transferre attemptaverit, inprimis iram Dei omnipotentis et beate Virginis, sanctorumque confessorum Albini atque Clari incurrat; cum Datan et Abiron portionem habeat. Conservantibus autem et confirmantibus hoc donum nostrum sit pax, honor et gloria per infinita secula.

Pro hac vero concessione a predicto Eudone armario et Rogerio camerario decem libras in caritate accepimus.

Ut autem hec nostra concessio rata et firma in perpetuum maneat, in presenti scedula nomina nostra subscripsimus et eandem scedulam sigillo nostro munivimus.

CCCCLXXVIII. — 1152-1168. — ACTE PAR LEQUEL GUILLAUME, ABBÉ DE SAINT-SERGE, ACCORDE A DEUX MOINES DE SAINT-AUBIN

L'ASSOCIATION AUX PROFITS SPIRITUELS DE L'ABBAYE. (Nécrologe de Saint-Serge, Bibl. d'Angers, ms. 753, fol. 65, v°.)

Duobus monachis Sancti Albini, scilicet Stephano de Sancto Mauricio atque Clementi de Castro Gunterii concessit Guillelmus abbas, cum conventu, commune beneficium ecclesie Sancti Sergii, atque duas missas ab omni sacerdote monacho, et ab aliis psalmos, et ordinem in ecclesia et capitulo et refectorio juxta Rainaldum Pagani, et, ad finem, martyrologium inter familiares.

CCCCLXXIX. — 1152-1168. — NOTICE DE L'ACTE PAR LEQUEL GUILLAUME, ABBÉ DE SAINT-SERGE, ACCORDE A UN MOINE DE SAINT-AUBIN L'ASSOCIATION AUX PROFITS SPIRITUELS DE L'ABBAYE. (Nécrologe de Saint-Serge, Bibl. d'Angers, ms. 753, fol. 4.)

Cuidam monacho Sancti Albini, qui vocabatur Lucas de Chemencio, concessit Guillelmus, toto volente conventu, plenarium monachatum per omnia tanquam professo Sancti Sergii monacho.

CCCCLXXX. — 1161, 13 avril. — ACTE PAR LEQUEL LE LÉGAT D'ALEXANDRE III AUTORISE L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN A CÉLÉBRER AVEC SOLENNITÉ LES FÊTES DE L'ANNONCIATION ET DE LA SAINT-AUBIN. (Copie, B. N., latin 17126, fol. 173.)

Willelmus, Dei gratia tituli Sancti Petri ad Vincula presbiter cardinalis et Apostolice Sedis legatus, dilecto filio G[uillelmo], abbati Sancti Albini . . . .

Statuimus ut in Annunciacione beate virginis Marie et beatissimi confessoris Albini festo, *Te Deum laudamus* et *Gloria in excelsis* et prosas solemnes in perpetuo decantetis.

Idus aprilis, anno M C LXI, indictione VIII, pontificatus domini Alexandri pape tertii anno II.

CCCCLXXXI. — Vers 1161. — CHIROGRAPHE PAR LEQUEL LE CHAPITRE DE SAINT-MAURICE ABANDONNE AU SECRÉTAIRE DE SAINT-

AUBIN SIX QUARTIERS DE VIGNES SIS A ÉPLUCHARD. (Cartulaire de la secrétainerie de Saint-Aubin [XVIe siècle], Bibliothèque d'Angers, ms. 748, fol. 31.)

Ego, Gaufridus, decanus, et totum Sancti Mauricii Andegavensis capitulum, concessimus Guillelmo, Sancti Albini secretario, et successoribus ejus, sex quarterios vinee qui sunt apud Pelucardum, de censiva nostra, quos juxta vineas suas positos de Gosleno Turonensi emerat. Reddebant autem ipse vinee nobis primitus sex denarios de censu, pro quibus amodo secretarius Sancti Albini per singulos annos reddet nobis duodecim denarios et decimam.

Igitur, tam pro censu quam pro charitate quam dedit nobis — quadraginta enim solidos a supradicto monacho accepimus — secretario Sancti Albini, ut dictum est, in perpetuum ipsas vineas concessimus, et hoc cyrographum, in presencia nostra lectum, partiri fecimus et in testimonium dimidiam partem retinuimus.

Nomina autem fratrum nostrorum canonicorum Sancti Mauricii qui huic concessioni interfuerunt et eam roboraverunt subscripta sunt : Richardus archidiaconus, Normannus archidiaconus, Albericus cantor, Bernerius Santonensis, Guillelmus nepos ejus, Petrus de Chimilliaco, Otbertus, Guitbertus, Rainaldus Yrcus, Paganus Engelart canonicus, Girardus de Placiaco.

De monachis affuerunt : Guillelmus Cardons secretarius et Jofredus de Cellula.

CCCCLXXXII. — 1160-1174. — NOTICE DE L'ACTE PAR LEQUEL L'ABBÉ DE SAINT-FLORENT, FROGER, ACCORDE A UN MOINE DE SAINT-AUBIN L'ASSOCIATION AUX PROFITS SPIRITUELS DE L'ABBAYE. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 747, p. 72.)

Concessum est a domno Frogerio, abbate, et toto capitulo Sancti Florentii cuidam monacho [Sancti Albini], nomine Bernardo, ut in vita sua sit noster frater et monachus et ordinem suum apud nos habeat.

Quando autem de hac vita discesserit, cantabit pro eo unusquisque nostrum unam missam. Ipse vero pro nostris defunctis.

CCCCLXXXIII. — 1168. — CHIROGRAPHE PAR LEQUEL EMMA DE LAVAL, ABBESSE DU RONCERAY, AU NOM DE SON ABBAYE, CONCÈDE A SAINT-AUBIN UNE TERRE SISE EN RECULÉE. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 46, fol. 217.)[1].

Et res et ratio postulat ut quicquid memoria dignum agitur cartulis imprimatur.

Sciant igitur presentes et futuri quod ego, Hama, Dei gratia, abbatissa Sancte Marie de Caritate, cum assensu et voluntate capituli nostri, concessi ecclesie Beati Albini terram illam que est inter vineam Pagani Testerii et viam publicam, perpetuo possidendam. Ita tamen quod jamdicte ecclesie monachi tres sextarios siliginis et sex nummos de censu pro omni servitio inde nobis annuatim persolvent, cum duobus sextariis et quatuor denariis quos de vinea Testerii antea reddebant ; et ita quinque sextarios siliginis et decem denarios annui census singulis annis nobis reddent. Insuper decem et novem denarios de magno clauso, quod de eodem tenemento est, annuatim nobis debent.

Actum Andegavis, in capitulo nostro, anno ab incarnatione Domini MCLXVIII, Willelmo tunc te[m]poris abbate Sancti Albini.

Videntibus istis : Teoderico elemosinario, Herberto hospiciario, monachis ; Roberto preposito, Mathilde decana, Fromundo Taxo, clericis, et pluribus aliis.

Ut autem hoc majori auctoritate firmaretur, postea facto cyrographo, in utraque abbatia est concessum et utriusque capituli sigillo confirmatum.

CCCCLXXXIV. — 1157-1180. — NOTICE DES CONDITIONS DE L'UNION DE PRIÈRES ÉTABLIE ENTRE SAINT-AUBIN ET L'ABBAYE DE SAINT-MAIXENT. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 747, p. 58.)

Ad venture generationis monimentum scribendo carte diligenter tradimus pactum quod domnus Petrus, abbas ecclesie Sancti

(1) Cette pièce porte pour rubrique : *De vinea de Forgiis.*

Maxentii, et domnus Guillelmus, abbas Sancti Albini, cum fratrum consensu utriusque monasterii, inter se pepigerunt ac firma stabilitate scriptis postmodum ita instituendo sanxerunt.

Concessimus solemnitatem Sancti Albini cum duodecim lectionibus agere, ac monachi ejusdem Sancti fatentur se festivitatem Sancti Maxentii com totidem lectionibus facere.

Nontium vero ante festivitatem Sancti Maxentii, deferentem brevem continentem nomina fratrum nostrorum infra anni circulum defunctorum, illis dirigemus, qui, revertendo nobis suum referat ac, reciproca vicissitudine, alio anno suum nobis nontium mittent. Deinde, post brevis recitationem in capitulo factam, pulsatis signis, offitium mortuorum pro illis qui breve continentur et pro congregatione defunctis agentes, missamque denuo solenniter, ut mos est, pro illis comuniter celebrantes, tricenarium in sequenti die de missis com pane et vino ac generali, pro eorum requie, inchoabimus. Insuper unusquisque sacerdotum nostrorum, claustro vel extra manentium, unam missam illis communiter celebrabit, ac alii qui non funguntur sacerdotali offitio psalmos quinquaginta decantabunt.

Abbatibus nempe suis ab [h]ac vita discedentibus singulariter ut de professo nostro obsequium facientes ac ipsi hec eadem, ut in carta eorum habetur, nostris abbatibus obeuntibus, sive fratribus agentes.

Cartam hanc, ut rata suprascripta omni tempore maneant, regula nostra scripsimus et hanc eis mittendo, sigilli inpressione firmissime roboravimus.

CCCCLXXXV. — 1171. — CHARTE PAR LAQUELLE L'ABBÉ GUILLAUME RELATE COMMENT FERTIN, NEVEU DE GIRARD DE DOUCES, RENONÇA A TOUTES CONTESTATIONS RELATIVES AUX ACQUISITIONS DE SON ONCLE A DOUZILLÉ. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 155, fol. 2.)

Vivaci tradendum est scripture quod oblivione vel invidia potest deperire.

Igitur, ego, Guillelmus, non meritis, sed Dei gratia, Sancti Albini

abbas, et Gilo, pretor Andegavis, notum facimus tam futuris quam presentibus quod Girardus de Daulciis, Sancti Laudi canonicus, emit a Bernardo de Seelena et ab ejus filio, Hugone, atque a nepotibus suis, Albino et Fertino, tria arpenna vinearum cum domo que ibi manet et cum torculari apud Doziliacum, in feodo Sancti Albini, que erant de eorum patrimonio.

Has autem vineas legitime emptas tenuit predictus Girardus decem annos in pace et sine calumpnia.

Postea vero, Fertinus, fraude et cupiditate ductus, donno Girardo vineas illas calumpniavit et eum ante Gilonem, tunc pretorem, in causam traxit. Abbas vero, audiens quod donnus Girardus ante pretorem ibat responsurus, mandavit pretori per donnum Hugonem de Turonis, qui est miles suus [1], ne sibi faceret injuriam : causa enim donni Girardi predicta, que ad feodum Sancti Albini pertinebat, ante abbatis presentiam venire debebat. Gilo vero pretor, nolens donnum Girardum, regis canonicum, injuste vexari, posuit terminum donno Girardo et Fertino ut, ante eum et amicos suos convenirent et ita forsitan eos ad pacem et concordiam revocarent. Venientes ergo in capitulum Sancti Laudi, ad hanc pacem devenerunt : quod donnus Girardus Fertino centum solidos daret et Fertinus emptionem illam firmiter concederet. Fertinus itaque manu pretoris firmavit quod a pace illa nunquam deficeret ; et si ab aliquo, sive sui generis sive ab alio, calumpnia emergeret, Fertinus vineas a calumpnia liberaret.

Joscelinus quoque, ejus consanguineus, hanc pacem audivit et concessit in ipso capitulo, his audientibus : Andrea canonico Sancti Laudi, et Aimerico canonico Sancti Magnobodi, donno Johanne canonico Sancti Magnobodi, Goffredo capellano Sancti Laudi, Bormaudo nepote ipsius Girardi, Gilone pretore Andegavis, Hugone de Turonis, Guillelmo de Turriculo, Alberico Simia, Mauricio tanatore, Morando de Sancto Martino et pluribus aliis.

Pace itaque sic firmata, venerunt ante abbatem Sancti Albini, et ante eum predicta pax iterum est consolidata ; et littere sigillate,

(1) A noter cette qualification donnée à un personnage qui est devenu sénéchal d'Anjou et dont M. Beautemps-Beaupré s'est longuement occupé.

quas donnus Girardus de prima emptione habebat, ibi, magistro Phylippo de Durestello legente, fuerunt propalate et a Fertino concesse et etiam coram abbate et Goffredo priore et Rogerio sacrista, Arnulfo panitario et Bardono elemosinario et Arnulfo Bechemore, Rainerio tallandario regis, Roberto preposito Sancti Albini, Chaperun famulo abbatis, reddidit donnus Girardus vendas suas de ista ultima emptione.

Item Fertinus donno Hugoni de Turonis fidem suam tradidit quod hanc emptionem omnibus sui generis concedere faceret, et quoscumque sui generis sciret nominaret. Nominavit ergo quosdam sui generis qui erant Turonis. Gilo siquidem pretor misit fratribus suis litteras suas, ut illis hanc pacem concedere faceret ; fuisset enim sibi dedecus nisi ista pax, ante eum facta, firmiter teneretur. Et donnus Girardus misit nepotes suos, Johannem scilicet et Bormaudum, et etiam Johannem sacristam Sancti Magnobodi et Bartholomeum de Frenna, suum fratrem. Postquam autem ventum fuit Turonis, perrexerunt ante presentiam Fremaudi. Venit quoque et Fertinus et Petrus aurifaber et hanc pacem, ut supradictum est, concesserunt.

Istis videntibus et audientibus : ipso Fremaudo et Bartholomeo Aimer, Sancti Martini canonicis, Fulcone de Turrello, Goffredo de Trochia, Bartholomeo de Frenna, Pagano Aalardi, Andrea Barbato, Goffredo de Sancto Venantio, Nicholao Aalardi, Goffredo Mauricii et Martino ejus fratre.

Postea vero venerunt in domum Petri aurifabri, pro concessione filii sui, Johannis scilicet, qui adhuc in cunis jacebat. Mater vero pueri et nutrix ejus, patre jubente, hoc pro infante concesserunt. Nutrix vero super hac concessione habuit unum denarium et duos posuerunt super pueri cunabulum quos Ascelina, nutrix ejus, habuit.

Et Christiana, uxor predicti Fertini, hoc concessit et inde quatuor denarios habuit.

Istis videntibus : donno Johanne canonico Sancti Magnobodi et Johanne sacrista, Burmaudo, Goffredo Mauricii, Ascelina nutrice filii Petri, Johanne.

Hanc similiter venditionem et pacem concessit Odelina, uxor

Pagani de Carnoto, et Nicholaus, ejus filius, qui etiam habuit duos denarios pro concessione, et Maria, filia ejus, que similiter habuit duos denarios.

Videntibus istis : Bartholomeo Aimer, Fulcone de Turrello, Goffredo de Trochia, Goffredo Mauricii, Martino, ejus fratre.

Et ne super hoc, aliquo iniquitatis filio malignante, falsitas obviare posset veritati, opere precium duximus hoc scriptum sigillis nostris confirmari.

Anno ab incarnatione Domini MCLXXI.

CCCCLXXXVI. — 1157-1189. — CHIROGRAPHE PAR LEQUEL L'ABBÉ GUILLAUME CONSTATE LE DON DE LA TERRE DE FORGES FAIT A L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN A CHARGE DE CERTAINES REDEVANCES. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 46, fol. 216.)

Presentibus et futuris innotescat quod Arenburgis Militaria, concedente filio suo, Rotberto Gascher, terram de Forgiis, in qua modo plantate sunt vinee, Deo et Sancto Albino in elemosinam contulerit.

Ego vero Guillelmus, Dei gratia, dictus abbas Sancti Albini, et mecum omnis noster conventus, concessimus eidem Rotberto ut, quamdiu vixerit, habeat singulis diebus de abacia nostra, ubicunque Andegavis vel in quinta habitaverit, magnum et parvum grisonem, et de vino Militarie unam justiciam.

Hujus rei testes sunt : Caperonus, Sigebrannus, Rossellus, Barrillerius, Johannes de Mariscauchia, Guillermus infirmarius, ... et multi alii.

CCCCLXXXVII. — 1157-1189. — CHIROGRAPHE PAR LEQUEL GUILLAUME, ABBÉ DE SAINT-AUBIN, CONCÈDE A JEAN GONNEAU UNE MAISON SISE A ANGERS, PRÈS LA PORTE ANGEVINE. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 46, fol. 94.)

Notum sit presentibus et futuris quod ego, Willelmus, Dei gratia, dictus abbas Sancti Albini, et comunis conventus, Johanni Gonello in capitulum nostrum cum quibusdam bone opinionis

personis venienti, quamdam domum nostram que est ad portam Andegavinam, de feovo episcopi existentem, ad censum duodecim solidorum in feria Andegavina reddendorum, jure hereditario concessimus habendam.

Hanc autem concessionem ut verior firmiorque in posterum perseveret, cum cyrographi particione sigilli nostri impressione roboravimus.

Cujus rei testes sunt :

De monachis : Gaufridus prior, Robertus hospiciarius, Isenbardus elemosinarius, Radulfus Saporatus, Rainaldus de Malicornia, Radulfus Redonis ;

De clericis : Bartholotus de Castro Gunterii, Herbertus canonicus, Balduinus de Moleriis, Petrus Gascher ;

De laicis : Paganus Bevin, Girbertus de Valle, Fulcho Martini, Fulbertus filius Huberti, Johannes frater ejus, Johannes de Gorrun, Chaperon famulus abbatis.

CCCCLXXXVIII. — 1157-1189. — CHIROGRAPHE CONSTATANT L'ACCORD INTERVENU ENTRE L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN ET LE CHAPITRE DE SAINT-MARTIN AU SUJET DE LA POSSESSION D'UN PIGNON SITUÉ ENTRE LA MAISON DE L'AUMÔNIER DE SAINT-AUBIN ET CELLE DU DOYEN DE SAINT-MARTIN. (Original, British Museum, Add. ms., 21,192, fol. 10.)

Noticie presentium et futurorum percognitum fieri volumus, quod, tempore domni Guillelmi abbatis, quedam contentio orta est inter nos, monachos sancti Albini, et canonicos sancti Martini, super quodam pinnaculo, inter domum elemosine Beati Albini et domum Gualterii, decani Sancti Martini, existenti. Nobis vero asserentibus illud totum nostrum esse, et canonicis contradicentibus, tandem inspirante gracia divina ad talem pacis finem in alterutrum pervenimus.

Postposita siquidem omni contentione, predictum pinnaculum nobis et illis commune permanebit, ita ut, si libuerit superedificare, nobis utrisque licebit. Si autem eum ruere contigerit communiter reedificabitur.

Ne igitur de hac re aliquando contentio oriatur cum cirographi particione sigillorum utriusque ecclesie impressione roboratum est.

Hujus rei testes sunt :

De monachis : Gaufridus de Virgeal magister prior, Isembardus de Treviis elemosinarius, Stephanus de Espieriis hospitarius.

De canonicis Sancti Martini : Gualterius decanus, Martinus Burgundio, magister judicalis, Jacobus Boguerius.

De laicis : Hugo Turonensis prepositus Andegavensis, Nicholaus de Lineriis frater ejusdem prepositi, Matheus de Bella Noa, Guillelmus de Turrellio, Gaufridus Meliun, Paganus Simia, Paganus Bevin, Hilarius Carbonelli, quorum consilio hec contentio terminata est.

CCCCLXXXIX. — 1157-1189. — CHARTE PAR LAQUELLE L'ABBÉ GUILLAUME DÉCIDE QUE LE PAIN DISTRIBUÉ A L'AUMÔNERIE DE SAINT-AUBIN LE JEUDI SAINT SERA DE MÊME QUALITÉ QUE CELUI DES MOINES. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 747, p. 77.)

Statutum est a domno Guillelmo, abbate Sancti Albini, et tota congregatione Beati Albini, in communi capitulo, ut clerici et pauperes qui in die Cene Domini in elemosina comedunt, talem panem triticeum habeant qualem omnis conventus comedit in refectorio.

Quod si quis prevaricare ausus fuerit, iram Dei omnipotentis et sancte Marie semper virginis in perpetuum incurrat. Amen.

CCCCXC-DLIII. — 1157-1189. — L'ABBÉ GUILLAUME ACCORDE A DIVERSES PERSONNES L'ASSOCIATION AUX PROFITS SPIRITUELS DE L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN[1]. (Nécrologes de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, mss. 279 et 747.)

CCCCXC. — . . . Bernardo, monacho Sancti Maximini . . . (747, p. 56.)

(1) Ici encore, comme nous l'avons fait pour les abbés Robert et Hugues, nous laissons de côté les formules, presque toujours les mêmes, pour relever

CCCCXCI — . . . quatuor monachis Sancti Florentii, videlicet Guofrido de Salmuro, Benedicto de Passavant, Guillelmo de Puncto, tunc temporis elemosinario, Roberto de Ulmis . . . (747, p. 56.)

CCCCXCII. — . . . Matheo, monacho Sancte Trinitatis Vindocinensis . . . (747, p. 56.)

CCCCXCIII. — . . . Gautierio et Thoreeio, tunc temporis cellarario Sancte Marie Ebronis . . . (747, p. 56.)

CCCCXCIV. — . . . Ansoldo, abbati de Compeniensi . . .
Item concessimus duobus monachis Compeniensibus, qui cum eo erant, Gileberto et Gauberto . . . (747, p. 57.)

CCCCXCV. — . . . Ger[ardo], fratri Andegavensis episcopi . . . (747, p. 57).

CCCCXCVI. — . . . duobus venerabilibus monachis et magistris Herniano, videlicet de Castello Liri, priori Osiaci, Gauterio de Luceio, monachis Sancti Sergii . . . (747, p. 57.)

CCCCXCVII. — . . . Philipo, monacho Sancti Petri Culture . . . (747, p. 57.)

CCCCXCVIII. — . . . duobus monachis Sancti Martini Majoris Monasterii, Judicali de Castro Jocelini et Roberto Chuan . . . (747, p. 57.)

CCCCXCIX. — . . . Michaeli, monacho Sancti Cipriani Pictavis . . . (747, p. 57.)

D. — . . . quatuor monachis Sancti Petri Burgulii : Jordano, videlicet d'Orgepau, tunc prepositus, et Benedicto atque Iterio, cantore, et Engelbaudo Salva Lupo . . . (747, p. 58.)

DI. — . . . Huberto, cantori Sancti Florentii . . . (747, p. 58.)

DII. — . . . Gaufrido Baicerio, monacho Sancti Florentii . . . (747, p. 58.)

DIII. — . . . Arnulfo Normant, monacho Sancti Florentii . . . (747, p. 59.)

seulement les noms des associés. Ces noms sont tous au datif à cause du mot « concessimus » qui les précède.

DIV. — . . . cuidam monacho de Caritate, nomine Philipo de Monte Basun . . . (747, p. 59.)

DV. — . . . Judicali, Sancti Gildasii de Nemore monacho . . . (747, p. 59.)

DVI. — . . . duobus monachis Sancti Petri Burgulii, Matheo et Johanni de Famorau . . . (747, p. 59.)

DVII. — . . . Hamerico, Sancti Petri Burgulii priori, . . . (747, p. 59.)

DVIII. — . . . duobus monachis . . . videlicet Johanni, priori Cainone, monacho Sancti Petri Burgulii, et Petro Episcopo, monacho Sancti Maximini . . . (747, p. 59.)

DIX. — . . . duobus monachis Sancte Trinitatis Vindocinensis, Hailgulfo et Matheo . . . (747, p. 59.)

DX. — . . . Gaufrido, venerabili abbati Asneriarum, . . . socio quoque prefati abbatis, Guillelmo de Losduno[1] . . . (747, p. 59.)

DXI. — . . . Ricaudi de Jallia, sanctimoniali Sancte Marie Andegavensis . . . (747, p. 60.)

DXII. — . . . Simoni, tunc sacriste Sancti Petri Burgurii . . . (747, p. 60.)

DXIII. — . . . Gausfrido de Garrandia et Ansterio et Roberto Anglico . . . (747, p. 60.)

DXIV. — . . . Rainaudo de Nielfa, monacho Sancti Petri Burgulii . . . (747, p. 60.)

DXV. — . . . camerario de Caritate, Fulconi, et nominis ejusdem, Fulconi videlicet, quondam armario . . . (747, p. 60.)

DXVI. — . . . domno Guillelmo, abbati Sancti Melanii . . . Item concessimus Oduni, bajulo supradicti abbatis . . . (747, p. 61.)

DXVII. — . . . Helie, sacriste Majoris Monasterii monacho . . . (747, p. 61.)

DXVIII. — . . . duobus monachis Sancte Marie Magdalene de

(1) Ni M. Hauréau (*Gallia*, XIV, 694), ni M. Port (*Dict. hist. de Maine-et-Loire*) n'ont connu d'abbé d'Asnières-Bellay du nom de Geoffroy.

Verzeliaco, Gisleberto, priori de Sosiaco, et Bartholomeo, nepoti suo . . . (747, p. 61.)

DXIX. — . . . Guischardo, monacho Sancti Philiberti, tunc temporis sacrista Sancte Marie de Cunaldo . . . (747, p. 61.)

DXX. — . . . duobus monachis Sancti Florentii, Guarnerio atque Aloni, et cuidam monacho de Sancto Mauro, nomine Arraudo de Losduno . . . (747, p. 61.)

DXXI. — . . . cuidam monacho Majoris Monasterii, David nomine, tunc priori Viridariensi . . . (747, p. 61.)

DXXII. — . . . duobus monachis Sancte Marie Dolensis, Radulfo de Prael, tunc camerario, et Gaufrido Pictavensi, et duobus monachis Belliloci, Mauricio de Geneliaco videlicet, tunc prior abbatie, atque Gualterio de Legione . . . (747, p. 62.)

DXXIII. — . . . cuidam monacho nomine Ansoldo . . . Majoris Monasterii . . . (747, p. 68.)

DXXIV. — . . . Andree, abbati de Sulle . . . et Guillelmo, monacho ejus . . . (747, p. 69.)

DXXV. — . . . Luce, monacho Burguliensi, fratri Gaufridi de Mairone . . . (747, p. 69.)

DXXVI. — . . . Justino, Sancti Gildasii de Nemore abbati . . . (747, p. 69.)

DXXVII. — . . . duobus monachis Sancti Martini Majoris Monasterii, Rotberto Boiser et Guidoni de Sabulleio . . . (747, p. 69.)

DXXVIII. — . . . cuidam monacho Sancte Trinitatis Vindocinensis . . . , Eudoni nomine.

Ordo suus in capitulo, in refectorio et choro juxta Rainaldum Mendie. (747, p. 69.)

DXXIX. — . . . Hersendi, domine de Sabolio . . . (747, p. 69.)

DXXX. — . . . Petro de Quinceiaco et Gaufrido Croslart, monachis Sancti Florentii . . . (747, p. 69.)

DXXXI. — . . . Oliverio de Cunaldo, monacho Sancti Petri Burgulii . . . (747, p. 69.)

DXXXII. — . . . Mulie de Orto . . . (747, p. 70.)

DXXXIII. — . . . cuidam dilecto nostro fratri et monacho Sancti Sergii, Rainaldo Fasolato . . . et ordinem suum habeat justa G. de Virgallo . . . (747, p. 70.)

DXXXIV. — . . . Guillelmo de Corlone, priori Sancti Florentii, et Guillelmo de Apigneio et Wihenoco, monacho Sancti Florentii . . . (747, p. 71.)

DXXXV. — . . . Guillelmo de Choceio, monacho Sancti Florentii . . . (747, p. 71.)

DXXXVI. — . . . Fulcherio, monacho Sancti Florentii . . . (747, p. 71.)

DXXXVII. — . . . cuidam monacho Majoris Monasterii, nomine Petro, qui tunc temporis prior claustralis erat . . . (747, p. 71.)

DXXXVIII. — . . . Fromundo, monacho Sancti Florentii . . . (747, p. 71.)

DXXXIX. — . . . duobus monachis Sancti Nicholai : Helie scilicet, cantori et Lisoio de Castro Gunterii, et Gunterio, monacho Sancte Trinitatis Vindocinensis . . . (747, p. 71.)

DXL. — . . . cuidam monacho nomine Petro, tunc prior de Rilleio, Majoris Monasterii monacho . . . (747, p. 71.)

DXLI. — . . . Garino, monacho Sancti Maximini . . . (747, p. 71.)

DXLII. — . . . tribus monachis Sancti Vincentii Cenomannensis, Herberto scilicet Isemguardi, Rogerio Hure, Garnerio de Sancto Dalmeio . . . (747, p. 71.)

DXLIII. — . . . Landrico, monacho Sancti Petri Culture . . . (747, p. 71.)

DXLIV. — . . . duobus monachis Sancti Albini, Luce scilicet, priori Castri Gunterii, et . . . (747, p. 72.)

DXLV. — . . . Mainardo Burdini, monacho Sancti Florentii . . . (747, p. 72.)

DXLVI. — . . . Adelmano, subpriori de Asneriis . . . (747, p. 72.)

DXLVII. — . . . Guillelmo Villico . . . (747, p. 72.)

DXLVIII. — . . . Petro de Credone, monacho Sancti Martini Majoris Monasterii . . . (747, p. 77.)

DXLIX. — . . . Rainaldo de Benevento, monacho Sancti Petri Millebecci . . . (747, p. 77.)

DL. — . . . Girardo de Mortumno, monacho Sancti Florentii . . . (747, p. 77.)

DLI. — . . . quinque monachis Sancti Sergii Roberto priori, Gaufrido de Garranda, Gaufrido Britoni, Helie camerario, Johanni . . . (747, p. 78.)

DLII. — . . . duobus venerabilibus monachis de Caritate, Johanni videlicet, tunc temporis camerario, et Giraudo, socio suo . . . (747, p. 79.)

DLII *bis*. — . . . quibusdam venerabilibus monachis Sancti Launomari Blesensis quos propriis dignum duximus exprimendos esse vocabulis, videlicet Barduino abbati, Bartolomeo camerario, Ivoni et Rainaldo de Varennis, Willelmo de Viena et Gaufredo . . . (747, p. 106.)

DLII *ter*. — . . . Erardo de Coluns, monacho Majoris Monasterii . . . (747, p. 106.)

DLIII. — . . . Guillelmo Pisbec, Odoni de Aquila et Bartholomeo de Mamerto, monachis Sancti Launomari Blesensis . . . (279, p. 143.)

DLIV. — 1161-1187. — NOTICE DANS LAQUELLE LES MOINES DE LA TRINITÉ DE VENDÔME CONSTATENT L'ASSOCIATION DE PRIÈRES ÉTABLIE ENTRE LEUR ABBAYE ET CELLE DE SAINT-AUBIN. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 747, p. 86.)

Per presentia scripta notificamus presentibus et futuris societatis et convenientie modum qui inter nos, monachos Vindocinenses, et monachos Beati Albini per domnum Girardum, Vindocinensem abbatem, et venerabilem Guillelmum, abbatem Sancti Albini, in capitulo Vindocinensi, toto conventu gratanter annuante, constitutum est.

Domnus abbas Girardus concessit predicto Guillelmo, Sancti Albini abbati, et omnibus successoribus ejus ad ipsorum obitum

quidquid professis debetur, scilicet tricenarium in conventu cum pane et vino generali et pulmento. Breves mittentur, missa in conventu cantabitur, pauperes pascentur, nomina eorum in martirologio ascribentur, unusquisque sacerdos tres missas pro eis cantabit, ceteri psalterium.

Hoc ipsum concessit domnus abbas Guillelmus Sancti Albini, annuantibus fratribus qui cum eo aderant, domno Girardo, Vindocinensi abbati, et omnibus successoribus ejus. Preter hec autem, ut dilectionis et karitatis vinculo astrigerentur, domnus Girardus, Vindocinensis abbas, et abbas Sancti Albini, Guillelmus, petentibus cunctis fratribus utriusque congregationis, confirmaverunt ut unum essemus capitulum, Vindocinensis conventui Sancti Albini, et abbas Sancti Albini conventui Vindocinensi. Et abbati Sancti Albini licebit reos absolvere, alios premonere ; similiter abbati Vindocinensi fratres Beati Albini.

Si quis vero de fratribus nostris, non clarescentibus culpis acusatus, a nobis recedens ad eos confugerit, tamdiu ibi manebit donec recon . . . . . . et sufragante abbate, ceterisque fratribus ejusdem ecclesie intervenientibus, proprie congregationi restituatur. Ipsi refugium apud nos habebunt.

Pro singulis defunctis Beati Albini septimum faciemus et cum pane [et vino] et generali et pulmento.

Similiter ipsi facient pro nostris.

DLV. — Vers 1175. — CHIROGRAPHE PAR LEQUEL PHILIPPE DE RAMEFORT CONCÈDE AUX MOINES DE SAINT-AUBIN LES DROITS QU'IL PRÉTENDAIT AVOIR SUR UNE VIGNE ET UN PRESSOIR SIS A VILLIERS. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 155, fol. 1.)

Sciant presentes et futuri quod ego, Philipus de Ramoforti, contendebam cum abbate et monachis Beati Albini Andegavensis de quodam arpento vinee quod est apud Vilers, et de pressorio, in eodem arpento sito, quod de fevo meo esse dicebam, nec abbatem et monachos sine assensu meo ibi habere aliquid volebam, abbate vero et monachis e contra reclamantibus se illud arpentum vinee et pressorium diu in pace tenuisse et predecessorum meorum tempore pacifice illud possedisse.

Habito cum amicis et familiaribus meis consilio, concessi Gaufrido Billum [1], sacriste Beati Albini, supradictum arpentum vinee perpectuo jure possidendum, reddendo mihi annuatim sex solidos et quatuor denarios census in festo sancti Mauricii.

Quia vero supradictus sacrista et monachi de reddendis sex solidis contendunt et quatuor tantum denarios de supradicto arpento se dicunt debere, semper ero paratus eos per rectum in curia mea de hac re ducere, ut si possunt probare quod sex solidos census nun debeant, illos ulterius nun reddant.

Hujus rei testes sunt : Guillelmus dominus Guirchie, Rotbertus Billon, Guillelmus Chevé, Haimericus de Virgali, Johannes Lahore et alii plures.

Quod ut firmius in posterum teneatur auctoritate sigilli mei feci communiri presentem paginam.

DLVI. — Vers 1175. — ACTE PAR LEQUEL GUILLAUME, ABBÉ DE SAINT-MAUR, ACCORDE A QUATRE MOINES DE SAINT-AUBIN L'ASSOCIATION AUX PROFITS SPIRITUELS DE SON ABBAYE. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 747, p. 72.)

Sciant presentes et posteri quod domnus Guillelmus et totus conventus Sancti Mauri concesserunt quatuor monachis Sancti Albini, . . . Eudoni armario, Stephano d'Esperiis camerario, . . . societatem et beneficium ecclesie sue. Post obitum autem eorum facient pro eis sicut pro monachis suis professis.

DLVII. — Avant 1180. — LETTRE PAR LAQUELLE HENRI II, APPROUVANT LA CONSTITUTION D'ARBITRE FAITE PAR L'ÉVÊQUE D'ANGERS ET L'ABBÉ DE SAINT-AUBIN AU SUJET DES LITIGES QUI LES DIVISAIENT, RECOMMANDE DE S'ENTENDRE AVEC ÉTIENNE DE TOURS, SON SÉNÉCHAL, ET PROMET AU BESOIN DE CHERCHER

(1) Ce Geoffroy Billon devait devenir, en 1191, abbé de Saint-Aubin. C'est en supposant cet acte antérieur d'une quinzaine d'années à son élection que nous le datons de 1175.

LUI-MÊME LA SOLUTION DU LITIGE. (Copie, B. N., latin 17126, fol. 341.)

H[enricus], Dei gratia, rex Anglorum, dux Normannie et Aquitanie, et comes Andegavie, abbati Sancti Albini Andegavensis salutem.

Gratam habemus concordiam que prolocuta est inter R[adulphum], episcopum Andegavensem, charissimum cognatum nostrum, et vos super querelis que inter vos vertebantur, unde compromisistis, sicut nobis per nuntios vestros significastis, in sex personas, et admodum placet nobis ut concordia illa fiat.

Mandamus itaque vobis et affectuose rogamus ut operam diligentem adhibeatis ad faciendum eam cum assensu Stephani de Turonis, senescalli nostri. Et si quid emerserit apponendum concordie illi faciende et dignum emendatione, quod per vos et per prefatos sex fieri non poterit, id in dilatione poni faciatis donec, communicato consilio nostro et vestro et Stephani de Turonis, senescalli nostri Andegavensis, et Hugonis Gallerande, prout decuerit et expedierit, compleatur.

DLVIII. — 1180, 28 août, Angers. — LETTRES DANS LESQUELLES BARTHÉLEMY DE VENDÔME, ARCHEVÊQUE DE TOURS, RELATE L'ACCORD ÉTABLI ENTRE L'ÉVÊQUE D'ANGERS ET L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN. (Copie, Bibl. d'Angers, ms. 279, fol. 181 v°, et 655; et en partie B. N., latin 12658, fol. 121.)

Bartholomeus, Dei gratia, Turonensis archiepiscopus, Apostolice Sedis legatus, omnibus tam futuris quam presentibus ad quos litere iste pervenerint, salutem in Domino.

Notum sit universitati vestre quod contentio diutius habita fuerat inter venerabilem fratrem nostrum, Radulphum, Andegavensem episcopum, et capitulum Beati Mauricii et Guillelmum, abbatem Sancti Albini, et capitulum ejusdem monasterii, tam super annua procuratione, quam in capite ipsius abbatie episcopus asserebat sibi jure communi et antiquo deberi, quam in quibusdam aliis consuetudinibus subterannotatis.

Partibus vero tandem in nostra presencia constitutis, per Dei gratiam ad sollicitudinem nostram pax amicabilis inter eos pervenit hoc modo :

Episcopus, cum assensu capituli sui, dimisit omnino procurationem illam ; ita quod nec ab ipso nec a successoribus suis in capite ipsius monasterii de cetero requiretur, nec monachi in ipso monasterio eam tenebuntur de cetero sibi vel successoribus exhibere, salvis aliis procurationibus suis que ei annuatim in membris ejusdem abbatie debentur.

Abbas autem et fratres, in procurationis illius recompensationem, benigne concesserunt quod, singulis annis, bis in anno, in statutis solemnitatibus, in festo videlicet sancti Maurilii et in festo sancti Andree, processionaliter accedant ad cathedralem ecclesiam, ibidem cum canonicis missarum solemnia celebraturi.

Ibunt autem induti albis, sicut in processione quam faciunt ad Dubam in Ramis Palmarum, et pulsabunt duo majora signa ecclesie Beati Mauricii in adventu ipsorum. Ingressi ecclesiam stationem facient in medio ecclesie ; postea ingressi chorum sedent in sinistram partem et, canonicis manentibus in altera parte chori, una cum eis horam terciam cantabunt.

Tercia finita, processio fiet in hunc modum : monachi cum cruce, cereis et aqua benedicta procedent, omnes excepto abbate, canonici postea sequentur ; abbas a latere episcopi incedet, et, si absens fuerit episcopus, cum decano vel cum eo ibit qui major in ecclesia fuerit.

Facta processione, convenient omnes in choro missam celebraturi, induti albis et cappis, sicut mos est in diebus festivis.

Si episcopus aderit, missam celebrabit, vel alius episcopus, si forte intervenerit. Sin autem, abbas Sancti Albini missam celebrabit. Absente episcopo et abbate, decanus Beati Mauricii celebrabit vel ille cui capitulum injunget. Officio missarum incepto, cantor canonicorum a dextra parte stabit et cantor monachorum a sinistra.

Cantor canonicorum incipiet officium et versum, et cantor monachorum *Gloria* cum officio.

Cantor monachorum *Kyrie eleison* incipiet et monachi cantabunt versum et canonici neuma ejusdem versus. Responsorium monachorum erit et *Alleluia* canonicorum. Singularem tam canonici quam monachi sequentiam cantabunt, monachi primam, canonici secundam.

Episcopum processionaliter recipient monachi Sancti Albini, sine procuratione, cum primo post consecrationem suam venerit ad monasterium ipsorum et quotiens Romam redierit, similiter sine procuratione, et licebit episcopo quotiens voluerit in ipso monasterio sine procuratione sacros ordines celebrare.

Si forte conventus Sancti Albini vocatus fuerit ad exequias mortuorum in ecclesia Beati Mauricii celebrandas et presens ibi fuerit episcopus, ipse celebrabit exequias et cantor ipsius ecclesie aut qui locum ejus supplebit incipiet et assignabit primum versum canonicis Beati Mauricii et secundum monachis Sancti Albini. Episcopo absente vel celebrare nolente aut non valente, abbas Sancti Albini, si presens fuerit, etiam abbatibus aliis presentibus, solemniter exequias celebrabit.

Episcopo et prefato abbate et alio abbate absentibus, decanus ejusdem ecclesie, si fuerit sacerdos, celebrabit exequias aut ille cui capitulum injunget.

Quicumque autem ibi celebrabit exequias, cantor ipsius ecclesie aut alius qui locum ejus supplebit semper incipiet. Si vero conventus Beati Mauricii propter exequias venerit ad monasterium Sancti Albini, episcopus, si presens fuerit, celebrabit exequias et cantor Beati Mauricii incipiet aut aliqua persona ecclesie Beati Mauricii ejus loco, et assignabit primum versum canonicis Beati Mauricii et secundum monachis Sancti Albini. Episcopo absente, abbas Sancti Albini celebrabit et cantor ejusdem monasterii incipiet et assignabit primum versum canonicis Beati Mauricii et secundum monachis Sancti Albini.

Absentibus episcopo et abbate, decanus Beati Mauricii, si fuerit sacerdos, celebrabit exequias et cantor Sancti Albini semper incipiet, nisi celebrante episcopo. Absentibus episcopo, abbate et decano vel non celebrantibus, celebrabit prior Sancti Albini vel alius monachus loco ejus. Quicumque autem ibi celebret exequias,

canonici Beati Mauricii primum versum semper habebunt.

Si episcopus presens aderit ad Dubam in Ramis Palmarum, faciet, si voluerit, sermonem ad populum ; si noluerit aut non potuerit, injunget Sancti Albini abbati, si presens fuerit. Si autem abbas presens non fuerit vel noluerit aut non potuerit, injunget episcopus alii cui voluerit. Absente episcopo, abbas Sancti Albini si presens fuerit et voluerit faciet sermonem. Si absens fuerit faciet sermonem cui ecclesia Beati Mauritii injunget, et unus ex monachis Sancti Albini ibidem semper eadem die evangelium recitabit. Cappa Sancti Albini juxta cappam Beati Mauricii pariter locabitur ad Dubam, et cantor Beati Mauricii ibidem ex una parte primus incipiet, et cantor Sancti Albini ex altera.

In quocumque loco episcopatus sui episcopus sacros ordines celebraverit, si forte non fuerint aliqui ex canonicis Beati Mauricii qui in sacros ordines promoveantur, monachi Sancti Albini qui ibidem in subdiaconatus et diaconatus ordinem promoti fuerint epistolam et evangelium recitabunt, et post clericos chori Beati Mauricii primi ab archidiacono vocabuntur ordinandi.

In crastino festi Resurrectionis dominice, si episcopus ad monasterium Sancti Albini cum processione Beati Mauricii accesserit, monachi processionaliter recipient eum sine procuratione, preter quod secundum morem solitum dabuntur pueris cibaria. Si absens fuerit episcopus, processionaliter recipient reliquias quas secum deferent canonici Beati Mauricii.

Hoc ita factum, episcopus in verbo sacerdotis se fideliter observaturum promisit. Abbas quoque et Robertus, prior Sancti Albini, pro se et pro capitulo suo de mandato ipsius capituli, et Stephanus, decanus Beati Mauricii, pro se et pro capitulo suo de mandato ipsius capituli, hoc se fideliter observaturos, fide data in manu nostra, firmarunt.

Ne igitur super his aliqua valeat contentio futuris temporibus suboriri, hec omnia sub chirographo conscribi fecimus et sigilli nostri impressione communiri.

Presenti etiam pagine prefatus episcopus Andegavensis sigillum suum apposuit. Appositum est etiam et sigillum domini Stephani, siniscalli Andegavensis, qui huic compositioni, loco et

mandato domini regis Anglorum, interfuit. Apposita sunt etiam et sigilla utriusque capituli, scilicet et capituli Beati Mauricii et capituli Sancti Albini.

Actum est hoc anno ab incarnatione Domini MCLXXX, mense augusto, die Veneris in vigilia Decollationis beati Joannis Baptiste, in capitulo Sancti Albini, presente toto conventu et concedente ; presentibus etiam ex parte canonicorum : Stephano de Ternac decano, Herberto archidiacono, Roberto archidiacono, Stephano archidiacono, Wuillermo capellano episcopi, Ivone archipresbitero Salmuriensi, Garino canonico, Pagano de Ostilleio, Garino fratre decani, Philippo Ade, Raginaudo Restivo.

Presente etiam Hugone decano Beati Mauricii Turonensis et Johanne Carii, thesaurario Turonensi et canonico Beati Mauricii Andegavensis, Raginaudo capellano domini archiepiscopi, magistro Petro de Alegan, magistro Petro de Vindocino, magistro Bartholomeo de Haia, Alberico capicerio Chainonensi, Joanne de Lavardino, Joanne Aurelianensi, canonicis Turonensibus, et multis aliis.

DLIX. — Vers 1180. — PÉAN, FILS DE JOUBERT, FAIT DON A L'OFFICE DE SACRISTAIN DE SAINT-AUBIN DE DEUX ARPENTS DE PRÉ SIS AUX PONTS-DE-CÉ. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 154, fol. 15.)

Sciant presentes et futuri quod Josbertus coqus dedit in elemosinam filio suo, Pagano, duo arpenta pratorum ad faciendum de eis quicquid vellet extra partem Fromundi Aquile, fratris sui primogeniti. Postea vero, ad prefatum Paganum, mortuo fratre suo Fromundo primogenito, reversa sunt.

Paganus autem, pro salute anime sue, patris et matris antecessorumque suorum et Adelaidis, sororis sue, tociusque generis sui, dedit Deo et Sancto Albino ad opus sacristanie in elemosinam predicta duo arpenta pratorum que sunt apud Saiacum, sub ea conditione :

Supradictus Paganus herbam unius arpenti habebit vita comite ; sacrista vero habebit herbam alterius arpenti. Post mortem autem

predicti Pagani, supradicta duo arpenta libera et quieta sacriste remanebunt.

Hoc donum prefati Pagani concessit in capitulo Beati Albini Adelais, soror ejus.

Hujus doni testes et auditores sunt :

De monachis qui in capitulo fuerunt quando donum factum est : Rogerius sacrista, Gaufridus de Alancé, Johannes minor, Gervasius de Varenna, Guillelmus Besiel, Johannes aguillerius, Johannes de Duristallo, Guillelmus de Lavallo et multi alii.

De famulis : Sigebrannus, Rossellus, Robinus marescallus, Petrus portarius, Petrus de Turre, Aufreolus Malmarchei, Rainaldus le Moine, Galterius de Turre, Petrus Pinguis, Cornillet et plures alii.

DLX. — 1177-1187. — ACTE PAR LEQUEL SAINT-AUBIN CONCÈDE A CHARGE DE CENS AU PRIEURÉ SAINT-ÉLOI DE MARMOUTIER LA PROPRIÉTÉ DE LA MAISON DE BERNARD LE MONNOYEUR. (Original, Archives de Maine-et-Loire, G. 785, XVIII.)

Ego, Willelmus, Dei gratia, Sancti Albini Andegavensis dictus abbas, universis qui litteras istas viderint vel audierint notum esse volo quod, ad instantiam domni Hervei abbatis et fratrum Majoris Monasterii, de communi capituli nostri assensu, concessi domui eorum de Sancto Egidio et monachis ibidem manentibus domum quamdam que fuit Bernardi monetarii, perpetuo, libere et quiete tenendam, salvo tamen censu quem nobis singulis annis de ipsa domo in Nativitate Beate Marie reddent, scilicet duos solidos et tres obolos Andegavenses.

Ne autem aliqua in posterum super hoc dubietas vel contentio oriatur, presentes litteras inde fieri et sigillo capituli nostri, de ipsius capituli assensu, communiri precepi.

Testes hujus concessionis sunt hii : Robertus magister prior noster, Garinus filius Ivonis, Jaguelinus hospiciarius, Rogerius sacrista, Gaufredus armarius ;

De monachis Majoris Monasterii, qui cum predicto Herveo abbate ad hoc presentes affuerunt : Gervasius bajulus, Moyses

notarius, Robertus de Garenceriis, Garinus, David prior de Boeria, Guido prior de Dalmariaco, Willelmus de Valle, tunc temporis prior Sancti Egidii, et alii multi.

DLXI. — Acte faux. — 1182, v. s., 2 mars. — CHIROGRAPHE PAR LEQUEL GUILLAUME, ABBÉ DE SAINT-AUBIN, DÉCIDE QUE CHACUN DE SES SUCCESSEURS DEVRA, LORS DE SON INSTALLATION, FAIRE DON A L'ABBAYE DES ORNEMENTS D'UNE CHAPELLE [1]. (Faux original, Archives de Maine-et-Loire, H. 153, fol 1.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis et audituris, salutem.

Notum facimus quod nos Guillermus, humilis abbas, ac conventus monasterii nostri Sancti Albini Andegavensis, in nostro generali capitulo congregati, secunda die martii anno Domini MCLXXXII celebrato, pro concordia super differenti et discordia inter nos et dictum nostrum conventum mota circa manutentionem capparum et ornamentorum ecclesie dicti nostri monasterii insequendo tractatum charitative confederationis inter reverendum patrem Radulphum, Andegavensem episcopum, et collegium ecclesie Sancti Mauricii, ex una parte, et nos ac dictum conventum nostrum supra controversia alias super hoc habita, quae tandem sopita extitit, prout per litteras auctentiquas in scriniis nostris repositas constat, inter alia continentes quod nos et dictus noster conventus assistemus in eorum ecclesia, bis in anno, videlicet Sanctorum Maurilii et Andree festivitatibus, albis et cappis revestiti, tenentes illorum chori medietatem, ambo divinum officium decantando. Et quia temporibus nostris et perantea cappe saltim

(1) Cette pièce, qui a la prétention d'être un original paraît fausse : 1° Le parchemin n'offre pas la qualité, la force et l'apparence extérieure que présentent les parchemins du XIIe et même du XIIIe siècle ; il est d'une espèce et d'un grain qui appartiennent à la fin du XVe ou au commencement du XVIe siècle ; 2° l'écriture, tant allongée que minuscule, ne saurait être de l'année 1182 : ses rondeurs accusent la même date que celle indiquée par le parchemin. De même pour l'encre et l'absence de lignes tracées à la pointe sèche. (Note de Marchegay, B. N., français, nouv. acq., 5026, fol. 112.) Ajoutons que ni les formules, ni les noms des témoins n'appartiennent au XIIe siècle.

in monasterii nostri ecclesia pro tantis solemnitatibus celebrandis minime existebant, conventus et jamdicti monasterii nostri fratres, via et auctoritate justicie, nos ad providendum de cappis circa quantitatem et pro numero quinquagenario monachorum in predicto monasterio Deo famulantium cogere et compellere volebant et intendebant, quod tamen sine magna nostre administrationis extractione bonorum facere non potuissemus, non tamen ex defectu bone voluntatis. Super quo Sancti Spiritus gratia interveniente, nos igitur, Guillermus abbas prefatus, cum omni assensu et voto omnium et singulorum nostri dicti monasterii monachorum statuimus, ordinavimus et appuntavimus quod de cetero et imposterum ac futuris temporibus, in ingressu et receptione nostri ac successorum nostrorum pro tempore existentium monasterii Sancti Albini abbatum quilibet dabit, solvet et providebit de una capella, quatuor cappis, casula una cum duobus dalmaticis, honestioribus quam fieri poterit munita. Quod quidem statutum sive quamquidam ordinationem volumus in predicto nostro monasterio perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari.

In cujus rei testimonium presentem chartam sub cyrographo secretarii nostri per medium inciso nobis et dicti nostri conventus diviso ad perpetuam rei memoriam jussimus approbandam.

Presentibus ibidem et consentientibus monachis : Odone, priore claustri, Raimondo camerario, Joanne Castri Gunterii priore, Petro Campiniaci priore, Gaufredo de Cleeriis cantore, Roberto de Guerchia, Andrea Cormerel, Galterio celerario, Arturo subpriore, Guischardo armario, Aimerico Carbonello, Matheo Malemousche elemosinario, Durando de Lespinet priore Monsterioli, Guillelmo Sauvaige sacrista, Anthonio Delescare hostellario, Joanne Boivin priore de Legione, Bernardo priore de Lucheio, Roberto de Montesorello priore de Malicornia, Tebaudo priore de Guilcio, Hervcio Brisegaud infirmario, Leonardo de Rupibus, Joanne de Biscono, Francisco de Placicio Matheo, Fiacrio Gandiberto, Archembaldo de Matefelone, Renato Chabot, Lanceloto Chevreul, Joanne Capello, Philiberto de Moruz, Helias de Brolio, Briencio de Vitré, Gelduino de Canbellaiaco, Lanfredo Burello, Guillermo Brioto, Hilario Ragot, Martino Basto-

nato, Alano Gastinello, Henrico Barbato, Thoma Bono Filio, Marco Lepaige et aliis quamplurimis.

DLXII. — 1188, v. s., 21 mars, Saint-Aubin. — SERMENT PRÊTÉ PAR L'ABBÉ JACQUELIN DE VEILLER SCRUPULEUSEMENT A LA CONSERVATION DES DROITS DE SAINT-AUBIN. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 747, p. 1 ; copie, B. N., latin 12658, fol. 127.)

Quoniam in tantum diminute sunt veritates a filiis hominum ut quod hodie factum est cras factum esse denegetur, memorie posterum nostrorum litteris commendare studuimus quod, cum ecclesia Beati Albini a plurimis personis, tam clericis quam laicis, super obedientiis et tenementis et redditibus suis impugnaretur et male tractaretur, Jaguelinus, ejusdem ecclesie abbas, illustrium et proborum monachorum ecclesie prefate usus consilio, et totius conventus voluntate, in communi capitulo, die Sancti Benedicti, duodecimo kalendas aprilis, spontanea voluntate, aposita manu super quatuor Euvangelia et super lignum Crucis dominice et super dexteram benignissimi patroni nostri, beati scilicet Albini, cunctis audientibus et timore et tremore stantibus, juramento firmavit quod obbedientias Beati Albini nulli hominum, non regibus, non principibus, non episcopis, non archiepiscopis, non clericis, non laicis, nulli omnino creature, nec prece nec precio, nec pro alia conmutatione traderet, aut donaret ; nec obedientias de manu monachorum cucullatorum abbatie, professorum atque benedictorum, nulla necessitate cogente, emanciparet, nec aliquam pensionem denariorum alicui faceret.

Quo solenniter statuto, laudantibus omnibus tam memorabile factum omnis conventus, Odone magistro priore concedente, idem juramentum contra omnes homines et potestates integrum et illibatum defendere et conservare propriis manibus juramento firmaverunt.

DLXIII. — 1176-1203. — ACTE PAR LEQUEL MAINIER, ABBÉ DE

SAINT-FLORENT, ACCORDE A DEUX MOINES DE SAINT-AUBIN L'ASSOCIATION AUX PROFITS SPIRITUELS DE SON ABBAYE. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 279, fol. 143, v°.)

Notum sit omnibus quod domnus Mainerius, abbas Sancti Florentii, concessit Gosfredo Bono Homini, tunc priori de Alodis, et Johanni Agullerio, monachis Sancti Albini, ut et in vita et in morte tantum pro ipsis faciamus quantum pro monachis nostris professis facere consuevimus.

DLXIV. — Vers 1190. — NOTICE DU DON FAIT A L'ABBAYE PAR SON AUMÔNIER, GUILLAUME DE BERRIE, DE BIENS SITUÉS A VILLECHIEN. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 747, p. 88.)

Quoniam bonum est oblivionem fugere que memoria digna sunt, bonum est litteris commendare.

Eapropter notum fieri volumus tam posteris quam modernis quod frater Guillelmus de Berria, humilis monachus Beati Albini Andegavensis, tunc tenporis elemosinarius ecclesie Beati Albini Andegavensis, dedit et concessit, pro salute anime sue, Deo et ejusdem ecclesie sacro conventui, ad pitantiam, pro anniversario suo annuatim faciendo, quadraginta solidos super duo arpenta vinearum constitutos, que sita sunt ante cheneiam de Villa Canis; hoc adjuncto quod quicumque dictas vineas tenerit dictos quadraginta solidos Deo et predicto conventui ad diem ejus anniversarii persolvere teneatur; quas dictas vineas ad hoc in suo tenpore adquisivit.

DLXV. — 1189-1191. — ACTE PAR LEQUEL JACQUELIN, ABBÉ DE SAINT-AUBIN, ACCORDE A DIVERSES PERSONNES L'ASSOCIATION AUX PROFITS SPIRITUELS DE L'ABBAYE. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 279, fol. 143, v°.)

Teneat presentium futurorumque memoria quod ego, Jaguelinus, Dei gratia, dictus abbas Sancti Albini, et commune capitulum

concessimus G...[1] et Gaufrido Britoni, socio, societatem et beneficium ecclesie, et per omnia apud nos ordines suos habeant. Obeunte vero priore, tantum faciemus quantum pro monacho nostro professo facimus. Similiter faciemus pro...

Pro Gaufrido vero, ut audiemus obitum ejus, in tricesimis et misericordiis associabitur et nomina eorum in martirologio ascribentur.

Item concessimus Matheo Nurrie, monacho Sancti Florentii, amico et familiari nostro, ut in vita et in morte sit monachus noster professus.

DLXVI-DLXVII. — 1189-1191. — JACQUELIN, ABBÉ DE SAINT-AUBIN, ASSOCIE DIVERSES PERSONNES AUX PROFITS SPIRITUELS DE L'ABBAYE. (Nécrologes de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 279 et 747.)

DLXVI. — . . . Guillelmo de Laval et Rogerio de Laval, monachis, et Raginaldo de Mareille, monacho Sancti Martini Majoris Monasterii . . . (747, p. 79.)

DLXVII. — . . . Thome, monacho de Sancto Sergio, et Hamelino des Millers . . . (279, fol. 144.)

DLXVIII. — 1191. — FRAGMENT DU ROULEAU MORTUAIRE DE GUILLAUME ET DE JACQUELIN, ABBÉS DE SAINT-AUBIN. (Bibl. d'Angers, ms. 160. — Imprimé par L. Delisle, *Rouleaux des Morts*, 398)[2].

DLXIX. — 1197. — ACTE ASSOCIANT THIBAUT DE FONTAINES AUX PROFITS SPIRITUELS DE SAINT-AUBIN. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 747, p. 66.)

Quoniam preterit memoria hominum, pretereuntibus ipsis hominibus, litteris quibus eadem viget memoria scriptum tradimus quod ego, G[aufridus], Dei gratia abbas Sancti Albini, et

(1) Ce nom a été gratté.

(2) Guillaume avait résigné en 1189 ses fonctions d'abbé. Jacquelin, son successeur, était mort le 10 juin 1191.

nobiscum commune capitulum, intuitu Karitatis, que nunquam minuitur sed multiplicatur impensa, unanimi assensu et voluntate, in plenario concessimus Teobaudo de Fontanis, canonico Beati Martini Turonensis, ipsum esse participem omnium bonorum que amodo fient in ecclesia nostra per gratiam Dei, videlicet in orationibus, in divinis obsequiis publicis vel privatis, in vigiliis et elemosinis, vel quocumque modo facere contigerit, ut ei quamdiu vixerit tantum prosint quantum cuilibet ex fratribus nostris professis.

Insuper concessimus ei et firmiter statuimus quod post decessum suum, quamcito nobis innotuerit, tantum pro anima ejus faciemus quantum pro animabus fratrum nostrorum professorum facere consuevimus, et nomen ejus in matricula fratrum nostrorum ascribetur.

Quod ne alicujus malicia vel negligentia aliquando possit omitti vel violari, nos idem presentis scripti testimonio profitentes, ipsam impressione sigilli capituli nostri fecimus communiri.

Actum est hoc publice, in capitulo Beati Albini, anno gratie MCX[C]VII [1].

DLXX. — 1199, avril à septembre. — CHIROGRAPHE RÉGLANT ENTRE L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN ET LE CHAPITRE DE SAINT-MAURILLE LE PAIEMENT DE LA DÎME DES VIGNES DU CLOS PÉRIER. (Original, Archives de Maine-et-Loire, G. 1119, fol. 486.)

Guillelmus, Dei gratia, Andegavensis episcopus, omnibus tam presentibus quam futuris ad quos presens scriptum pervenerit, salutem.

Ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire quod cum inter abbatem et conventum Sancti Albini Andegavis, ex una parte, et capitulum Sancti Maurilii Andegavis, ex alia, controversia verteretur super eo quod canonici Sancti Maurilii ab

(1) Cette rectification de date est nécessaire, car à la page 64 de ce même nécrologe on trouve un acte de confraternité accordé à ce même personnage dans lequel le nom de l'abbé de Saint-Aubin est écrit : *Gaufr.*, ce qui ne laisse aucun doute sur l'époque à laquelle vivait Thibaut de Fontaines.

eisdem monachis quinque summas vini annuatim exigebant, quas ab eis diu quiete et sine contradictione receperant, tandem in hanc compositionis formam convenerunt :

Quod scilicet predicti monachi Sancti Albini prescriptis canonicis, singulis annis, tempore vindemiarum, in torculari de Clo Perer persolvent quatuor summas vini puri et albi, sicut debet exire legitime a pedibus conculcantium in torculari ; ita quidem quod cum nuncius canonicorum cum veiculo eorumdem ad predictum torcular venerit, si predicte quatuor summe vini invente fuerint, eas sine contradictione accipiet ; et si invente non fuerint, quas primo paratas invenerit cum venerit, sine omni contradictione, dicto modo legitime percipiet ; ita quidem quod nec veiculum abbatis vel monachorum vel alicujus alius quicquam de eodem torculari accipiat, donec nuncius canonicorum predictas quatuor summas integre predicto modo receperit.

Ut autem hoc ratum et firmum haberetur, ex consensu utriusque partis, presenti cirographo nostri sigilli robur fecimus apponi.

Ex parte monachorum isti sunt testes :

Odo prior Sancti Albini, Johannes cantor, Johannes armarius, Gaufridus prior claustri, Gaufridus censerius, Gaufridus sacrista, Guillelmus de Campo Floris, Gaufridus Ginguené ;

De pueris : Andreas de la Guirche, Guillelmus de Berrie, Johannes de Glené, Michael Desrame, Radulfus clericus Sancti Albini ;

De famulis : Rogerius de Sartrino, Guillelmus cocus et plures alii.

Ex parte canonicorum hii sunt testes :

Robertus archidiaconus, Gaufridus de Mosterol, Haimericus de Losdun, Raginaldus Botellier, Petrus de Corcoë, Mauricius, magister Guillelmus, Gaufridus nepos Gaufridi de Mosterol.

De sacerdotibus : Ernulfus, Jordanus, Guillelmus de Credone, Bernerius, magister Michael, Guillelmus le vitrer, Guillelmus de Sancto Johanne, Thomas, Galerannus, Johannes Florence, Petrus Russelli, Johannes Begoin ;

De pueris : Perret de Sancto Johanne, Stephanus de Chambiers, Michael ;

De laicis : Robertus Gerlent, Gaufridus de Sableio, Hamericus Richegarz, Moises Claveurer et plures alii.

Actum fuit hoc publice in communi capitulo Sancti Albini Andegavis, anno ab incarnatione Domini nostri Jhesu Christi MCXCIX, quo mortuus est Richardus, rex Anglorum, et substitutus est Arturus, comes Andegavorum.

DLXXI. — 1191-1220. — NOTICE DE L'ACHAT PAR SAINT-AUBIN DU FIEF DE NICOLAS DE LA FRÉMALIÈRE, ACHAT RATIFIÉ PAR GUILLAUME DE BITOIRE, SUZERAIN DU FIEF. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 153, fol. 141.)

In nomine Domini nostri Jhesu Christi a quo omne bonum procedit.

Presentibus atque futuris notum fieri volumus quod dumnus Gaufridus, Dei gratia, abbas Beati Albini Andegavensis, emit totum feodum Nicholay de Femaleria ab ipso Nicholao et uxore sua et heredibus ejus, integre, sicut prescriptus Nicholaus eum de Guillelmo de Bithehoire tenebat ; eo siquidem tenore quod ipse Nicholaus venditionem illam a domino Guillelmo de Bithehoire integram et illibatam concedi faceret.

Cum vero jamdictus Guillelmus de Bithehoire a prescripto Nicholao requireretur ut venditionem illam, quam fecerat abbati et monachis Beati Albini, concederet, ipseque Guillelmus adquiescere nollet, tandem, Deo inspirante, ad petitionem abbatis et conventus venit in capitulum Beati Albini, acceptoque beneficio ecclesie, pro Dei amore et remedio anime sue et patris et matris sue et amicorum suorum, prescriptum feodum prescripto abbati et monachis Beati Albini in perpetuam elemosinam concessit.

Ipse Guillelmus de Bithehoire feodum illum, ad utilitatem abbatis et monachorum Beati Albini, ab omni violentia et exactione se defensurum promisit et concessit ; ita quod, pro omni servitio et exactione, decem solidos Andegavensis monete ab abbate et monachis Beati Albini annuatim, in indicto medie Quadragesime, percipiet.

Sepedictus vero abbas et monachi, pro hac concessione, decem libras Guillelmo de Bithehoire in karitate dederunt.

Ipse vero Guillelmus de Bithehoire de sepedicto feodo sepedictum abbatem saisivit cum quadam virgula, eamque in testimonium super dominicum altare Beati Albini deposuit, et, ad majorem cautelam, quia sigillo carebat, cartulam istam sigillo domini Hervei de Bello Morterio fecit corroborari.

Hoc viderunt et audierunt testes subscripti :

De monachis : Odo magister prior, Gaufridus prior claustri, Johannes Mainerii cantor, Johannes armarius, Gaufridus de Cleriis, Gaufridus de Scannis sacrista, Gaufridus Corme censerius, Rainaldus Rufus panetarius, Matheus de Candeio, Rainaldus de Fontanis, Nicholaus de Guirchia, Andreas de Guirchia ;

De famulis : Guillelmus de Sartrino, magister famulus, Eudo de Furnili, Gaufridus famulus elemosine, Petrus de Turre, Petrus portarius, Petrus pulmentarius, Lambertus quoquus, Gaudefredus famulus cellarii ;

Ex parte Guillelmi : Rainaldus de Sancto Ligerio, Matheus de Lineriis miles, Nicholaus clericus, frater ejus, Petrus de Vileloen, famulus Hervei de Bello Morterio [1].

DLXXII. — Vers 1200. — NOTICE DU DON DE TROIS ARPENTS DE VIGNE FAIT A SAINT-AUBIN PAR RENAUD L'OISON. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 747, p. 75.)

Pateat universis presentibus et futuris quod quidam burgensis Andegavensis, Raginaldus l'Oison nomine, divinitus inspiratus, dedit Deo et monachis Beati Albini Andegavensis in perpetuam elemosinam tria arpenta vinearum : unum arpentum et dimidium apud Vilechien, in feodo elemosinarii Sancti Albini, et alterum arpentum et dimidium in feodo abbatie, et quiddam cellarium in eodem feodo de Brechigné, tali videlicet conditione quod abbas et conventus in ecclesia sua, ad altare beati Girardi confessoris, quendam constituant monachum sacerdotem qui pro anima ipsius Raginaldi et uxoris sue et omnium amicorum et benefactorum suorum in perpetuum celebrabit, et easdem vineas cum inte-

(1) Au dos de cette pièce, on lit : « Hoc est conquisitionis scriptum quam fecit dumnus Gaufridus abbas de tenemento quod dicitur la Femelere. »

gritate fructuum ex eisdem vineis provenientium cum cellario superius nominato pacifice possidebit.

Hoc autem statutum Gaufridus, Beati Albini tunc temporis abbas, totusque fratrum ejusdem loci conventus se inviolabiliter observaturos in communi capitulo eidem Raginaldo fideliter promiserunt.

DLXXIII. — 1191-1220. — CHARTE PAR LAQUELLE L'ABBÉ GEOFFROY CONCÈDE A GEOFFROY DE VION, PRIEUR CLAUSTRAL, LA JOUISSANCE VIAGÈRE DE VIGNES SITUÉES A ÉPLUCHARD ET AFFECTÉES A JAMAIS A SON OFFICE. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 747, p. 66.)

Teneat presentium futurorumque memoria quod ego Gaufridus, Dei gratia abbas Sancti Albini, et commune capitulum nobiscum dedimus et concessimus Gaufrido de Vionio, priori claustri nostri, dimidium arpennum et medietatem unius quarterii vinee in fundo qui dicitur Pelucharte, quod fuerat defuncti Sigebranni, magistri servientis nostri, quandiu voluerit possidendum.

Cum autem prescriptam vineam quoquo modo deseruerit prioratui claustri imperpetuum remanebit.

DLXXIV. — 1185-1205. — GEOFFROY DE VION, AYANT ÉTÉ ASSOCIÉ PAR LES MOINES DE LA COUTURE AUX FAVEURS SPIRITUELLES DE LEUR ABBAYE, DEMANDE QUE SON DÉCÈS LEUR SOIT NOTIFIÉ AUSSITÔT QUE POSSIBLE. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 747, p. 66.)

Omni favente capitulo concessit dumnus Robertus, abbas Culturiensis, Gaufrido de Vionio, monacho Sancti Albini, monachatum ex integro sicut monacho professo, tam in vita quam in morte, scilicet in ejus obitu ab unoquoque sacerdote quatuor missas et tricenale in conventu et aliud cum pane et generali et vino. Et habebit nomen suum in martirologio adscriptum et anniversarium sicut professus noster.

Ego vero prescriptus Gaufridus supplico omnibus fratribus et amicis meis quatinus, pro Dei amore, et salute anime mee, hanc

convenientiam, audito obitu meo, per certum nuntium scriptam innotescant capitulo et abbati Culturiensi.

DLXXV. — 1191-1220. — ACTE DANS LEQUEL GEOFFROY, ABBÉ DE SAINT-AUBIN, RELATE LES CONDITIONS DE L'UNION DE PRIÈRES ÉTABLIE ENTRE SON ABBAYE ET CELLE DE SAINT-PIERRE DE PREUILLY. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 747, p. 63.)

Gaufridus, Dei gratia abbas, et conventus humilis Beati Albini Andegavensis universis fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem et orationum munus.

Hanc esse amice confederationis societatem inter nos et ecclesiam Beati Petri Prulliacensis noveritis, de assensu et voluntate utriusque capituli confirmatam.

Omnium siquidem fratrum suorum infra anni orbitam defunctorum, abbatie sue professorum, nomina nobis transmittent in Nativitate dominica. Nos autem post capitulum, in quo brevis recitatus fuerit, pulsatis signis, pro illis qui in brevi fuerint et omnibus ejusdem congregationis defunctis officium communiter persolvemus, et singuli sacerdotum nostrorum missam unam pro ipsis celebrabunt. Ceteri missas non canentes unum psalterium, laici centum et quinquaginta *Pater Noster* perorabunt ; primoque die qui ad hoc agendum idoneus fuerit, pulsatis sollepniter signis, missam pro eisdem celebrabimus in conventu. Sequenti die trigenarium de missis incoabimus et per triginta dies unum pauperem in refectorio reficiemus in pane et vino et generali.

Pro abbatibus suis, sicut pro nostris facere consuevimus, excepto rotulo, faciemus.

Fratres ecclesie supradicte professi viventes sicut unusquisque nostrum in officio et beneficio ecclesie nostre sint participes. Si autem aliqua causa vel propria voluntate aliqui monacorum Prulliacensium ad ecclesiam nostram directi fuerint tamdiu misericorditer et fraterna dilectione suscipientur donec a fratribus suis revocentur et discordantes, nisi excommunicati fuerint, pacificentur.

Nos vero eisdem fratrum nostrorum infra annum defunctorum nomina tertio nonas februarii singulis annis innotescere faciemus. Ipsi vero monachis nostris tam vivis quam defunctis, sub pretaxata beneficiorum et orationum vicissitudine, respondebunt.

Quod ut firmius haberetur, presentem cartam sigillo capituli fecimus roborari.

DLXXVI. — Vers 1200. — ACTE DANS LEQUEL LES MOINES DE SAINT-AUBIN RELATENT LES CONDITIONS DE L'UNION DE PRIÈRES ÉTABLIE ENTRE EUX ET L'ABBAYE DE LA COUTURE DU MANS. (Copie, B. N., latin 17126, fol. 531.)

Hec est amica confederationis societas inter ecclesiam Beati Petri de Cultura et ecclesiam Beati Albini Andegavensis.

Siquidem omnium fratrum suorum infra anni orbitam defunctorum in festo beati Albini, quod est pridie kalendas julii, nobis brevem transmittent. Nos autem post capitulum in quo brevis recitatus fuerit, pulsatis signis, pro illis qui in brevi recitati fuerint et omnibus ejusdem congregationis defunctis communiter officium persolvemus, primoque die qui ad hoc idoneus fuerit, pulsatis solemniter signis, missam pro eisdem in conventu celebrabimus. Singuli vero sacerdotes de conventu unam missam celebrabunt, alii vero quinquaginta psalmos, claustrales de obedientiis tres missas celebrabunt singulis annis. Die vero altera post recitationem brevis, tricenarium cum pane et vino et generali inchoabimus. Tricenarius ille dabitur uni sacerdoti pro fratribus missas celebranti ; in conventu vero duos faciemus, unum scilicet de orationibus, alterum vero de missis. Similiter illi facient de nostris.

De singulis vero abbatibus Sancti Petri de Cultura obeuntibus, sicut de monacho nostro professo faciemus. Similiter illi de nostris.

Et in festivitate beati Juliani brevem nostrum eis transmittemus.

Nec silendum quod si aliqui ex fratribus ad nos pro aliqua causa confugerint vel ex nostris ad illos, in abbatia libenter reci-

pientur et benigne tractabuntur, donec in ecclesiis pacifice valeant reformari et tunc in proprio gradu et ordine restituentur.

Quoties vero abbas Sancti Petri de Cultura ad nos veniet, dispositio totius ordinis abbatie in potestate ejus erit. Similiter faciet abbas Beati Albini apud Culturam.

Solemnitatem autem beati Albini monachi de Cultura cum duodecim lectionibus kalendis martii celebrabunt, et nos solemnitatem beati Bertranni cum totidem lectionibus.

Omnium bonorum ecclesie nostre intus et foras participes erunt, et nos similiter cum illis.

Breviger vero de Cultura, quando ad nos veniet, duodecim denarios Andegavenses habebit, et breviger noster totidem habebit apud illos.

Ut autem hec nostra convenientia firma et illibata permaneat auctoritate sigilli capituli nostri presentem cartulam corroboravimus.

DLXXVII. — Vers 1200. — ACTE PAR LEQUEL RENAUD, ABBÉ DE SAINT-MAUR [1], ACCORDE A DEUX MOINES DE SAINT-AUBIN L'ASSOCIATION AUX PROFITS SPIRITUELS DE SON ABBAYE. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 747, p. 66.)

Ego, Rainaudus, Dei gratia, humilis minister ecclesie Sancti Mauri, cum consensu et voluntate tocius capituli, concessi Johanni Laguileir et Petro Loipaut, monachis Beati Albini, commune beneficium et societatem hujus ecclesie, tam in vita quam in morte ; audito eorum obitu, missam generalem in conventu et tricenarium missarum cum pane et vino ; et nomina eorum in martirologio scribentur.

DLXXVIII. — 1203-1210. — NOTICE DE L'ACTE PAR LEQUEL GEOFFROY, ABBÉ DE MARMOUTIER, ACCORDE A ÉON, ARMOIRIER DE

(1) Ni M. Hauréau (*Gallia*, XIV), ni M. Port (*Dict. hist. de Maine-et-Loire*, III, 430), n'ont connu d'abbé de Saint-Maur du nom de Renaud. Si nous assignons à cette pièce la date : vers 1200, c'est que, dans le manuscrit qui la renferme, elle est entourée d'actes de la fin du XIIe siècle.

SAINT-AUBIN, L'ASSOCIATION AUX PROFITS SPIRITUELS DE SON ABBAYE. (Bibl. d'Angers, ms. 747, p. 67.)

Concessum est a domno G[auffrido], abbate Majoris Monasterii, et universo conventu Eudoni, armario nostro, ut in vita sua sit eorum frater et monachus ; et, cum obierit, singuli sacerdotes duas pro eo missas celebrabunt, et alii missas non canentes quinquaginta psalmos perorabunt. Nomen quoque ejus in martyrologio suo ascribetur.

DLXXIX. — Vers 1200. — LISTE DE MONASTÈRES ASSOCIÉS SPIRITUELLEMENT A SAINT-AUBIN [1]. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 279, fol. 103, v°.)

Hec sunt fraternitates monasterii Sancti Albini Andegavensis : Monasterium Sancti Launomari Blesensis, monasterium Sancti Petri de Cultura Cenomannensis, monasterium Sancte Marie de Burgo Dolensi, monasterium Sancti Petri de Pruilleyo, monasterium Sancte Trinitatis de Tironio, monasterium Sancte Marie de Evrone, monasterium Sancte Trinitatis de Vindocino, monasterium Sancti Petri de Burgolio, monasterium Sancti Martini Turonensis Majoris Monasterii, monasterium Sancti Florentii Salmuriensis, monasterium Sancti Maxentii Pictavensis, monasterium Sancte Marie Andegavensis, monasterium Sancti Sergii prope Andegavum.

DLXXX. — 1202-1211. — ACTE PAR LEQUEL JOULAIN, ABBÉ DE SAINT-NICOLAS, ACCORDE L'ASSOCIATION AUX PROFITS SPIRITUELS DE SON ABBAYE A EUDES DE CUCÉ, PRIEUR DE SAINT-AUBIN. (Nécrologe de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 747, p. 65.)

Ego, Goslenus, abbas Sancti Nicolai, et mecum commune capi-

(1) Il n'est peut-être pas sans intérêt de signaler ici la liste très étendue d'églises associées à Saint-Aubin, que contient le manuscrit 1306 de la bibliothèque Sainte-Geneviève. Cette liste paraît avoir été dressée au XVI[e] siècle.

tulum concessimus O. de Cucé, tunc magistro priori Sancti Albini, ut sit ecclesie nostre et in vita et in morte frater monachus. Cum autem ab hoc seculo, Deo vocante, migraverit, illi quocomque monacho nostro professo facere consuevimus faciemus, et nomen ejus in martirologio conscribetur.

DLXXXI-DCXXV. — 1191-1220. — GEOFFROY, ABBÉ DE SAINT-AUBIN, ASSOCIE DIVERSES PERSONNES AUX PROFITS SPIRITUELS DE L'ABBAYE [1]. (Nécrologes de Saint-Aubin, Bibl. d'Angers, ms. 279 et 747.)

DLXXXI. — . . . venerabili fratri nostro, Guillelmo, filio matris sue, monacho Sancti Petri Culture . . . (279, fol. 143.)

DLXXXII. — . . . cuidam [monacho Majoris] Monasterii, nomine Willelmo Galiart . . . et ordinem obtineat justa Johannem Sapientem . . . (747, p. 1.)

DLXXXIII. — . . . quatuor monachis Burgulii : Matheo de Niolo, Herberto de Ingrandia, Philippo de Ulmis, Hucberto de Lausdaria (?) . . . (747, p. 1.)

DLXXXIV. — . . . quatuor monachis Sancti Sergii : Andree de Losduno, subpriori Sancti Sergii, et Hardoino et Gaufrido Foachon et Johanni de Clicionio . . . et ordinem suum habebunt in oratorio, capitulo, refectorio et in omnibus locis apud nos juxta Gaufridum de Scannis. (747, p. 63.)

DLXXXV. — . . . Ernaudo, monacho Sancti Mauri . . . (707, p. 63.)

DLXXXVI. — . . . Albino Chain (?), monaco Majoris Monasterii . . . (747, p. 63.)

(1) Ici encore, comme déjà nous l'avons fait pour les abbés Robert, Hugues, Guillaume et Jacquelin, laissant de côté les formules, nous nous contentons de donner les noms des associés en les extrayant des actes où ils sont placés au datif à cause du mot « concessimus » qui les précède. Les personnes qui reçurent de l'abbé Geoffroy les faveurs de l'association vivaient pour la plupart au XIII[e] siècle. Nous croyons cependant devoir n'en omettre aucune.

DLXXXVII. — . . . duobus monachis, videlicet magistro Roberto Anglico Sancti Sergii et Richardo Sancti Melanii . . . cuidam monacho Sancti Petri de Cultura, Ricardo, et Herberto, ipsius socio . . . (747, p. 64.)

DLXXXVIII. — . . . Johanni de Chastelluns, magistro priori Sancti Sergii, et duobus sociis ejus, monachis Sancti Sergii, Bartholoto videlicet, Gaufrido Jessé, tunc armario, et Johanni, monacho Suliacensi, et Johanni de Burgo Regis, monacho de Cultura. . . (747, p. 64.)

DLXXXIX. — . . . Ricardo, monacho Sancti Mauri . . . (747, p. 64.)

DXC. — . . . domno Gosleno, abbati Sancti Nicolai . . . (747, p. 65.)

DXCI. — . . . concessimus plenum monacatum in choro, in capitulo et refectorio apud nos juxta Raimundum de Berria panetarium, Rainaldo de Mancigné, monacho Beati Martini Majoris Monasterii, et duobus sociis ejus, Guillelmo de Balluel, Guillelmo do Mans . . . (747, p. 65.)

DXCII. — . . . duobus monachis Sancte Trinitatis Vindocini, Johanni Goroillardi, tunc temporis subpriori Aquarie, et Luce, ejusdem loci cellarario . . . (747, p. 65.)

DXCIII. — . . . Guillelmo, cognomine Capse, monaco Beati Petri Prulliacensis . . . (747, p. 65.)

DXCIV. — . . . fratri Roberto d'Iquelon, monaco Beati Micaelis de Monte . . . et ordinem suum per omnia juxta Robertum, magistrum priorem . . . (747, p. 65.)

DXCV. — . . . fratri Garnerio de Baladonio . . . et ordinem suum juxta Gaufridum Billon . . . (747, p. 65.)

DXCVI. — . . . venerabili nostro Hugoni, monaco Sancti Sergii . . . (747, p. 66.)

DXCVII. — . . . tribus monachis Sancti Sergii, Johanni Fenion, Johanni Jactato, Gilleberto, suppriori Sancti Sergii . . .

Johannes Jactatus facit annuatim duo septimalia, Gillebertus unum . . . (747, p. 70.)

DXCVIII. — . . . duobus monachis Majoris Monasterii, scilicet Guillelmo de Lambalia, tunc temporis priori de Viridario, et Guillelmo cognominato le Bastart . . .

Guillelmus de Lambalia juxta Gaufridum de Cleeriis, alius vero juxta Evonem Choherii . . . (747, p. 70.)

DXCIX. — . . . duobus monachis Sancte Trinitatis de Aquaria, videlicet Judicaeli, tunc temporis incluso Sancti Eutropi, et Guillelmo de Vitreio . . . (747, p. 73.)

DC. — . . . Willelmo de Valenis, monacho Majoris Monasterii, . . . ordinemque suum in capitulo juxta Gaufridum de Bannis prosequetur. (747, p. 73.)

DCI. — . . . Michaeli, hospitalario Sancti Florentii, nepoti Michaelis, abbatis tunc temporis Sancti Florentii . . . (747, p. 73.)

DCII. — . . . duobus monachis Sancti Sergii, Petro de Sancto Jacobo et Guillelmo de Rupe Forti . . .

In vita vero sua loca sua habebunt penes nos in oratorio, capitulo, refectorio et ubique juxta Gaufridum de Scannis . . . (747, p. 74.)

DCIII. — . . . Guillelmo Gaimel, tunc temporis priori Sancti Egidii . . . (747, p. 74.)

DCIV. — . . . Ernulfo, monacho Sancti Maximini, priori tunc temporis de Mota . . . et ordinem suum per omnia juxta Petrum Malmescini . . . (747, p. 74.)

DCV. — . . . Herberto Rossel et Gaufrido Chabot et Gaufrido Semur, monachis Sancti Petri de Cultura . . . (747, p. 74.)

DCVI. — . . . duobus monachis Beate Marie Culnaldi, Mauricio Legata et Michaeli de Forgiis . . . (747, p. 74.)

DCVII. — . . . duobus monachis Sancti Petri de Cultura, videlicet Herberto de Novi, tunc temporis magistro priori, et Guillelmo Gruel . . . (747, p. 75.)

DCVIII. — . . . duobus monachis Sancti Philiberti Trenocensis, scilicet Guillelmo de Corcant, tunc temporis priori de Cunaut, et Odoni de Bello Forti . . . et ordinem suum apud nos, in choro, in capitulo, in refectorio, in dormitorio justa magistrum priorem. (747, p. 75.)

DCIX. — . . . Gosfrido Turonis, tunc temporis precentori Sancti Florentii, . . . et ordinem suum justa Petrum Lacort ubique consequetur . . . (747, p. 75.)

DCX. — . . . dilecto nostro Roberto de Janzé, canonico Sancti Martini Turonensis, et Guillelmo de Janzé, nepoti suo, ejusdem ecclesie canonico, et Petro de Trez (?), fratri ejusdem Roberti, qui cum ipso aderant . . . (747, p. 76.)

DCXI. — . . . Johanni de Campo Bono . . . (279, fol. 143, v°.)

DCXII. — . . . dilecto familiari nostro Gervasio, Sancti Sergii monacho, tunc temporis priori de Callumpna. (279, fol. 143, v°.)

DCXIII. — . . . duobus monachis Sancti Sergii, Gilleberto sacriste et Clarembaudo . . . (279, fol. 144, r°.)

DCXIV. — . . . B[ernardo, monacho] Sancti Florentii . . . (279, fol. 144, r°.)

DCXV. — . . . venerabili monacho Sancti Philiberti Trenocensis, Bernardo de Sancto Romano, priori de Losduno . . . (279, fol. 144, r°.)

DCXVI. — . . . Haymerico de Losduno, monacho Sancti Petri Burguliensis . . . (279, fol. 144, r°.)

DCXVII. — . . . cuidam monacho Sancti Nicolai Andegavensis, dilecto et familiari nostro, nomine Bosoni, . . . et ordinem suum habeat in capitulo et in ecclesia et refectorio juxta Johannem armarium. (279, fol. 144, r°.)

DCXVIII. — . . . Helie, monacho Sancti Johannis Angeliacensis, . . . qui tunc causa studii apud Andegavum venerat. (279, fol. 144.)

DCXIX. — . . . Rainaldo Sale . . . Ordo ipsius justa Gaufridum de Virgallo. (279, fol. 144, r°.)

DCXX. — . . . venerabili monacho Sancti Petri de Cultura, G., nomine Britoni, sacriste ejusdem ecclesie . . . (279, fol. 144, v°.)

DCXXI. — . . . Herveo, venerabili monacho Sancti Maximiani . . . (279, fol. 144, v°.)

DCXXII. — . . . Roberto, magistro priori Sancti Sergii, Roberto

armario, Gaufrido de Garranda, Helye, Roberto, . . . Gaufrido Britoni . . . (279, fol. 144, v°.)

DCXXIII. — . . . venerabilibus fratribus nostris monachis Vindocinensis, Petro videlicet Andegavensi, Godefredo de Castellis, Girardo de Sancto Juliano . . . (279, fol. 144, v°.)

DCXXIV. — . . . duobus monachis Sancti Mauri . . . Nomina eorum : Gaufridus, cantor de Quarta, Michael de Valeia. Ordo ipsorum justa Johannem armarium nostrum.

Similiter concessimus duobus monachis Sancti Petri de Cultura nobiscum manentibus, Radulfo de Conareio et Herberto de Silleio. (279, fol. 144, v°.)

DCXXV. — . . . fratri Rainerio Galensi, monacho Sancte Trinitatis de Tiron . . . (279, fol. 144, v°.)

PRIEURÉ DES ALLEUDS

DCXXVI. — 1107-1110. — NOTICE DANS LAQUELLE, APRÈS AVOIR RAPPELÉ COMMENT, ENTRE 1082 ET 1106, ROUAUD DE LUIGNÉ AVAIT ABANDONNÉ A SAINT-AUBIN TOUS SES DROITS SUR LES ALLEUDS, LES MOINES RELATENT L'ACCORD INTERVENU ENTRE EUX ET PLOQUIN, FILS DE ROUAUD. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 197, fol. 23.)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

[Ver]itatem litteris tradere disponimus qualiter Roaldus de Luniaco, cum uxore sua et filiis suis, nobiscum concordiam fecit qualiter se eam servaturum in capitulo Sancti Albini coram universis monachis et multis ex ordine laicali promisit.

Igitur primo die Pentecostes venerunt in capitulum Sancti Albini ipse Roaldus et uxor ejus et duo filii ejus primogeniti, et ibi ab ipso abbate et a monachis acceperunt societatem et benefitium loci Sancti Albini, dimittentes omnem calumpniam quam mittebant in terra Beati Albini que est apud Alodos.

Ibi etiam devenit Roaldus homo Girardi abbatis, videntibus cunctis qui aderant monachis et laicis.

Hoc idem facient filii ejus cum sibi in vicem succedent in paternum honorem post mortem patris sui, videlicet homines erunt abbatis qui eo tempore erit.

Preterea, in eodem loco promisit Roaldus abbati et monachis quod quandam matronam, cui nomen erat Adelais de Roho, que etiam pro supradicta terra discordiam cum monachis habebat, ad viam memorate pacis et concordie faceret venire. Si vero venire nollet, fevum quod de eo habet tamdiu in manu sua teneret donec paci et concordie consentiret. Hoc idem fiet de viris generis sui qui, mortua ea, heredes ejus futuri sunt si rixam et bellum adversus monachos exercere voluerint.

His ita pactis, abbas Girardus et tota congregatio Beati Albini donavit eis in fevum unam domum apud Andecavem et quendam

arpennum vinearum et duas mansuras terre apud Alodos, nichil in ea retinentes preter decimam.

Si autem quilibet in ipsa terra domos construxerint et in eis manserint, habitatores ejus ecclesie Sancti Albini reddent quod parrochi reddere solent, id est denarium et candelam et sepulturam.

Preterea hanc convenientiam habuit eis abbas cum omni congregatione quod post mortem singulorum facient pro eis quantum faciunt pro monachis suis defunctis.

Testes qui hoc viderunt sunt isti : Giraudus prepositus, Hucbertus Bos, nepos ejus, Radulfus Porpenset, Gaufridus Burgundio, Ingelbaudus Eschevit, Andefredus filius Guidonis, Fulcherius de Coorniaco, Hucbertus Collum Capre, Rainaldus de Lineriis, Isembardus de Ambazia, Alricus sutor ;

De familia Sancti Albini : Aldulfus prepositus, Warinus frater ejus, David de Maironо, Rotbertus de Treviis, Christianus Pichardus, Rainerius Gaudinus, Aldulfus sutor, Rainaldus Grandis, Barbotinus, Haimmarus Malspetit, Charlopins, Johannes Pelerins, Jervasius ostiarius, Gervasius cementarius, Albertus segrestarius, Girardus Hyrcus, Rainaldus Recordellus, Stephanus Redoiet, Albertus del Fornil, Morellus, Bisellus de Mairono, Vivianus infirmarius, Samazolus, Firmatus, Girardus Goaldus, Popardus, Herbertus filius Hugonis de Leriaco.

Abbas Girardus, capituli communis assensu, Roaldo de Lugniaco, pacis et concordie gratia, vineas et terras tribuens, inter cetera quoque domum unam apud Andecavem largitus est.

Post obitum autem Roaldi, Poloquinus, filius ejus, domum hanc accipere renuens, Archembaldum abbatem, tunc temporis abbatie presidentem, importunitate sua exinde satis superque fatigavit. Cujus importunitati abba cedens, ad omnem litis occasionem de medio removendam, domo detenta, Peloquino eidem quemdam prebuit arpennum vinearum juxta arpennum illum quem Girardus abbas Roaldo, patri hujus Poloquini, ut suprascriptum est, dederat.

Sic igitur ab . . . . occasione remota, ad pacis et concordie bonum firmius confirmandum hanc . . . . concessit diligenter

abbati, agricolas scilicet terrae illius quam pro supradicta . . . . . . .os possidebat, fruges a campis non delaturos nisi monacho qui apud . . . . aut nunciis premunito.

Ex hac autem convenientia . . . . fuerat monachis dicentibus se cum Roaldo . . . . Poloquino hoc e contrario denegante, sed . . . . concessionem quievit.

Videntibus et audientibus istis : Fulchone ce. . . Tantardo coco.

DCXXVII. — 1143. — NOTICE DE L'ORDRE DONNÉ PAR GEOFFROY PLANTAGENET AU SÉNÉCHAL DE BRISSAC, DE CESSER SES ENTREPRISES CONTRE LES MOINES DES ALLEUDS. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 197, fol. 465 ; copie B. N., latin 17126, fol. 148.)

Noverit generatio presens et ventura violentiam quam contra monachos Sancti Albini de incisione viarum ad fruges exaquandas in terra de Alodis siniscallus de Bracchisacco exercebat, munificentia et imperio Gausfridi, comitis Andecavensis, filii Fulchonis, Jherosolimitani regis, exactionem illam perdidisse.

Predicte siquidem obedientie tunc temporis prepositus, Oliverius, prima dominica Quadragesime, supradictum comitem, qui tunc Andecavis morabatur, eandem querimoniam quam prius in presentia ejusdem apud Bracchisaccum deposuerat, facturus adiit, seque et homines obedientie cui preerat per violentiam infestantis siniscalli, Engressi nomine, gravia dampna sustinere demonstravit, eo quod segetes suas exaquare non possent, quia qua parte aquam dimitterent non haberent, dum vias incidere non auderent.

Comes igitur intelligens hoc rationi obviare, siniscallum ad presentiam suam evocavit ; et ne super hoc amplius monachos et homines eorum impediret, perhibuit ; monachisque ut per totam terram de Alodis, tam monachorum quam rusticorum, vias quibus aqua decurreret secare, [pont]emque ligneum vel lapideum causa viantium, si oporteret, in eisdem incisuris facerent, concessit ; et ut omnibus [ann]is per secationem viarum succurrerent segetibus suis, sic tamen ut pedagium suum non amitteret, imperavit.

Siniscallus autem protervitati sue finem positum audiens, se a comite gravari et vicariam quam ab eo acceperat minui prohibuit.

Cui comes super hoc judicium obtulit, judicesque, Gaufridum scilicet de Cleeriis, Hugonem de Poceio, Rainaldum de Rupe, Cenomannis prepositum, qui, media equitate, si ei injuriam comes faceret, inspicerent, elegit.

Judicibus itaque in partem recedentibus, idem Engressus, qui antea adversabatur, in voluntate comitis hoc esse et juxta voluntatem suam hoc eum posse facere asseruit. Quo audito, comes, quia ipse adversarius judicium fecerat, judices redire jussit.

Actum Andecavis, in thalamo comitis, anno Dei MCXLIII, indictione VI, coram supradictis testibus : Gaufrido de Cleeriis, Hugone de Poceio, Rainaldo de Rupe et multis aliis.

De monachis : Petro priore, Oliverio.

Ego, Gaufridus, comes Andecavorum, hoc concessi.

Post adeptum vero Normannie ducatum dux et comes, sigilli mei impressione idem confirmavi.

DCXXVIII. — 1157-1189. — CHIROGRAPHE QUI RELATE LE DON D'UNE TERRE FAIT A SAINT-AUBIN PAR GEOFFROY DE BELLENOUE. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 197, fol. 29.)

Memorie sequencium attestatione hujus scripti reliquimus quod Gaufridus de Bella Noa, veniens in capitulum Sancti Albini, dedit Deo et ecclesie Sancti Albini in elemosinam quamdam terram apud Alodium quam dicebat se habere in stanno et circa stannum monachorum, Matheo suo filio concedente.

Postquam vero predictus Matheus factus est miles duxitque uxorem, nomine Marcham, venit cum eadem uxore in predictum capitulum Sancti Albini, et confirmaverunt donum et concesserunt quod pater Mathei dederat et de hoc, in plenario capitulo, investierunt dumnum abbatem Willelmum cum quadam virgula, quam M[atheus] propria manu supra altare Sancti Albini posuit.

Eadem vero die et in eodem capitulo, predictus abbas Gullelmus, non inmemor hujus beneficii, cum assensu tocius capituli, dedit M[atheo] unum modium vini annuatim, quoadusque

haberet quoddam arpennum vinee quod possideret tantummodo in vita sua, tali tamen condictione ut, arpenno vinee habito, statim modium vini dimitteret. Et . . . . predictus abbas dedit M[atheo] centum solidos, et M[arche], uxori sue, decem.

Et ut hec firmiter stabiliterque permanerent, hujus cyrographi partitione munivimus et nostri sigilli impressione roboravimus.

Testes hujus rei sunt :

Raginaldus prior, Garinus prior claustrensis, Gaufridus de Segré, Robertus Gundram, Stephanus hostiarius.

De laicis :

Ex parte monachorum : Chaperun, Sisebrannus, Rosellus de Cuilleio, Robinus de Campiniaco ;

Ex parte Mathei : Hugo Turonis, Guido Petronilla, Ilarius Charbonel, Andreas Chareinna, Erraudus, canonici Sancti Laudi.

DCXXIX. — 1157-1189. — NOTICE D'UN ÉCHANGE DE TERRES, SISES AUX ALLEUDS, FAIT ENTRE SAINT-AUBIN ET RENOUL « BOC SALE ».

(Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 197, fol. 33.)

Quoniam bonum est oblivionem fugere, memorie sequencium relinquimus scriptum quod, quando domnus abbas Willelmus in manu sua tenebat obedientiam de Alodiis, opportunum ei visum fuit facere quoddam molendinum super stagnum ; ad quod aquam ducere, per aliquantulum terre Ranulfi Boc Sale, que de feudo Sancti Albini erat, utilius judicavit quam per propriam. Et ut hoc de voluntate Ranulfi fieret, alio loco terram sue equivalentem ei mutuavit, et decem solidos eidem Ranulfo jamdictus abbas W[illelmus] inpresentiarum dedit.

Hec mutuatio solempniter facta est in capitulo Sancti Albini, secunda feria Pentecostes, et de hoc investivit idem Rannulfus dictum abbatem cum quadam virgula, quam ipse propria manu posuit super altare Sancti Albini, et in signum confirmationis osculatus est abbatem W[illelmum] et tres monachos hinc et illinc.

Hoc viderunt et audierunt . . . . Ivonis filius, Robertus Gundran, Gaufridus de Segré, Daniel censuarius.

De famulis monachorum : . . . . de Champinné, Guarinus miles, Willelmus de Hospicio.

Ex alia parte : ipse Ranulfus Boc Sale, ... Januarius, ejus frater . . . .

PRIEURÉ D'AVEZÉ

DCXXX. — 1056-1060. — NOTICE DU DON FAIT A SAINT-AUBIN PAR UN CHEVALIER NOMMÉ HÉBERT DE L'ÉGLISE DE SAINT-PIERRE-DES-ORMES. (Copie, B. N., latin 17126, p. 165.)

Quoniam . . . . quidam miles, Herbertus nomine, ob remedium anime sue et parentum suorum dederit Sancto Albino ecclesiam Sancti Petri de Ulmis. Dedit etiam de proprio dominio suo terram que est juxta burgum, pratumque, decimam quoque de tota terra quam in suo dominio possidebat, et quidquid monachi habere poterunt.


Venit Herbertus in capitulum Sancti Albini, ibique beneficium ecclesie accepit, et cum eo quidam nepos Gervasii episcopi[1], Hugo nomine ; deinde misit donum in manu domni Theoderici abbatis.

Hoc donum Hersendis, mater dicti Herberti, et fratres ejus, Reginaldus, miles, et Hugo, clericus, concesserunt.

Testes : Herbertus de Villena, Herbertus de Cociaco, Johannes filius Odelerii.

Ex parte monachorum : Giraldus de Alodiis.

Ut hec scedula firma consistat, firmarunt eam propriis manibus Gaufridus, Andegavorum comes, Hugo, comes Cenomannie urbis, necnon Fulco vicecomes, de quo idem Herbertus eamdem ecclesiam tenebat.



(1) Gervais de Château-du-Loir fut évêque du Mans jusqu'au 15 octobre 1055 (Dom Piolin, III, 216). Il était donc archevêque de Reims lorsque, le 14 janvier 1056, Thierry fut élu abbé de Saint-Aubin.

DCXXXI. — 1100. — NOTICE DU DON FAIT A SAINT-AUBIN PAR GUILLAUME CHESNEL DE L'ÉGLISE DE SAINT-PIERRE D'AVEZÉ. (Original, Archives de Maine-et-Loire, Avezé, fol. 2. — Imprimé par Dom Piolin, *Histoire de l'Église du Mans,* III, 689.)

Omnis homo sapiens conspicit qualem vitam tenere debet. Nam vita hujus seculi fragilis atque caduca est, et ideo nonnulli sunt qui, propter adquirenda premia eterne vite, pauperibus atque servis Dei de suis rebus dare volunt.

Idcirco presentes atque futuri sciant quod dompnus Wilelmus, connomine Chainellus, pro se et pro suis parentibus, ecclesiam Sancti Petri, scilicet de Avesiaco, monachis Sancti Albini Andecavis donavit, sicuti ipse tenebat, dominium atque presbyterium scilicet et quamdam partem decime, dimidiumque cimiterium et pasnagium suis propriis porcis et decimas trium mollendinariorum et prata terrasque et quicquid ecclesie pertinet, excepta parte Geroii.

Hoc donum concesserunt uxor ipsius Willelmi, nomine Adelessis, et Rotbertus Rufus atque Aimericus clericus, similiter Paganus, scilicet fratres predicti Wilelmi, et Hugo Dereet, uxorque ejus, nomine Agaza, et Johannes, qui tunc ipsius ecclesie erat presbiter. Deinde Ildebertus, Cenomannensis episcopus, Fulcradusque cantor atque Paganus archidiaconus et Rotbertus comes de Belesmeio, de cujus fevo hec omnia erant.

Ad recipiendum hoc donum ex parte monacorum affuerunt hi, scilicet : Stephanus monacus, Jarnogonius, Fulcoius et Beraldus presbiter atque Rainerius.

De famulis monachorum : Ernaldus et Andefredus.

De militibus predicti comitis : Vuilelmus Faiellus et Hugo, nepos ejus, Aimericus Gruellus, Gauterius Malfedus, Paganus de Fontaneis et Paganus de Boelei, Rotbertus de Meso Olerii.

Ex parte Willelmi : Bucardus Mala Musca, Herbrannus de Telliaco, Landricus prefectus, Willelmus de Avesiaco, Ivo de Crovio, Sainfredus de Pino, Daniel, Olerius de Seglerio, Hamelinus, Gauterius de Villers, Gaufridus Rufus, Harduinus, Rainaldus sutor, Guillelmus de Gemegia.

Omnes isti hoc viderunt et audierunt in anno mortis Guilelmi secundi, regis Anglorum, et recuperationis Elie, comitis Cenomannorum.

DCXXXI *bis*. — Vers 1107. — NOTICES DE DIVERS DONS FAITS AU PRIEURÉ D'AVEZÉ. (Copie du XII[e] siècle, Archives de Maine-et-Loire, Avezé, fol. 2, v°)[1].

Igitur post aliquantulum temporis, predictus Geroius particeps supradicte aecclesie decidit in egritudinem vocavitque ad se Jarnogonium, Sancti Albini monachum, et partem suam de offerendis illius aecclesiae que ad manum presbiteri veniunt Sancto Albino condonavit, presente domino suo Burchardo Mala Bucca, qui hoc donum suasit fieri et concessit factum, concedente quoque hoc Widburge, sorore Burchardi, supradicti Gerorii uxore.

Hoc laudaverunt et concesserunt Willelmus de Avesiaco, frater ejus, Rotbertus Dessart.

Hivo de Crovio donavit Sancto Albino suam partem decime de masura Aurici.

Landricus prepositus donavit monachis Beati Albini unum arpennum terre ad Avesiacum.

Gaufridus quoque Loripes donavit eisdem monachis alterum arpennum terre.

Hoc viderunt et audierunt testes subscripti.

DCXXXII. — 1100, 1[er] novembre ; 1107, 15 mai, et plus tard. — NOTICES DES DONS QUI ONT CONSTITUÉ LE PRIEURÉ D'AVEZÉ. (Pancarte du XII[e] siècle, Archives de Maine-et-Loire, Avezé, fol. 1. — Imprimé par Dom Piolin, *Histoire de l'Église du Mans*, III, 686)[2].

Satis utile videtur esse, ne oblivioni tradantur presentium facta, litterarum noticia futurorum presentari memoriae.

(1) Ces notices se trouvent au dos de la pièce précédente, mais elles sont d'une écriture différente.

(2) On se rendra compte, en rapprochant cette pièce des deux précédentes, de quelle façon ont été composées les grandes pancartes du XII[e] siècle.

Notum igitur sit omnibus qui nunc sunt et futuris, quod quidam miles, nomine Wilelmus, cognomento Chesnels, et uxor ejus, cui nomen Adelait, pro redemptione animarum suarum et parentum suorum, donaverunt Deo et sancto Albino ejusque monachis ecclesiam Sancti Petri de Avesiaco, sicut eam ipsi tunc habebant, id est medietatem tocius ecclesiae cum dominio suo, et presbiteragium, cum appenticiis suis, cum terris, cum pratis, cum decimis, cum offerturis, et totam sepulturam, decimam quoque trium molendinorum et piscium qui ibi capti fuerint, et dimidium cimiterium, ad burgum faciendum ; et omnes homines qui ibi habitabunt quietos ab omnibus consuetudinibus clamaverunt, excepto pasnagio.

Et quodcumque donatione vel emptione monachi ibi adquirere potuerint similiter concesserunt, exceptis militaribus serviciis.

Concesserunt quoque monachis ut tantummodo dominici porci eorum in omnibus boschis suis quieti, sine pasnagio, currerent.

Hoc donum concesserunt et auctorizaverunt Robertus Rufus, Haimericus clericus et Paganus, fratres supradicti Wilelmi, et soror ejus, nomine Agatha, cum marito suo qui dicebatur Hugo Desreez.

Hoc etiam concessit Johannes, qui tunc ipsius ecclesie erat presbiter.

Eandem rem concessit monachis Sancti Albini Robertus, comes de Belelmo.

Igitur ad suscipiendum predictum donum ierunt :

De monachis Sancti Albini : Wido prior, Stephanus monachus, Gurhannus monachus, Jarnogonius monachus, Fulcoius monachus et Beraldus presbiter atque Rainerius.

Et de famulis monachorum ibi affuerunt : Gervasius mariscallus, Samazollus, Ernaldus atque Andefredus ;

Et de militibus Roberti de Belelmo : Wilelmus Faiellus, Hugo nepos ejus, Haimericus Gruellus.

Ex parte vero predicti Guilelmi : Burcardus Mala Musca, Herbrannus de Telliaco, Landricus prepositus, Wilelmus de Avesiaco, Ivo de Crovio, Sainfredus de Pino, Oilerius de Seglericiis, Gaufridus Rufus, Rainaldus sutor, Wilelmus de Gemegia.

Omnes isti hoc viderunt et audierunt in anno mortis Guilelmi secundi, regis Anglorum, et recuperationis Helie, comitis Cenomannorum, anno ab incarnatione Domini M C, indictione VIII, die kalendarum novembris.

Eodem anno, apud ecclesiam Sancti Victoris, concessit hoc donum monachis Sancti Albini Ildebertus, Cenomannorum episcopus, presente Fulcrado cantore et Pagano archidiacono et Jarnogonio atque Johanne, Sancti Albini monachis.

Guilelmus igitur, qui Sancto Albino ea que suprascripta sunt donaverat, morti proximus, donum suum adauxit, et monachis Sancti Albini domum propriam que est juxta ecclesiam, cum virgulto adjacenti, dedit. Et insuper sex libras denariorum ad reedificandam ecclesiam delegavit.

Hoc viderunt et audierunt : Fulcoius, Sancti Albini monachus, et Beraldus presbiter, aliique plures.

Sed, eo mortuo, Haimericus, frater ejus, omnia penitus monachis Sancti Albini abstulit que supradictus Wilelmus, sive in vita, sive in morte, eis donaverat.

Post aliquantum vero temporis, recognoscens injusticiam suam, venit Andecavis, in capitulum Sancti Albini, idus maii, ibique, presente Erchembaldo abbate, presente etiam ipsius loci conventu, omnia que eis abstulerat reddidit, donum fraternum in elemosinam Sancto Albino concedens.

Promisit etiam se adjutorem nostrum, in quantum sciret et posset, in omnibus fore, si qua calumpnia de predictis rebus oriretur.

Post hec accepit beneficium fratrum, et, cum una virgula, predictum abbatem de supradictis rebus revestivit, ipsamque virgulam super altare Sancti Albini detulit.

Hoc viderunt et audierunt : Robertus canonicus Sancti Petri Cenomannensis, Paganus Bovet, Haimericus de Toarcio, Aldulfus, canonici Sancti Martini ;

De famulis nostris : Robertus prepositus, Rainaldus Artus, Wilelmus cellararius, Hainricus sartor, Giraldus corvesarius, Landricus Baboo, Matheus filius Rainerii.

Actum anno ab incarnatione Domini M C VII, indictione XV, die et loco supradicto.

Sub idem fere tempus, Archembaldus abbas, pergens Treveris ad concilium, per Avesiacum transitum fecit. Quem illic positum predictus Haimericus Chesnels iterum de supradictis rebus revestivit, concedente hoc Pagano, fratre ejus, et Hugone Dexreato, sororgio ejus, et Agatha, sorore illius ; cui abbas dedit pro caritate septem solidos Cenomannensium, et nepoti ejus, Burgardo, filio Hugonis. Qui omnes predictas res Sancto Albino concesserunt et beneficium loci a memorato abbate ibi acceperunt.

Hoc viderunt et audierunt : Fromundus de Viriaco et Aldulfus Alerius, monachi, Robertus prepositus, Firmatus mariscallus, Gosbertus cocus, Pasiant, famuli nostri.

De parte illius : Hubertus presbiter, Landricus prepositus, Odilerius de Siglerizis et alii multi.

Post aliquantum temporis, quidam miles, nomine Geroius, particeps supradicte ecclesie, decidit in egritudinem, vocavitque ad se Jarnogonium, Sancti Albini monachum, et partem suam de offerendis illius ecclesie que ad manum presbiteri veniunt, et de primiciis Sancto Albino condonavit, presente domino suo, Burchardo Mala Musca, qui hoc donum suasit fieri et concessit factum, concedente quoque hoc Guitburge, sorore Burchardi, supradicti Geroii uxore.

Hoc donum quod, pro anima sua, idem Geroius in elemosinam Sancto Albino fecit, laudaverunt et concesserunt Willelmus de Avesiaco, frater ejus, et Robertus Dessart.

Ivo de Crovio donavit Sancto Albino suam partem decime de masura Aurici, concedente hoc Aremburge, uxore sua et filiastra.

Landricus quoque prepositus donavit Sancto Albino et monachis ejus apud Avesiacum unum arpentum terre.

Gaufridus etiam Loripes donavit eisdem monachis alterum arpentum terre.

Hi tres simul, supradictas res in elemosinam Sancto Albino dantes, Widonem priorem de illis apud Avesiacum revestierunt.

Hoc viderunt et audierunt :

De nostris famulis : Gervasius mariscallus, Samazollus, Ernau-

dus et Andefredus, Wilelmus Chesnels, Willelmus de Avesiaco, Burchardus Mala Musca, Herbrandus de Telliaco et alii multi.

Cum propter inopiam monachi Sancti Albini discessissent ad tempus de Avesiaco, Wilelmus, cognomento Musca, filius Giroii, medietatem altaris Sancti Petri Gauterio presbitero engadiavit pro uno equo sedecim solidorum Cenomannensium. Cumque, post aliquot tempus, venisset illo Menardus monacus resque altaris, ut suas, voluisset accipere, audivit supradictum impedimentum ; et, cum per justiciam res ecclesie non posset recuperare, dedit supradicto Wilelmo decem solidos in caritate et sedecim presbitero reddidit.

Quo facto, predictus Willelmus partem ecclesie que ad eum pertinebat monachis in perpetuum reddidit, et predictus presbiter omne illud wadimonium prorsus abjuravit.

Hoc viderunt et audierunt : Haimericus Chesnel, Guido miles ejus et Drogo frater ejus, Landricus quoque prepositus et alii multi.

Accidit quodam tempore ut molendinum de Aplonila incenderetur, de quo monacus de Avesiaco habebat decimam.

Post aliquantum vero temporis, Odo de Clincampo accepit uxorem per quam illud molendinum in potestatem ejus devenit. Cumque illud reedificasset, monacus decimam suam reclamavit. Quam ille tandem Sancto Albino in elemosinam reddidit ac monachis ejus, acceptis a monaco Mainardo duobus solidis Cenomannensium denariorum.

Hoc concessit uxor ejus.

Hoc viderunt et audierunt Orricus Pes Hyrci et Fulcradus, nepos presbiteri.

DCXXXIII. — 1154-1157. — NOTICE DE LA RESTITUTION FAITE AU PRIEURÉ D'AVEZÉ PAR AIMERY CHESNEL DES BIENS QU'IL LUI AVAIT ENLEVÉS. (Original, Archives de Maine-et-Loire, Avezé, fol. 3. — Imprimé par Dom Piolin, *Histoire de l'Église du Mans*, III, 690.)

Sciant presentes et presentium successores quod Haimericus Chesnel obedientie possessiones quas apud Avesiacum Deo et

sancto Albino in elemosinam dederant sui antecessores, in vita sua substraxit et de eisdem obedientiam denudavit.

Qui, ad extrema vite veniens et se male egisse erga monachos de rebus supradictis recognoscens, priorem illius obedientie, Stephanum nomine, ad se accersiri jussit et omnia que de proprio jure monachorum erant, in quantum potuit reddidit et successoribus suis reddere precepit.

Nec post multum temporis, invitatione domni Hugonis, Avesiaci domini, supradicti Haimerici jam defuncti nepotis, Hugo, abbas Sancti Albini, apud Avesiacum venit, et, consilio jamdicti domini, presbyterum illius ecclesie, Gauterium nomine, de possessionibus ejusdem obedientie, quas per manum Haimerici tenebat injuste, ad rationem misit.

Unde presbiter, sano sapientium consilio utens mortemque sibi vicinam adesse sentiens, in conspectu omnium qui aderant se culpabilem de his que supradiximus recognovit et, misericordiam postulans, cum abbate et monachis hujuscemodi concordiam iniit.

Siquidem duas terre sextarias, et quatuor stationes domorum, et quatuor arpenta prati, que per longum tempus injuste tenuerat, in manu abbatis dimisit.

Abbas vero et monachi, assensu tocius capituli, eidem Gauterio et duobus filiis suis, Roberto et Fromundo, clericis, quandiu adviverent, de supradictis pratis duo arpenta benigne concesserunt, et quicquid super hoc reliquerant pie condonaverunt. Similiter et de quatuor domibus, de quibus ulterius census et servicia habebimus unam, quam ipse edificavit, sibi et prefatis filiis suis, quandiu eis vita comes fuerit, annuerunt ; ita tamen ut, in vita sua, de domo et de pratis annuum censum persolvant ; et, post obitum eorum, et prata et domus, sicuti fuerunt, in integrum ad jus obedientie redeant.

Hoc viderunt et audierunt :

De parte monachorum : Guarinus, prior de Luchiaco, Guillelmus Dolensis, Ledetus machinator et Stephanus, monachi ;

De famulis : Robertus prefectus, Vivianus et Andreas Pinlois ;

De parte clericorum : Paganus de Cortiel, Gaufridus miles,

Fulcherius clericus, Hugo Dives garcifer, Fulcradus Goda, Ernaudus, filius Sacerdotis, et plures alii.

DCXXXIV. — 1166, Avezé. — CHARTE DANS LAQUELLE L'ABBÉ DE NOTRE-DAME DU HALAIS RELATE L'ACCORD ÉTABLI ENTRE LUI ET SAINT-AUBIN AU SUJET DES DIMES DE SAINT-PIERRE-DES-ORMES ET D'AVEZÉ. (Double original, Archives de Maine-et-Loire, Avezé, fol. 8 et 9.)

Ego, Radulfus, Dei gratia, abbas Sancte Marie Novi Monasterii de Aleis[1], presentibus et futuris, litterarum apicibus notifico pacem et concordiam de controversia illa et discordia quae inter aecclesiam nostram Sanctae Mariae de Aleis et aecclesiam Sancti Albini diutius est ventilata, hoc modo, dictante equitate et justicia, pacem est sortita ; quod ita declarari et scripto retineri et aecclesiae nostrae sigilli impressione signari, assensu capituli nostri, censuimus.

Monachi Sancti Albini in pago Cenomannensi aecclesiam et omnem parrochiam Sancti Petri de Ulmis habebant, in qua monachi Sanctae Mariae de Aleis partem decimae accipiebant, quam monachi Sancti Albini suam esse dicebant ; et aliam decimam, tres minas et unum minot in parrochia Sancti Petri de Avesiaco monachi Sanctae Mariae de Aleis possidebant, quam monachi Sancti Albini suam esse similiter reclamabant.

Quapropter ego, Radulfus, abbas Sancte Marie de Aleis, toto capitulo nostro assentiente, decimas illas Deo et monachis Sancti Albini, propter pacis et dilectionis custodiam, quiete et pacifice, omni causa remota et absque ulla reclamatione, omnes dimisi.

Sed ut concordia ista firmiter inter nos teneretur, dedit nobis caritative domnus abbas Guillelmus Sancti Albini decem libras Andegavensis monetae.

(1) Cette abbaye, qui n'eut qu'une existence éphémère, et qui, vers la fin du XII[e] siècle, devint un simple prieuré de l'abbaye de Saint-Denis, figure dans divers documents sous les noms de Hales, Dahales, Halesia. Ce n'est plus aujourd'hui qu'une ferme de la paroisse de Nogent-le-Bernard. (Voir *Gallia Christiana*, XIV, 441.)

Preterea sciendum est quod in grangia illa quam in parrochia Sancti Petri de Avesiaco monachi Sanctae Mariae de Aleis, usque ad haec tempora in quibus concordia ista facta est et confirmata, scilicet anno incarnati Verbi M CLXVI, possederunt, totam decimam et primitias messis et bestiarum in perpetuum habebunt.

Hoc viderunt et audierunt isti : Bardo prior Sancti Albini, Lucas prior Sancti Remigii de Varana, Rogerius sacrista Sancti Albini, Robertus de Briun, tunc temporis prior Sancti Audoeni Cenomannensis, Robertus prepositus, Chaperon mareschaudus, David de Hospitio. Isti sunt ex parte Sancti Albini.

Isti autem ex parte Sanctae Mariae de Aleis : Petrus sacrista, Odo famulus abbatis de Aleis.

DCXXXV. — 1157-1189. — CHIROGRAPHE DANS LEQUEL GUILLAUME DE PASSAVANT, ÉVÊQUE DU MANS, RELATE LE DON DE BOESSÉ FAIT PAR ROBERT D'AVEZÉ A SAINT-AUBIN. (Double original, Archives de Maine-et-Loire, Avezé, fol. 4 et 5. — Imprimé par Dom Piolin, *Histoire de l'Église du Mans*, III, 691.)

W[illelmus], Dei gratia, Cenomannensis episcopus, universis fidelibus salutem.

Nos, veterum auctoritate edocti ut quod fidelius conservandum decrevimus scripto commendare debeamus, notum fieri curavimus quod, cum Robertus de Aveseio, clericus, terram et prata apud Boisseium, de donatione matris sue, que possessiones illas emerat, possideret, idem Robertus monasterio Sancti Albini Andegavensis se et possessiones illas et universa que ipse adquisierat et adquisitus erat, in perpetuam elemosinam dedit et concessit, ita quod ipse tota vita sua res illas possidebit; post decessum vero illius, predicto monasterio universe res ille proprie remanebunt.

Hanc elemosinam Roberti concesserunt Puella, mater ipsius, et Hugo Mochetus, frater ejus, de cujus feodo erant res ille, qui pro rebus illis majori domino debitum servitium illius terre reddet.

Robertus vero, et post ipsum monachi, duodecim nummos pro omni servicio pro terris illis eidem Hugoni servient.

W[illelmus] vero, abbas predicti monasterii, et capitulum eidem Roberto domum eorum de Aveseio, cum omnibus appendiciis, tota vita illius possidendam dederunt et concesserunt, post decessum illius ad predictum monasterium redituram.

Idem vero Robertus, quamdiu domum illam possidebit, secum ibi habebit monachum Sancti Albini sacerdotem, cui in victu et in vestitu sufficienter providebit.

Nos autem, hoc ratum habentes, ut fidelius conservetur id litteris annotari et sigillo nostro fecimus communiri.

Huic rei interfuerunt : Robertus prior Sancti Audoeni, magister Bernardus capellanus, magister Hernaudus, Hugo Mochetus, Elias Giraudi et plures alii.

PRIEURÉ DU BOIS-DE-JARZÉ

DCXXXVI. — Vers 1125. — FOULQUES LE JEUNE DONNE A GAUTIER D'AVOIR, SON PRÉVÔT, L'ORDRE DE CESSER SES ENTREPRISES CONTRE LES MOINES DU BOIS-DE-JARZÉ. (Copie, B. N., latin 17126, p. 80.)

Gauterius de Avaio, vicarius comitis, injuriabat monachos Sancti Albini de Bosco, quem Fulco comes eis reddiderat. Monachi clamorem fecerunt ipsi Fulconi comiti. Quod audiens, Fulco comes, presente filio suo, Joffredo, vocavit illum vicarium, scilicet Gauterium, et precepit ei ut de Bosco, quem ipse monachis reddiderat, nullam vicariam exigeret . . . .

Audierunt : Normannus de Monte Rebelli, Petrus Rubiscallus, Giraudus prepositus.

PRIEURÉ DE BRION

DCXXXVII. — 1082-1106. — NOTICE DE L'ABANDON FAIT A SAINT-AUBIN PAR GEOFFROY DE BRION DE TOUT CE QU'IL POSSÉDAIT DANS LES TERRES DE L'ABBAYE. (Cartulaire de Brion [1], Archives de Maine-et-Loire, H. 224, nº IX.)

Noverint presentes et presentium successores quod Gaufridus de Brionio, ob remedium animae suae et parentum suorum, Deo et sancto Albino et ejus monachis quicquid de cetero solitus erat habere de vineis monachorum, non solum earum quas tunc ipsi possidebant, sed et omnium vinearum quas postea acquisituri erant, in eleemosinam contulerit. De bestiis etiam atque de dominica carruca monachorum, ubicunque in toto Brionatu araverit, eodem modo, annuente uxore sua, Hildegardi, et Salomone, filio suo, totam decimam integre et quiete possidendam donavit.

Pro hac igitur donatione uxorisque suae et filii concessione dedit et abbas Girardus unum palefridum et octo libras denariorum. Hugoni autem, fratri supradicti Gaufridi, qui suprascripte donationi interfuit et concessit, decem solidos donavit.

Hoc donum viderunt et audierunt :

Ipse Hugo, Rainulfus, Fulcherius Bucca, Hamelinus frater Rainaldi monachi, Theobaudus de Jarziaco, Hugo custos illius.

De familia Sancti Albini : Aldulfus prepositus, Gaufridus Lunellus, Guarinus frater Audulfi, Audulfus corvesarius, Robertus de Treviis, Fulcradus Paganus, Arnaldus Brionius, Calopinus frater ejus, Hatto, filius Gervasii, Gervasius, Andreas Recordellus et multi alii monachi.

DCXXXVIII. — Vers 1100. — NOTICE DE LA CONFIRMATION PAR HILDEGARDE DU DON D'UNE PARTIE DU MOULIN FOSSART, FAIT

(1) Ainsi que nous avons déjà eu l'occasion de le dire (I, 436, note), ce cartulaire remonte seulement aux premières années du XVIIe siècle.

AUTREFOIS A SAINT-AUBIN PAR FEU HILDEBERT DE BRION, SON MARI. (Cartulaire de Brion, Archives de Maine-et-Loire, H. 224, nº XIX.)

Quedam femina, nomine Hildegardis, uxor Hildeberti de Brion, post mortem viri sui, Andegavem venit, deprecans monachos Sancti Albini ut eam in capitulum suum venire permitterent.

Quod cum impetrasset, multum rogavit monachos ut, pro anima mariti sui, Dominum exorarent, data scilicet pro eo quadam parte cujusdam molendini nominati Fossart.

Audientibus et annuentibus amicis suis, quos secum adduxerat, quorum nomina sunt haec :

Walterius, cognomento Rufus, gener ejus, Rainaldus de Noientel, gener ejus, Andraldus de Taissolis, Lambertus serviens de Brione ;

De parte monachorum : Rainaldus Grandis et ejus frater, Gulferius, Warinus et Hilarius, fratres Aldulfi, Rotbertus hostellarius.

Et ut hoc donum firmius haberetur, illud propria manu super altare Sancti Albini posuit.

Hanc vero partem quam uxor Hildeberti in capitulo Sancti Albini monachis guirpivit, Hildebertus ipse, in vita sua, monachis condonaverat, ita ut, defuncto eo, illico eam monachi haberent, si uxor ejus annuere vellet.

Hujus donationis quam Hildebertus in vita sua fecit testes sunt isti :

Ingenaldus, Haimericus Fac Malum, Rainaldus camberlanus, Radulfus Thoaredus ;

Et de hominibus monachorum : Hucbertus molnerius et Warinus, filius suus.

DCXXXIX. — Vers 1100. — NOTICE DANS LAQUELLE, APRÈS AVOIR RELATÉ LES DONS FAITS A SAINT-AUBIN PAR DREUX DE CUON, PAR BASILLE, SA VEUVE, PAR VIVIEN, SON FILS, ET PAR GERVAIS, SON PETIT-FILS, LES MOINES MENTIONNENT LES LIBÉRALITÉS

DE CES DERNIERS. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 225; copie, Cartulaire de Brion, H. 224, nº xxx.)

Drogo de Cuone dedit Deo et sancto Albino et ejus monachis apud Brionum vineas et terram, ad censum sibi solvendum omni anno quatuordecim denarios, quos etiam in obitu suo Sancto et monachis redonavit. Sed filius ejus, Vivianus, Sancto et monachis tandiu abstulit, donec corporis infirmitate eum ammonente, Sancto et monachis eas in perpetuum confirmavit, annuente Basilia, uxore sua, et Gervasio, filio ejus, astantibus et audientibus plurimis cum Ansgerio et Motberto, monachis.

Cum vero ipse Vivianus ad finem suum pervenit, nimis adjurans deprecatus est Basiliam et precipue Gervasium, quem sue possessionis relinquebat heredem, ut non solum supradictas res confirmarent, verum etiam de expleto relicte sibi hereditatis Gervasius omni anno locum et monachos Sancti Albini recognosceret.

Hujus rei auditores fuerunt: Motbertus monachus, Petrus monachus, filius Giroii de Bello Pratello, qui eum sepelivit, Haimericus Fac Malum, Drogo de Vallibus.

Postquam autem ipsum Vivianum monachi Sancti Albini honorifice et convenienter in cimiterio suo sepelierunt, venit Gervasius cum Basilia, matre sua, in capitulum Sancti Albini et ibi condonavit Deo et sancto Albino et monachis, pro anima sua et patris et matris, dimidium modium frumenti et dimidium modium vini, omni anno vite sue, ita ut heres ejus post ipsum similiter faceret.

Donavit etiam Basilia, post obitum suum, decimam totam de Alischiaco, in parroechia de Guilcio, quam de maritagio suo habebat.

De his autem rebus fecerunt ambo mater et filius donum super altare Sancti Albini, accipientes pro hoc sibi et anime Viviani et filiorum vel fratrum aut sororum suarum, beneficium et societatem monachorum.

Testes hujus rei sunt isti: Stabilis de Cuone, Stephanus de Genevrea, qui cum ipsis beneficium suum acceperunt, Durandus

presbiter de Cuone, Otgerius de Chamaziaco, qui tunc famulus erat Motberti monachi.

DCXL. — 1106, 26 août, Baugé. — NOTICE DE L'ABANDON PAR RAOUL « TOAREDUS » DE TOUTES LES PRÉTENTIONS QU'IL AVAIT FAIT VALOIR CONTRE LES DROITS DE SAINT-AUBIN. (Cartulaire de Brion, Archives de Maine-et-Loire, H. 224, n° XVI. — Imprimé dans le *Gallia christiana*, XIV, 150.)

Anno ab incarnatione Domini MCVI, indictione XIV, surrexit Radulfus Toaredus et opposuit adhuc inquietare monachos Sancti Albini. Dicebat enim quod consuetudinem de sua procuratione et hominum suorum, quam a monachis, cum Andegavis veniret, ter aut quater in anno exigere solebat, in manu Girardi abbatis tunc defuncti ea conditione dimiserat ut, in vita sua, hoc sibi in duplum fieret. Dicebat etiam quod consuetudinem quam olim in mansionibus de Brionio repetebat, ut hugie sue et cuppe semper ibi essent, tempore ejusdem Girardi abbatis ea retentione dimiserat ut, in vita sua, ibi eas haberet. Addebat etiam quod pro adquietatione terre quam, juxta Balgiacum sitam, monachi ei pro concordia dederant, centum solidos posuerat.

His atque aliis de causis, Archembaudum abbatem et monachos Sancti Albini vehementer urgere coepit et vexare ; sed tandem, saniore usus consilio, omnes omnino querelas quas usque ad hanc diem erga eos habuerat condonavit. Dies autem erat septima kalendas septembris anni supradicti.

Concessit etiam ut si aliquis de littera supradicta querelam aliquam, ipse aut quilibet alius, cum monachis habuerit, in curiam eorum Andegavis, sicut justum est, justitiam et judicium accepturus veniat.

Actum est Balgiaco, et interfuerunt :

De monachis : Archembaudus abbas, Brientius prior, Helinannus, Widdo de Matefelone, Frotmundus de Viriaco, Stephanus Genitrix, Aldulfus ;

De clericis : Hucdebertus de Baugé, archidiaconus, Rainaldus presbiter, Arnulfus Crassus de Allodiis ;

De laicis, ex parte monachorum : Fulco de Matefelone et quidam miles ejus, nomine Borrellus, Rainaldus Boc Sale.

De famulis : Rotbertus de Treviis, Samazollus, Firmatus, Artusius, Giraldus corvesarius.

Ex parte Radulfi Toaredi : ipse Radulfus et Jofredus Toaredus, nepos ejus.

DCXLI. — 1107, v. s., 4 et 15 février, Mazé et Brion. — ACTE DANS LEQUEL GEOFFROY DE BRION RELATE L'ACCORD ÉTABLI ENTRE LUI ET LES MOINES DE BRION. (Cartulaire de Brion, Archives de Maine-et-Loire, H. 224, nº IX.)

Ego, Gaufridus de Brionio, dimisi et condonavi Deo et sancto Albino et monachis ejus omnes omnino querelas sive causationes quas adversus eos aut homines eorum hactenus habui de quacumque re, de quocumque habere, occultas et manifestas dictas ; ita ut, ab hac die et deinceps, reddant monachi pro terris, pratis et vineis que hodie in mea censiva possident, sicut reddere soliti sunt, septem solidos et duos denarios, exceptis novem denariis quos uxori mee reddunt pro pratis de Grezinniaco. Quod si deinceps aliquid in censiva mea adquirere poterint, censum mihi inde, quem antea ibi habuero, reddent.

De sepultura autem corporum que infra muros seu claustra eorum jacuerint, id michi retinui in [unum] denarium quod in reliquo cimiterio habueram, id est tertiam partem.

Et hoc totum prius concessi in campo qui est inter Maziacum et calciatam Maziaci, ubi comites Andegavenses, Fulco et Fulco, filius ejus, et Cenomannensis comes, Helias, ad colloquium convenerant ; ubi etiam hoc ipsum mecum concessit Salomon, filius meus.

Quod audierunt :

De parte mea : Haimericus de Soz, Gaufridus de Salmonciaco, Hugo de Vado ;

Ex parte monachorum : Aldulfus prior, Walterius de Lovaniis subprior, Harduinus elemosinarius et Gilduinus, cum famulis eorum, Samazallo, Artusio et Fulcoio Chatoria.

Actum ab incarnatione Domini anno MCVII, pridie nonas februarii, in vigilia sancte Agathe martyris.

Post hec confirmavi hoc totum et concessi in eodem anno et eodem mense, XV kalendas martii, apud Brionium, in domo mea, presentibus et concedentibus uxore mea, Hildegardi Valeia, et filio meo, Mauricio ;

Ubi etiam interfuerunt :

De parte mea :

Homines mei : Lambertus, Guiddo filius Giraldi, Bernerius de Villa Boveia, Hugo Grandis, Fulco de Villa Brenoria, Guarnerius Miton ;

Ex parte monachorum : Aldulfus prior, Robertus prior Brionii, Harduinus elemosinarius et Guillelmus, qui hoc scripsit.

Affuit etiam cum eis : Hugo frater meus, Walterius nepos Richerii, Guarnerius Matho, Drogo filius Petri ;

Servientes et famuli monachorum, qui ab Andegavis advenerant : Samazollus, Artusius, Adelardus Sorini.

Interfuerunt etiam venerabiles femine : Bertha, uxor Roberti Burgundionis, domini mei [1], et Adeladis, uxor Herberti de Poillio.

Et quia hec bono animo me facere testatus sum, dederunt michi monachi quadraginta quinque solidos, et filio meo, Salomoni, quindecim solidos, et alteri filio meo, Mauritio, bliaudum fustanei.

Gaufridulo quoque, filio meo, qui forte cum matre sua, uxore mea, ibi aderat, cum hec in domo mea fierent, dedit elemosinarius Harduinus sex denarios de manu sua, videntibus omnibus qui aderant.

Harum itaque rerum presentem scripturam testem fieri sub cyrographo precepi, ut sit testimonium sempiternum monachis Sancti Albini erga me et heredes meos.

DCXLII. — Vers 1130. — NOTICE D'UN ACHAT FAIT PAR LES

(1) Cette mention indique de la part du rédacteur du Cartulaire de Brion une erreur de copie dans la date de ce document : en effet, Robert le Bourguignon, tige de la maison de Craon, époux en secondes noces d'une dame appelée Berthe, dont la famille n'est pas connue, partit pour la Terre-Sainte en 1097 et ne reparut plus dans l'Anjou.

MOINES DE SAINT-AUBIN A SALOMON DE BRION. (Cartulaire de Brion, Archives de Maine-et-Loire, H. 224, nº VI.)

Emerunt monachi Sancti Albini de Salomone unum arpennum pratorum de fevo Guidonis secretarii et ab illo Guidone duos solidos monachis censum reddituros ; et ille annuit et Alburgis, uxor ejus, et Galterius, filius eorum.

Hoc factum fuit apud Crucum, in domo eorum.

Videntibus istis : Fulchone de Regniaco et Andrea fabro et Petro de Brione, homine Sancti Albini, et Petro monacho.

DCXLIII. — Vers 1130. — NOTICE DU DON D'UN CHAMP, SIS A BRION, FAIT AUX MOINES DE SAINT-AUBIN PAR GEOFFROY HAVARD. (Cartulaire de Brion, Archives de Maine-et-Loire, H. 224, nº VII.)

Gaufridus Havardus dedit Deo et sancto Albino et ejus monachis terram que vocatur Campus Deseuris [?] pro anima sua et parentum suorum, et ab illis caritatem accepit quinque solidos, et Radulfus Toaredus, de cujus fevo erat, annuit, et Alburgis, uxor ejus, et propter hoc quinque solidos accepit.

Testes sunt isti : ipse Gaufridus et Goscelinus et Petrus monachus.

DCXLIV. — 1140. — NOTICE DE L'ORDRE DONNÉ PAR GEOFFROY PLANTAGENET A SON PRÉVÔT DE BEAUFORT DE CESSER SES VEXATIONS CONTRE LES MOINES DE SAINT-AUBIN. (Cartulaire de Brion, Archives de Maine-et-Loire, H. 224, nº VIII.)

Ne latere posteros queat, scripto memorieque tradere dignum duximus cujusmodi finis infestationi super exemplis de Alliolata monachis de Brione prepositi et famuli de Bello Forti inferebant positus sit.

Cum igitur multociens predicti prepositi monachos de Brione satis superque causa dictorum exemplorum vexassissent, licet de feodo domini de Sabulio essent et licet comites Andegavenses qui predecesserant concessissent, temporibus nostris, maxime cum

Gaufridus, filius Fulchonis, Hierosolimitani regis, comitatus Andegavensis regimen obtineret, Ernaldus monachus obedientie de Brione preesset, Goscius prefecturam de Bello Forti administraret, persequi gravius aggressi sunt.

Predictus autem Ernaldus importunitatem illorum ferre non valens, illustrissimum comitem tunc Andegavis morantem adiit, querimoniam super hujusmodi gravaminibus in praesentia ipsius deposuit, predecessorum comitum concessionem assignavit, legitimam multorum annorum possessionem demonstravit.

Quapropter comes, rationi adquiescens, Goscio, Bello Fortensi preposito, imperavit ut cum famulis suis et legitimis viris ad locum pergeret, rem secundum equitatem circumspiceret et terram suam a terra monachorum per rectam fossati divisionem separaret.

Factum est igitur juxta imperium comitis, anno Domini MCXL, indictione tertia.

Huic autem jussioni sive fossati divisioni interfuerunt isti : Goscius Bello Fortensis, Goslenus de Brellio, prepositi Balgiacensis, Paganus de Faerio, Warinus mercerius, Warinus Gislerius, Gaufridus de Chucé.

DCXLV. — 1127-1154. — NOTICE DE L'OFFRE FAITE AUX MOINES DE BRION PAR HUBERT DE SOBS DE VENIR S'ÉTABLIR DANS SON BOURG AFIN D'Y ÉCHAPPER AUX PERSÉCUTIONS DE PIERRE DE BRION ET DE L'ENGAGEMENT PRIS PAR CE DERNIER DE NE PLUS LES SOUMETTRE A AUCUNE VEXATION. (Cartulaire de Brion, Archives de Maine-et-Loire, H. 224, nº XIV.)

Sciant presentes et futuri quod controversia inter nos et Petrum de Brionio super quibusdam rebus diu habita in Dei voluntate hujusmodi finem habuit.

Petrus siquidem ille vendas nostri burgi nobis violenter auferebat, furnile nostrum apud Brionium situm precipitaverat, res nostras hominumque nostrorum pro posse inquietabat. Cumque de Gaufrido comite et Ulgerio episcopo clamorem soepissime feceremus, Gaufridi comitis minas sive praecepta justiciamque ecclesiae penitus contemnebat.

Audita autem tanta injuria, Hucbertus de Soz, vir potens et nobilis, domnum Robertum abbatem ut ad se venire dignaretur per internuncios flagitavit. Ad quem cum abbas perrexisset, dixit ei Hucbertus : « Domne abbas, si in vico isto meo oratorium et altare michi edificare permitteritis et voluntate domni Ulgerii episcopi monachum unum qui ibi deserviat, posueritis, pro certo sciatis quod ego duas domos in quibus habitet monachus et tantum de meis rebus unde unus vel duo monachi convenienter cum suis servientibus vivere possint, in elemosina dabo, scilicet unam oscam prope vicum ipsum, decimam molendinorum meorum, decimam furnilis mei, decimam censuum meorum, decimam ortorum meorum et proprium ortum monachorum usui aptum. »

Abbas vero, audiens non modicum ecclesiae suae augmentum et Petri de Brionio detrimentum se petitioni Hucberti adquieturum, sed prius cum fratribus in communi capitulo super hac re consilium habiturum respondit.

Quod cum audisset Petrus de Brionio, amens effectus, Andegavum venit, domnum Rotbertum abbatem cum furore adiit. Cui etiam terribili vultu ait : « Domne abbas, cur me vultis exheredare ? Si capellam apud vicum qui dicitur Soz edificari permiseritis, cuncta mala quae potero vobis et monachis vestris me invito inferre compelletis. Mallem ad tempus exheredari quam in prefato vico patiar capellam vel altare consecrari ! Si autem ab hac nostra injuria cessaveritis, ego vobis et hominibus vestris res vestras restituam ; furnile quod destruxi reedificabo, obedientiam vestram augmentabo ; augmentatam conservabo. »

Abbas autem et totus conventus concesserun tibi quod, si in hac permissione ipse vel heredes sui perseveraverint, in parrochia sanctorum martyrum Gervasii et Prothasii nullum umquam oratorium vel altare construi permittant.

Hoc autem utrobique confirmatum est in presentia domni Rotberti abbatis.

Videntibus istis : Petro priore, Guillelmo sacrista, Petro cellario, Gaufrido thesaurario et universo conventu ;

De militibus : Petro de Brionio, Mauritio avunculo ejus, Gervasio milite ;

De famulis nostris : Guidone Carbonello preposito, Pagano de Alodis, Rainaldo de Braium et multis aliis.

DCXLVI. — 1127-1154. — NOTICE DE L'ABANDON FAIT A SAINT-AUBIN PAR MICHEL DE BRION DU FIEF DE PARIGNÉ QU'IL TENAIT DE L'ABBAYE. (Cartulaire de Brion, Archives de Maine-et-Loire, H. 224, n° XVII.)

Providentie siquidem est hominum prudentium ut ea quae temporibus suis faciunt, litteris transmittant ad noticiam posterorum.

Igitur, horum exemplo provocati, nos, monachi Sancti Albini, litteris mandamus quod Michael, miles de Brione, terram quam habebat apud Parriniachum, de qua erat homo abbatis et monachorum Sancti Albini, absolute et quiete in capitulo et terram et fevum in manu Rotberti abbatis dimisit.

Pro qua dimissione, ne nos monachi videremur ingrati, Michaeli supradicto et Brunoni, sobrino suo, qui dimissionem istam, omnium calumnia remota, concessit et confirmavit, sexaginta solidos nummorum et quinque dedimus : Michaeli quadraginta, Brunoni vero viginti quinque.

Quod viderunt et audierunt testes legales et idonei : Hugo seneschallus Fisse, Arraldus cellararius, Gainardus de Sartrino et Robinus, nepos Gainardi.

DCXLVII. — 1127-1154. — NOTICE DU DON D'UNE DÎME FAIT A SAINT-AUBIN PAR GREFFIER DE VILLEBOVET. (Cartulaire de Brion, Archives de Maine-et-Loire, H. 224, n° XII.)

Quoniam homo temporaliter simul labitur et memoria ejus, utilissimum esse judicatur si ea quae presentialiter agimus posteris per scripta mandamus.

Scribimus itaque quod quidam miles, nomine Griferius de Villa Bovci, Dei simul amore pariter et timore compunctus, dedit Deo et sancto Albino et monachis ejus apud Brionem decimam totam de terra sua, excepto de clauso suo, et de terra hominum suorum,

quam in ea habebat, in elemosinam, pro salute animae suae et parentum suorum.

Qua de re venit in capitulum Sancti Albini, et inde revestivit Rotbertum abbatem et priorem abbatie, Paganum videlicet Marcoardi, in oculis totius capituli, vidente hoc et autorizante filio ejus, Gaufrido, et Avia, fratre ejus.

Hoc viderunt et audierunt : Girardus de Selenis, miles, qui cum eo venerat ;

De nostris : Arraudus, Brientius, Guevenardus, Johannes famulus Peregrini, prioris tunc obedientiae illius.

His etiam videntibus, detulit concessionis donum supradictus miles et filius ejus cum fratre super altare Beati Albini.

DCXLVIII. — 1157-1189. — NOTICE D'ACQUISITIONS FAITES A BRION PAR SAINT-AUBIN. (Copie, B. N., latin 17126, p. 148.)

Sciant presentes. . . quod quidam miles, nomine Gualvericus, tres solidos census de terra, pratis et ortis, a molendino de Monat usque ad terram de Allolia sitis, Sancto Albino dedit per manum Willelmi, tunc abbatis . . .

Testes : Mauricius de Brionio . . .

DCXLIX. — 1157-1189. — NOTICE DU DON FAIT PAR AIMERY A SAINT-AUBIN D'UNE RENTE SUR LE MOULIN DE MONNET. (Original en mauvais état, Archives de Maine-et-Loire, H. 197, fol. 27.) [1].

Noverint presentes et presentium successores quod quidam miles, nomine Haimericus, in capitulum Beati Albini venit et . . . solidos et duos denarios annui census [de terra] et pratis ad molendinum de Monet [usque ad terram de Allolia] sitis, Deo et beato Albino et monachis ejus, per manum Willelmi, tunc abbatis, in elemosina, liberos et immunes ab omni consuetudine dedit, exceptis sex denariis quos ei vel heredibus ejus, pro omni [servitio] per annum reddemus.

Si vero monacus fieri voluerit, quinque solidos . . . . denariis duobus minus, juxta eandem censivam nobis prebebit.

(1) Cette charte, qui se rapporte au prieuré de Brion, a été reliée par erreur, au siècle dernier, au milieu des titres du prieuré des Alleuds.

... Isembardus, tunc prior Brionii, quinquaginta solidos ei in caritate largitus [est, et] caritates ei per annum in perpetuum reddet.

Hujus rei testes sunt isti : Willelmus abbas, Rotbertus prior, Ernaudus subprior, Eudo armarius, M . . . presbiter de Brionio, Radulfus presbiter . . . famulus monacorum, Sigebrannus. . . rius Chaperum, Guarinus monachus.

DCL. — 1175, v. s., 14 mars. — NOTICE DU DON DU MOULIN DE MONNET FAIT AUX MOINES DE BRION PAR PIERRE DE BRION, FILS D'AGNÈS, ET HÉRITIER DE PIERRE DE BRION, APRÈS SALOMON, SON FRÈRE. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 225 ; copie, Cartulaire de Brion, H. 224, n° XXXIV.)

Tam futurorum quam presentium memorie necnon et utilitati consulentes, litterarum apicibus studuimus commendare qualiter, post multas calumpnias et non minimas inquietationes, dampna quoque quamplurima que Petrus de Brionio, Agnetis filius, in hereditatem Petri de Brium post Salomonem, fratrem suum, successor, primus monachis intulerat, concessit in elemosinam et feodaliter molendinum de Monnat, in quo sibi capitales census reclamabat, duas partes a duobus suis hominibus, terciam vero a monachis.

Propter hoc autem de molendino isto cum monachis litigabat, quia de feodo suo ad alium feodum, id est ad Alloliam, translatum esse a monachis conquerebatur, volebatque ut ad pristinam sedem molendinum supradictum reduceretur a monachis. Monachi vero molendinum illud de Monnat in sua propria elemosina factum fuisse affirmabant.

Concessit quoque totam aquam cum cursu suo, et utram ripam quantum potest sufficere ad reficiendum bezum suum et curandum ab illo molendino de Allolia usque ad molendinum Hildegardis, quod commune est ei cum Harduino de Marineio, quiete et libere possidendam ad duodecim nummos servitii, in media quadragesima annuatim persolvendos.

Asserebat etiam predictus Petrus prefatos Sancti Albini monachos contra eum injuste agere, quod cum ab eo haberent

arpentum unum in quo burgus eorum situs erat, ad quattuor denarios capitalis census, ipsi monachi vendas et costumas contra jus et consuetudinem acciperent.

De furno etiam monachorum quod a burgo illius arpenti Johannes prior in propriam domum monachorum retraxerat, concessit quod ad voluntatem monachorum in supradicti arpenti burgum et quo vellent reduceretur.

Hec de quibus diximus et omnia alia que in suo feodo monachi habuerant et illo die habebant, concessit supranominatus Petrus de Brium libere et quiete et solute, firmiter et inconcusse, et in elemosinam et feodaliter ad septem solidos tocius exactionis et servitii, annuatim in media quadragesima persolvendos ; sicque monachi cum duodecim denariis de platea in qua molendinum de Monnat situm fuerat, et de cursu aque et istis septem solidis debebunt ei octo solidos tocius servicii et nichil amplius.

Pro hac autem concessione dederunt ei monachi quingentos solidos, matri sue viginti solidos, Fulcherio Assalli, suo servienti, tunicam unam.

De omnibus etiam que supradiximus, sepedictus Petrus investivit domnum Guillelmum, abbatem Sancti Albini, cum quodam baculo, et, in nomine pacis, osculatus est eum, et abbas octo solidos quos ei pro omni servitio debemus, propria manu Petro de Brium tradidit coram omni populo qui ibi aderat.

Requisivit vero sepenominatus Petrus et est ei concessum a monachis quod in feodo suo ultra ea que habebant vel habuerant nichil adquirerent in perpetuo possidendum, nisi de ejus voluntate hoc fieret vel successor ejus.

Hec autem concessio solempniter celebrata est apud Brionium, anno ab incarnatione Domini MCLXXV, in media quadragesima.

Istis videntibus et audientibus quorum nomina subscripta sunt :

Ex parte monachorum : Guillelmus abbas Sancti Albini, Luchas prior Varenne, Lucas de Jallia prior Brionii, Isenbardus de Treviis cellararius, Stephanus de Espieriis hospitalarius, Guillelmus de Sancto Magnobodo prior Cartiniaci, Radulfus de Tuphellis prior Peregrine, Gaufridus Burgevin, Odo de Charenceé, Gaufridus de Raelum, monachi ;

De militibus : Petrus Viride, Odo de Sancto Georgio, Gofferius de Chaucé, Michael de Beleneria et magister Robertus de Credone ;

De servientibus monachorum : Robertus Charbonel prepositus, Robinus de Campiniaco, marescallus abbatis, Garnerius Bussum, famulus prioris, Harduinus de Brel et Rainaldus, frater ejus, Bernerius de Cartiniaco ;

Ex parte Petri de Brium : ipse Petrus, Goscelinus frater ejus, Haimericus de Soz, Haimericus de Capis, Odo de Sarmessiis, Radulfus Festu, Odo de Alenché, Pipinus de Seelumna, Matheus de Laval, Haimericus Gosleni, Gaufridus de Cuum, Gauveri, Johannes de Guasquennia, Gaufridus de Gozis, Radulfus faber de Duristallo, Harduinus de Marinneio, cognatus supradicti Petri de Brium.

Ut autem hec actio rata et inviolabilis permaneret, ego, Gaufridus, Dei gratia, Andecavorum episcopus, in cujus presentia hoc ab utraque parte concessum est, sigilli mei impressione munivi et corroboravi.

DCLI. — 1182, 24 octobre, Angers. — CHIROGRAPHE PAR LEQUEL L'ABBÉ DE SAINT-AUBIN, GUILLAUME, RÈGLE UNE CONTESTATION RELATIVE A LA DÎME DE VIGNES SITUÉES DANS LE PRIEURÉ DU MONT-SAINT-MICHEL. (Cartulaire de Brion, Archives de Maine-et-Loire, H. 224, n° 22.)

Ego, Guillelmus, Dei gratia, beatissimi Albini Andegavis dictus abbas, communisque fratrum conventus, presentibus et futuris notum esse volumus quod de reclamatione decimae quam in vineis prioris [Sancti] Michaelis de Monte, domnus Petrus, Brionii dominus, cum Johanne Gervasio et Haimerico Quoslen reclamabat, asserens eam sui juris esse, ad hunc finem devenerimus, Deo disponente.

Concessimus Johanni Gervasio quandam oschiam terrae quae est ante Sanctum Michaelem jure hereditario possidendam, tali quippe conditioni ut pro eadem oschia annuat priori Sancti Michaelis, quicumque fuerit, octo denarios annui servicii et legitimam decimam, qualiscunque fructus in ea succreverit. Si vero

praedicta oschia per manum jamdicti Gervasii in alterum jus vendendo transierit sive aliquis heredum ejus eam vendiderit, venditio nostra erit.

Hac de causa omnem reclamationem decimae, quam idem Gervasius cum participibus in vineis prioris Sancti Michaelis exigebat, quitavit et quitari fecit, unde pro quitatione et concessione Petro, domino Brionii, duas carleatas vini annuatim reddit.

Actum est hoc Andegavis, in palatio episcopi, anno ab incarnatione Domini MCLXXXII, IX kalendas novembris, sabbato ante Translationem beati Albini, in presentia domni Rotberti, domini Sabolii, qui hoc concessit [1].

Videntibus et audientibus istis :

De monachis : domno Guillelmo abbate, Johanne Barré, Gaufrido censerio, Gaufrido armario ;

De laicis : Durando le Maçon, Andrea Picart, Guarino famulo domni Rotberti et aliis multis.

Quod ut inviolabile sit et ratum, cyrographo est partitum et sigillo nostro confirmatum.

(1) Ici, comme pour le numéro DCXLI, nous pensons que le rédacteur du Cartulaire de Brion a mal copié la date qu'il avait sous les yeux : Durant l'abbatiat de Guillaume (1157-1189), le 24 octobre n'est tombé un samedi qu'en 1159, 1164, 1170, 1181 et 1187.

PRIEURÉ DE LA CELLE-GUERCHOISE

DCLII. — 1081-1093. — NOTICE DU DON DE L'ÉGLISE DE CHÉLUN FAIT A SAINT-AUBIN PAR UN CHEVALIER NOMMÉ AUVÉ. (Pancarte du XIIe siècle, Archives de Maine-et-Loire, La Celle-Guerchoise.)

Notum esse volumus presentibus et futuris quod quidam miles, nomine Alveus, donavit Deo et sancto Albino et ejus monachis ecclesiam quandam que vocatur Calumpniacus, et juxta ecclesiam terram ad domum fatiendam et terram ad quattuor boves et quoddam pratum.

Hoc donum misit in manum Girardi abbatis in supradicta villa.

Quod multi coram positi viderunt, quorum nomina hec sunt :

Gaufridus, frater Alvei, et Hugo de Terrum et duo nepotes Alvei, Tetbaudus et Walterius, et Herveus, cognatus ejus, et Rivallonus Bigot et Agnes, uxor Alvei, que cum viro suo bono animo donum istud fecit, et Rainaldus forestarius et Girorius forestarius ;

Et de hominibus Sancti Albini : Haimmarus Malspetit et Hilarius et Firmatus, Arnaldus Brion et Constantinus coquus et Rotbertus de Treviis.

Et quia donatio ista sine concessione episcopi Redonensis firma esse non poterat — est enim ecclesia de diocesi ejus — perrexit abbas Girardus ad eum propter istam causam, sed eum invenire non potuit.

Quod cum audisset Silvester episcopus, conpunctus corde de labore abbatis, precepit litteras conponi de concessione istius doni, quas per domnum Haimmonem, monachum Sancti Albini, ipsi abbati et ceteris fratribus misit, quarum exemplar in hunc modum habetur.

[*Ici est transcrit notre numéro* DCLIII].

Quoniam utile est res gestas litterarum memorie commendare ne posteritati nostre veritas subtrahatur, committimus huic

scripto quod Silvester, Redonensis ecclesie episcopus, ecclesiam que Calumniacus dicitur Deo et sancto Albino et ejus monachis solidam et quietam cum omnibus suis pertinentiis dedit. Quod postea, non multo intervallo temporis transacto, ipse in capitulo Sancti Petri autorizavit, tali equidem pacto, ut post obitum suum in martirologio monachorum mitteretur. Quod similiter, in eodem capitulo, canonici ipsius ecclesie auctorizaverunt et concesserunt; sed, quia de patrimonio Sancti Petri Redonensis supradictam ecclesiam esse dicebant, ut libentius concederent, dederunt eis monachi viginti solidos nummorum Redonensium et Ernulfo archidiacono unum sciphum corneum.

Quod viderunt et audierunt isti, nomina quorum subscripta sunt hic : Silvester episcopus, Ernulfus archidiaconus, Hamelinus archidiaconus, Radulfus de Stanpis, Piscis canonicus, Hamo canonicus, Hugo siniscallus, Normannus filius Mainonis de Carbonaris, Herveus nepos ejus, Maino cantor, Frotmundus canonicus, Rannulfus filius Eudonis, Rannulfus capellanus comitis, Joscelinus, Rotbertus de Sancto Georgio, Rogerius, Rotbertus de Arbressello.

DCLIII. — 1081-1093. — ACTE PAR LEQUEL SILVESTRE DE LA GUERCHE, ÉVÊQUE DE RENNES, APPROUVE LE DON FAIT A SAINT-AUBIN DE L'ÉGLISE DE CHÉLUN. (Archives de Maine-et-Loire, La Celle-Guerchoise. Cf. le n° DCLII.)

S[ilvester], Redonensis dictus episcopus, et Ar[nulfus], archidiaconus, cum ceteris fratribus ejusdem ecclesie canonicis, domno Girardo, abbati Beati Albini, cum toto cenobio fratrum orationes fideles.

Quod petendo quesivistis, querendo pulsavistis, apertum invenistis. Procantum igitur ecclesie, que vulgari nomine Calumpniacus appellatur, concedimus vobis.

Valeat sanctitas vestra.

DCLIV. — 1097 [1], 4 février. — NOTICE DANS LAQUELLE LES

(1) Robert d'Arbrissel, peu de temps après le sacre de Marbode, abandonna

MOINES DE SAINT-AUBIN RELATENT LE DON DE CHELUN QUI LEUR FUT FAIT UN 21 MAI PAR UN CHEVALIER APPELÉ AUVÉ, DON APPROUVÉ A DEUX REPRISES DIFFÉRENTES PAR L'ÉVÊQUE DE RENNES, SILVESTRE, PUIS ENFIN, UN 12 FÉVRIER, PAR MARBODE, SON SUCCESSEUR. (B. N., latin 12658, fol. 165.)

Quidam miles, nomine Alveus, ecclesiam de Calumpniaco Deo et sancto Albino ejusque monachis dedit. Dedit etiam in elemosina juxta ecclesiam terram ad domum faciendam et terram ad quatuor boves, sicut eam ipse habebat, et quoddam pratum.

Hoc donum in manum domni Girardi abbatis misit in supradicta villa, XII kalendas junii.

Hanc ecclesiam concessit Sancto Albino Silvester, Redonensis episcopus, tali pacto ut post obitum suum in martyrologio fratrum ascriberetur.

Hanc quoque cum omnibus pertinentiis suis iterum idem episcopus et archidiaconi et canonici, in capitulo Sancti Petri Redonensis, II kalendas augusti, benigne Sancto Albino ejusque monachis concesserunt, quorum nomina hec sunt : Arnulfus archidiaconus, Hamelinus archidiaconus, Radulfus de Stampis, Piscis canonicus, Hamo canonicus, Hugo senescallus, Hermannus filius Mainonis, Herveus nepos ejusdem, Maino cantor, Frotmundus canonicus, Rannulfus filius Eudonis, Rannulfus capellanus comitis, Joscelinus, Rotbertus de Sancto Georgio, Rotbertus de Arbrexellis.

Ego quoque, Marbodus, episcopus, successor Silvestri, supradictam ecclesiam Sancto Albino, cum duobus archidiaconis meis Rotgerio et Pisone, concessi et sigillo meo confirmavi.

Data Redonis, II nonas februarii.

DCLV. — 1097 [1]. — CHIROGRAPHE PAR LEQUEL ZACHARIE, FILS DE FROMOND LE VOYER, FAIT DON AUX MOINES DE SAINT-AUBIN DE

ses fonctions d'archiprêtre de Rennes pour venir fonder l'abbaye de la Roë ; cet acte semble donc pouvoir être daté du 4 février de la première année de Marbode.

(1) Cet acte appartient à la première année de l'épiscopat de Marbode, comme le prouve la présence de Robert d'Arbrissel.

L'ÉGLISE DE LA CELLE GUERCHOISE. (Copie, B. N., latin 12658, fol. 165, et en partie dans Dom Morice, *Preuves*, I, 475.)

Quoniam a Domino omnibus constituti sunt termini quos nullus mortalium preterire poterit, oportunum est valde et necessarium ut non habentes hic manentem civitatem futuram, id est Jerusalem celestem, bona operando, Deo juvante, nobis queramus.

Quapropter ego, Zacharias, filius Frotmundi, vicarii de Credonio, illius civitatis civis existere cupiens, sumptusque quibus recipi possim ante me mittere volens, de meo hereditario jure dono Deo et sancto Albino et abbati Girardo monachisque ejus, pro remedio anime mee et uxoris mee, Haduise, patrisque mei, Fromundi, ac matris mee, Berte, et Normandi vicarii, nepotis mei, aliorumque parentum meorum, ecclesiam que vocatur Cellula, constructam in honore sancti Martini archiepiscopi, cum omnibus beneficiis ejusdem ecclesie ad me pertinentibus, videlicet : offerenda baptisterio, sepultura, decimam quoque, preter unam partem quam quidam milites de me tenent.

His donis addo unam domum constructam juxta eandem ecclesiam, et unum arpennum vinee et arpennum prati, simulque quendam agrum ante atrium ecclesie cum orto sibi adjuncto ; itemque aliam domum inibi constructam ; medietatem quoque unius molendini ad illuminandam eandem ecclesiam ; quattuor etiam denarios de censu ejusdem ville, qui solvuntur in Cena Domini, ad cereum paschalem ampliandum, sed et medietatem totius dominicature mee quam habeo apud Cellulam.

Donum itaque harum omnium rerum ego, Zacharias, misi in manum Girardi, abbatis Sancti Albini, cum cultello meo, apud Castrum Gunterii, die Nativitatis sancti Joannis Baptiste, in claustro monachorum.

Videntibus et audientibus istis : Quintino, predicte ecclesie presbitero, cujus voluntate et ammonitione hec omnia facio, Walterio vicario, Benedicto Blanchardo ;

De monachis : Girardo abbate, Helinanno priore, Humberto, secretario, Gaufrido de Bruslono . . . .

Hec omnia dona auctoravit Rotbertus, nepos meus, frater

supradicti Normandi, in via, cum ad eandem Cellulam, cum memorato abbate, pergeremus, spondens mihi fidem suam se hec omnia monachis, et si quis hec irrita facere vellet contra eum, quantum posset, defensurum.

Presentibus istis : Girardo abbate, Helinanno priore . . .

De ecclesia ergo ipsum investivi predictum Girardum, abbatem Sancti Albini, per signum ejusdem ecclesie.

Testibus istis : Mauricio filio Rainaldi Credonensis, Viviano filio Suhardi, Hugone de Finvinano, Haimerico Ragot, Andrea et Guidone de Cellula . . .

Audiens autem Willelmus de Guirchea Girardum abbatem ibi advenisse, occurrit ei et cuncta que de fevo ejus eidem abbati dederant libenti animo concessit coram testibus istis : Pichone de Guirchea, Haimerico Ragot, Andrea et Guiddone de Cellula et aliis superius nominatis.

Aliquantis autem diebus transactis, Andecavem veniens, hoc ipsum donum in capitulo Sancti Albini coram cunctis fratribus confirmavi, ipsumque donum super altare sancti confessoris Christi Albini posui. Fratres quoque concesserunt mihi et supradictis parentibus meis beneficium loci et ut nomina defunctorum supradictorum scribantur in martyrologio ipsorum, nomen quoque meum et uxoris mee post nostrum decessum, agaturque anniversarium nostrum, et ut in ecclesia Cellulensi, omnibus dominicis diebus, nostri commemoratio agatur et bis unaquaque ebdomada missa cantetur.

Preterea est mihi convenientia talis cum monachis ut, si voluero fieri monachus Sancti Albini, pro hoc dono me recipiant ; et, si hoc nolens, alibi ire voluero, nullam michi pro hac re calumniam inferant. Si vero laicus defunctus fuero, pro supradicto dono me honorifice sepelient.

Quintinum quoque, ejusdem ecclesie venerabilem sacerdotem, cum ipse voluerit, in monasterio Sancti Albini monachum facient.

Horum testes sunt : Quintinus presbyter, Rotbertus presbyter Arbrexel, Vivianus filius Suhardi, Herbertus filius Drogonis . . .

DCLVI. — 1142, Rennes. — ACTE PAR LEQUEL ALAIN, ÉVÊQUE

DE RENNES, APPROUVE LE DON DE CERTAINES DÎMES FAIT A SAINT-AUBIN. (Copie, B. N., français 22329, p. 468.)

Ego, Alanus, Dei gratia, Redonensis episcopus, concessi decimas . . . quas quidam milites, qui eas hereditario jure possidebant, eis concesserunt, archidiaconorum meorum et capituli mei assensu, et medietatem oblationum que in festivitatibus in eadem ecclesia, scilicet Nativitatis Domini et Purificationis Beate Marie, Paschæ, Omnium Sanctorum et Beati Melanii, in cujus honore predicta ecclesia fundata est.

Sed quia hoc donum, a tempore venerabilis predecessoris nostri, Hamelini, quamvis non ita manifeste factum fuerat . . . .

Actum Redonis, camera nostra, anno ab incarnatione Domini MCXLII.

DCLVII. — 1167. — NOTICE DE L'ACCORD ÉTABLI ENTRE SAINT-AUBIN ET SAINT-MELAINE AU SUJET DE LA CHAPELLE DE CARCRAN, SISE EN LA PAROISSE DE DOMALAIN. (Copie du XVII[e] siècle, Archives de Maine-et-Loire, La Celle-Guerchoise.)

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod discordia orta est inter monachos Sancti Albini Andegavensis et monachos Sancti Melanii Redonensis super quadam capella Sancti Magnobodi de Carcheron, quam monachi Sancti Albini asserebant in parrochia de Domalen esse sitam, que juris illorum existere comprobatur. Monachi vero Sancti Melanii e contrario dicebant predictam capellam maxime sibi competere, eo quod in fundo sue proprietatis erat constituta, ideoque beneficiis ejusdem capelle se debere minime privari.

Tandem, Domino providente, tempore Guillelmi, abbatis Sancti Melanii, consilio amicorum utriusque partis, hec controversia hoc modo est terminata :

Abbas namque Sancti Albini, Guillelmus nomine, junctis secum probatissimis viris, Redonum venerunt, et abbatem Sancti Melanii monachosque ejusdem cenobii super hoc negotio diligenter, ut decebat, conveniens, ab eis benignissime est auditus et quod

rationabiliter expetiit libentissime impetravit. Nam abbas Sancti Melanii, consilio usus abbatis Sancti Florentii, nomine Frogerii, et ejusdem monasterii prioris, nomine Fulcherii, qui tunc forte, Deo volente, ibi convenerant, totiusque capituli sui, dimisit abbati Sancti Albini quidquid in prefata capella antea habuerat, fundumque loci in quo illa est sita, sicuti vetus via que ostio capelle est contigua usque in fluvium juxtapositum dirimit.

Reliqua autem pars terre in usus monachorum Sancti Melanii cedet.

Abbas vero Sancti Albini, de fundo in quo prefata ecclesia est sita, duodecim nummos singulis annis in Nativitate sancte Marie priori Guerchie persolvet ; nummi vero Andegavenses erunt.

Actum Redonis in capitulo Sancti Melanii, presentibus videlicet Sancti Florentii Sanctique Albini et Sancti Melanii [abbatibus].

Testes qui hoc viderunt et audierunt sunt hi :

Ex monachis Sancti Florentii : Fulcherius prior, Silvester de Landavren, Stephanus abbatis bajulus.

Ex monachis Sancti Albini : Mainerius cellararius, Petrus prior de Cella, Gaufridus de Vergal, Petrus Guinebaudi.

Ex monachis Sancti Melanii : Tebaldus de Corneliaco, Gaufridus de Guereseio, Evenus camerarius, Iterius de Rohel et totum capitulum.

Anno ab incarnatione Domini MCLXVII.

DCLVIII. — 1172. — ACCORD ENTRE SAINT-AUBIN ET ROBERT LE VOYER AU SUJET DE LEURS DROITS RESPECTIFS SUR LA CELLE-GUERCHOISE. (Copie, B. N., français 22329, p. 468, et en partie, latin 17126, p. 141.)

Anno ab incarnatione Domini MCLXXII, regnante in Gallia rege Ludovico, in Anglia vero illustri rege Henrico cum filio suo, Henrico, Andecavensem ecclesiam Gaufrido episcopo regente, Redonensem domino Stephano, cenobium vero Beati Albini Willelmo abbate administrante, quedam contentio orta est inter nos et Robertum vicarium, filium Zacharie, super obedientia Cellule,

scilicet procurationem sibi suisque quotienscumque liberet exquirebat.

In ipso etiam abbatie capite procurationum expensas tam sibi quam comitatui suo duobus aut tribus vicibus in anno, veluti ex debito consuetudinis exigebat . . . Hec exceptis tribus solidis Redonensis monete in manu domni Guillelmi abbatis cum virgula reliquit et super altare Sancti Albini [posuit].

Hoc viderunt :

De monachis : G[aufridus] magister prior, H. subprior, Rog[erius] sacristanus, H. elemosinarius, Ric[ardus] armarius.

Ex parte Rotberti vicarii : Johannes vicarius, Herveus de Terrum, Thomas frater ejus, Hugo Liborna, Johannes Moron, Rotbertus de Forfait.

Ego, Stephanus, Redonensis ecclesie presbiter et regis Anglie capellanus, hanc convenientiam confirmo . . .

Ego, Gaufridus de Poenceio, dominus castri Guirchie, hanc convenientiam sigilli mei impressione confirmavi.

PRIEURÉ DE CHAMBELLAY

DCLIX. — 1096. — NOTICE DU DON FAIT A SAINT-AUBIN PAR LES FRÈRES BARRÉ DE BIENS SITUÉS A CHAMBELLAY. (B. N., latin 17126, p. 90.)

Anno MCX[1], abbas Girardus Sancti Albini venit in Castrum Gunterii, causa visitandi Johannem de Fixa, qui graviter infirmabatur, et paucis post diebus monachus decessit.

Cum esset prefatus abbas in claustro Sancti Johannis cum multis aliis, convenerunt eum tres nobiles viri : Suhardus Barré, Gaufridus Barré et Guillelmus Barré, rogantes [ut] fratrem suum Silvestrem ad monachum reciperet ; cumque effectum precibus obtinerent, terram quam habebant in parrochia Chambelliaci cum nemore adjacenti in eleemosinam contulerunt.

DCLX. — Vers 1100, Juvardeil[2]. — CHIROGRAPHE PORTANT ACCORD ENTRE SAINT-AUBIN ET ROGER MALFILATRE AU SUJET DU FAUX LIT DE LA MAYENNE, CREUSÉ A MONTREUIL-SUR-MAINE. (Copie de Marchegay, B. N., français, nouv. acq. 5027, fol. 143, d'après manuscrit 713 du cabinet Grille.)

Durdilio vel rapdilio vocatur interruptio aque que, per excressentias et inundationes frequentes rectum iter relinquens, devia sequitur ac per foramina vel cavernas quas ipsa sibi, diutina pulsatione et assidua cavatione et quasi impetitus perseverantia,

(1) Cette date est une faute de lecture, car Girard II fut abbé du 8 août 1082 au 9 janvier 1106. La mention du décès de Jean de la Flèche ne peut laisser aucun doute sur l'époque de la confection de cette notice.

(2) Pour déterminer la date de cet acte, il faut se reporter à la charte du Ronceray (nº DCLXII ci-après), où figurent également Roger Malfilâtre et son fils Hervis. Mais la charte du Ronceray est postérieure à l'acte de Saint-Aubin puisque Roger y est mentionné comme moine et que c'est l'abbaye qui fait valoir ses droits sur l'écluse de Montreuil.

paulatim fecerit, irrumpit et exclusarum ac molendinorum ante positorum obsequio se detorquens, emolumentum quod factura erat, saliendo velut ludibunda diffugit.

Durdilio ergo increvit vice quadam in capite excluse monachorum Sancti Albini et Sanctae Mariae de Monasteriolo, in ripagio scilicet terrae Rotgerii Mali Filiastri. De illo autem durdilione fecerunt monachi et monachae cum Rotgerio supradicto talem concordiam quod Rotgerius concessit eis illum durdilionem obstruendum vel, ut planius dicatur, extirpandum et in antea, si alius quandoque insurgeret, pleno unius hastae spatio. Et accepit proinde a monachis decem solidos sibi, et uxor sua quinque, de qua res movebat.

Insurgente autem non multo post juxta illum alio durdilione grandiore et rapidiore, cum monachi illum, ut conveniens erat, extirpare vellent, contradixit ne hoc fieret Rotgerius, dicens se eis non concessisse in prima concordia nisi plenum unius hastae spatium inter extirpatum et extirpandum.

Hoc affirmante Rotgerio, ac monachis et eorum convenentiatoribus negantibus vel contra negationem ejus affirmantibus, bello quoque inde sumpto, antequam adterminaretur taliter concordaverunt :

Concessit itaque eis, monachis videlicet et monachabus, Rotgerius, Malus Filiaster cognominatus, et Warinus, cognomine Harengus, dominus ejus, et uxores illorum per quas illud fevum habebant, illum qui post primum insurrexerat durdilionem extirpandum, et illos quicumque quandocumque insurgerent in toto prato dominico Rotgerii usque ad pratum Ingelbaldi : ita ut una, ut ita dicamus, teisa infra pratum Rotgerii pali eorum figerentur, et de palis ad aquam cum petra et terra et sepe, sicut melius scirent et possent, extirpando aquam suam retinerent ; et ad confirmationem rei in posterum quantum Rotgerius in latum extendi potuit in quadam virga teisam suam mensus in pariete ecclesiae de Monasteriolo divisam signari fecit.

Hoc autem pro beneficio Rotgerius computavit ; et tamen pro hoc centum solidos accepit et Warinus, dominus ejus, pro auctoramento, decem.

Hoc fuit factum apud Monasteriolum, et, in chirographo scriptum, lectum fuit et auctorizatum coram uxoribus eorum ac pluribus boni testimonii viris, apud Gavardolium. Hujus autem scripti chirographum partitum fuit per medium inter monachos et Rotgerium, ita ut eorum alterutri hujus veritatem in parte haberent totam.

Hujus rei testes sunt isti :

Ex parte Rotgerii : Orieldis uxor ejus, Herveisius filius ejus, Eremburgis filia ipsius, Goffridus frater ejusdem Rotgerii, Frotmundus frater Burgoini, Rainaldus de Luceio, Walterius Calvus, Lambertus de Luceio, de Gavardolio, Warinus de Pino, Vitalis Goius, Warnerius fullo, Hildebertus de Vineis ;

Ex parte Sancti Albini et Sanctae Mariae : Hucbertus monachus, Herveisius famulus Sanctae Mariae, Andreas, Johannes Molnerius et Herveus, filius ejus, Willelmus scriptor, Warinus Haringus et Richeldis, uxor ejus, Goffridus frater Poelini, Warinus homo Radulfi Haringi.

DCLXI. — 1106, v. s., 18 janvier. — NOTICE DES DONS FAITS A SAINT-AUBIN PAR AUBRY DE CHAMBELLAY. (Copie, B. N., latin 17126, p. 90.)

Anno MCVI, indictione XIV, XV kalendas februarii, quidam clericulus de Chamberliaco, nomine Albericus, duoque fratres ejus, Drogo et Raginaldus, atque mater eorum, nominata Somera, in capitulo Sancti Albini, ante abbatem Archembaldum [1], quo in loco suscipit abbas predictum clericulum, sub nomine monachi futuri. Ipse autem, in presenti, dedit apud Chamberliacum, prope quatuor sextariatas terre et unum quarterium vinee et dimidium prati.

Testibus : Gosberto de Salcunniaco, Garnerio ejus hospite, Berengario de Ripa.

Hoc idem Albericus, filius Mauricii de Camaziaco, de cujus fevo

(1) La présence de cet abbé, entré en fonction en février 1106, montre que dans cet acte on a suivi le style de Pâques.

erat, concessit apud Andecavem, in cellario Sancti Albini, in presentia Archembaldi abbatis.

DCLXII. — 1106-1114. — NOTICE DE LA SENTENCE PAR LAQUELLE FOULQUES DE MATHEFELON ET L'ABBÉ DE SAINT-SERGE AVAIENT FIXÉ LES PARTS REVENANT AU RONCERAY ET A SAINT-AUBIN DANS LES CENS DUS POUR L'ÉCLUSE DE LA MAINE A MONTREUIL-SUR-MAINE. (Cartulaire du Ronceray, Bibl. d'Angers, ms. 760. — Imprimé par Marchegay, *Cartulaire du Ronceray*, nº CCXXVIII.)

Querela hec diu agitata est inter monachos Sancti Albini et sanctimoniales Sancte Marie Caritatis de clusa quadam que est in Meduana, apud Monasteriolum, de qua duodecim nummos de censu communiter reddere solebant diversis temporibus et diversis dominis et diversis modis. Septem namque nummos communiter reddebant in festivitate sancti Johannis et sex feria Andecava, partim Rogerio Malo Filiastro et partim Josberto de Salconio : ita tamen ut, transmutatis dominis, uno anno sanctimoniales redderent partem Rogerio et alio anno alteri, monachi Rogerio suam partem et sanctimoniales Josberto.

Cum autem Rogerius factus esset monachus, dedit suam partem census Sancto Albino : sanctimoniales autem censum sicuti consueverant persolvebant ; pro qua contentione monachi annonam de molendino, que ad eas pertinebat, suamque partem piscium usque ad mille anguillas aut eo amplius acceperant. De quibus, cum judicio Fulconis de Matefelone abbatisque Sancti Sergii aliorumque multorum cumvicti essent quod injuste acceperant, gagiaverunt abbatisse Theburgi quidquid inde acceperant.

Sed quia Ecclesia pace gaudet, barones assistentes rem ad concordiam reduxerunt hac conditione ut sanctimoniales, dimissis utrobique omnibus querelis, in feria Andegavina quoquo anno, de suis septem nummis quos debebant reddere de illo, censum redderent tres Sancto Albino qui Rogerium Malum Filiastrum de sua parte contingebant.

Hanc redditionem [Rogerius] filiusque ipsius Rogerii, Herveisius, fieri preceperunt ; abbasque Sancti Albini, Archembaudus

Poquet videlicet, cum monachis suis, Pagano videlicet filio Alerici et multis aliis, se in perpetuum testes futuros de hoc censu plegiaverunt, coram testibus istis :

Ex parte Sancte Marie : Fulcone de Mathefelon, magistro Guiberto, Raginaldo fossario, abbate Sancti Sergii domno videlicet Gauterio, Ivone priore, Godefredo monacho, Johanne monacho de Maignenia, Giraldo serviente Sancte Marie, Barbotino de Calvone, Barboto nepote Tetberti, Engelbaudo villano, Tetburge abbatissa, Adeladi de Cameliaco, Garsin de Monasterio.

Ex parte autem Sancti Albini affuerunt qui viderunt et audierunt : Argenbaudus abbas, Paganus Alericus[1], Rogerius Malus Filiaster, filius ejus Herveisius, Josbertus de Sarconiaco, Jaguelinus de Camatiaco, aliique ex utraque parte quamplures.

DCLXIII. — 1151, Le Lion d'Angers, et 1155, v. s., 9 avril, Candé. — NOTICE RELATANT LE DON FAIT AUX RELIGIEUX DE SAINT-AUBIN PAR AIMERY DE LA JAILLE, DE SA TERRE DE MONTREUIL-SUR-MAINE, ET LA LEVÉE DE DIVERSES OPPOSITIONS MISES A LEUR JOUISSANCE. (Copie, B. N, latin 17126, p. 107.)

Quoniam vita brevis . . . .

Haimericus de Jallia, miles, armis strenuus, genere nobilis, etate juvenis, apud Mosteriolum vicum decidit in lectum egritudinis. Qua ingravescente, de salute sua sollicitus, consilio suorum, pro anima sua et parentum suorum, dedit in elemosinam Deo et sancto Albino domum suam quam in vico predicto possidebat, et decimam sue partis quam in molendino de Rupe obtinebat, predium quoque suum, quod Charreirs appellatur, totum, cum nemore et pratis et oschis, que jam, anno preterito, cum graviter idem ipse infirmaretur, ab omni consuetudine liberum nobis donaverat.

Interea, morbo virum vehementer perurgente, amicorum sug-

(1) A noter ici la présence de ce Péan dont la compétition contre Archambault au sujet de la dignité d'abbé de Saint-Aubin fait l'objet de nos chartes CCCCXXVII à CCCCXXIX.

gestione suorum, magna cum devotione monachus noster effectus est.

Huic actioni interfuerunt : Giraudus prior, Gaufridus Burgevin, Gaudinus presbiter, Philippus de Ver, Lisoius de Choaneria, Guiddo Affichart, Chevroldus et Fexiliatus armigeri, Richeldis et Hildegardis sanctimoniales.

Nec multo post, vir predictus ad extrema perductus, hominem exiens, viam universe carnis ingressus est ; denique, cum magna militum peditumque caterva ad monasterium nostrum delatus, juxta patrem suum, reverentia qua decuit, sepultus est.

Quibus ex more peractis, propinqui et amici ejus venerunt in capitulum nostrum, ubi donum predicte elemosine seriatim recitaverunt testimonioque suo rem ita gestam roboraverunt et defensuros promiserunt.

Transactis deinde aliquantis diebus, convenerunt in Legione castro domnus Robertus abbas, cum quibusdam monachis, et ejusdem castri dominus F[ulcho], vir nobilis, cum amicis prefati Haimerici, quorum affectuosis votis et precibus lacrimosis jamdictam elemosinam, que de feodo suo existebat concesserat, confirmavit et abbatem investivit.

Concessit etiam hoc bone indolis puer, filius ejus, nomine Gaufridus.

Actum apud Legionem castrum, anno ab incarnatione Domini MCLI, indictione XIV.

Testes : Fulcho de Candeio, Gaufridus filius ejus, Rainaldus Rufus, Philippus de Ver, Guischardus de Nova Villa, Haimericus frater ejus, Bomerus de Cornuallia, Paganus Ferlus, Guarinus Ferlus, Petrus de Maumustium, Albericus de Vareda, Bernardus de Bollée, Philippus Accipiter, Guischardus Bardulfi, Ansaudus de Bitoborea, Albinus de Cornuallia, Richeldis monacha.

Ex parte monachorum : R[otbertus] abbas, Guarinus prior, Lucas prior, . . . Paganus de Alodis, Benedictus de Lochun.

Eodem anno, vir bone memorie Fulco et Gaufredus, filius ejus, venerunt in capitulum ; qui, accipientes beneficium ecclesie nostre pro concessione sepedicte elemosine, et Haimerici decimam pedagii de Nova Villa, quam idem Fulco, pro quodam puero quem

monachavimus ante biennium, nobis dederat, Robertum abbatem investierunt.

Interfuerunt : Philippus de Ver, Bomerius de Cornuallia, Gaufridus Gorrum, Nicholaus Pipini.

Post appositionem Haimerici de Jallia ad patres suos, igitur, data Sancto Albino domo sua, in Monasteriolo vico sita, et medietariam de Charreriis integre cum nemore et oschis de Gislarderia et sepibus in elemosinam, monachus Sancti Albini effectus est.

Surrexit quedam domina, Lora nomine, Wischardi de Jallia, predicti Haimerici patrui, uxor, que, quia ejus filiastra Haimerici sine liberis defuncti, jure hereditario contingebat, ejusdem Haimerici donum, domini quoque Fulconis de Candeio, ad cujus fevum predicta elemosina respiciebat, domum de Charreriis, cum annona, ceterisque cum utensilibus reliquisque combusserunt.

Monachi in patientia, ut monachos decet, longo tempore sustinuerunt ; tandem, salubri utentes consilio, Goslenum, siniscallum domini Hainrici, illustris Anglorum regis, dominumque Fulconem de Candeio humiliter adierunt, querimoniaque sua apud eos deposita, consilium auxiliumque petentes ab eis impetraverunt....

Dicta domina, amicorum suorum consilio, facta cum monachis concordia, domino Fulcone iterum confirmante, cum filio suo, Matheo, concessit, et Hugonem abbatem revestivit ; eodem filio suo investitura prosequente, aliorum filiorum suorum, Wischardi et Luce, filieque sue, Avicie, concessionem promisit.

Actum in crastino Ramorum Palmarum, Candeio, in curia.

Audientibus :

Ex parte monachorum : Hugone abbate, Fulcone priore, Guillelmo de Dolo, Andecavino, Monasterioli priore.

Ex parte Lore : Lisoio et Gervasio de Salconiaco, Samuele de Engria, Philippo Accipitre, Luca de Siuvré, Hamelino de Vallibus.

Cum itaque sopitum esset, excitatus est contra monachos quidam miles Fulco de Jallia, qui Teophaniam, filiam Lore primogenitam, duxerat, asserens se medietariam de Charreriis in maritagium cum predicta Theophania accepisse, multociens monachos inquietavit . . . .

Tandem pax diremit et elemosinam predictam concessit.

Audientibus : Engresso de Jallia, Luca de Siuvré, Suhardo de Capella, Petro de Ver, Beatrice uxore Philippi, Aremburge, matre ejusdem.

Anno MCLV.

Ludovico, filio Ludovici, in Gallia, Hainrico Juniore, filio Gausfredi comitis, in Anglia regnantibus.

DCLXIV. — 1167, v. s., 24 mars, Angers. — LETTRES PAR LESQUELLES HENRI II, ROI D'ANGLETERRE, CONFIRME L'ACCORD INTERVENU ENTRE SAINT-AUBIN ET LES FRÈRES DE LA JAILLE AU SUJET DE LA MÉTAIRIE DE CHARRAY. (Copie, B. N., latin 17126, p. 109.)

Ego, Henricus, Dei gratia, rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum et comes Andecavorum, notum . . . . . quod quedam controversia inter monachos Sancti Albini et Matheum de Jallia Wischardumque, fratrem ejus, super medietaria de Charreriis, quam Haimericus de Jallia, vir nobilis, cujus terra Matheo, jure hereditario, contingebat, eisdem monachis in eleemosinam dederat, et vir bone memorie, Fulcho scilicet de Candeio, ad cujus feodum terra illa respiciebat, benigne concesserat et ab eis inde trecentos solidos habuerat.

De ista contentione sic inter eos composui : dicti fratres, Matheus et Wischardus, medietariam de Charreriis, unde monachis calumpniam inferebant, totam, cum nemore et pratis et oschis Gillarderie et terra quam prefatus Haimericus judeo accommodaverat, liberam eisdem monachis, in presentia mea, concesserunt et, per manum meam, Willelmum, abbatem Beati Albini, cum quodam baculo investierunt.

Insuper, ut ipsi in ea fideliter custodienda monachis auxiliatores et protectores deinceps existerent, ex precepto meo, cuidam militi, nomine Alano de Rohan, manus dederunt.

Monachi, intuitu pacis, Matheo, qui erat primogenitus, octoginta solidos, et Wischardo quadraginta, dederunt.

Actum in Ramis Palmarum, Andegavis, in aula mea, anno ab incarnatione Domini M CLXVII, indictione XV.

Videntibus : Conano, comite Britannie, Alano de Roham, Simone Torna Bovem et multis aliis.

De monachis : Willelmo abbate, Lisoio de Cella, Herberto hospitiario, Bruno[ne] priore de Pinciaco.

Ego vero, Henricus, Dei gratia, rex Anglorum, sigilli mei impressione hoc roborans, ratum in perpetuum haberi et irrefragabiliter observari precepi, et sub custodia mee defensionis heredumque meorum suscepi.

PRIEURÉ DE CHAMPIGNÉ-SUR-SARTHE

DCLXV. — 1154, après le 23 mai. — NOTICE DE LA FONDATION PAR BERTHELOT DE CHAMPIGNÉ D'UNE CHAPELLE A CHAMPIGNÉ. (Copie, B. N., latin 17126, p. 156.)

Noverint . . . . quod Bartolotus de Campiniaco, apud eundem vicum, in parrochia matris ecclesie, videlicet Sancti Martini, capellam in honore beate Marie construxit . . . et cum abbate Sancti Albini concordavit quod non ponet abbas servitorem in dicta capella, nisi cum consilio Bartoloti et heredum ejus . . . .

Anno MCLIV, Hugone abbate.

Hoc concessit Hugo de Cleeriis, siniscallus Fisse.

PRIEURÉ DE CHAMPIGNY-LE-SEC

DCLXVI. — 1089, 8 août. — LETTRES PAR LESQUELLES GEOFFROY DE TOURS, ÉVÊQUE D'ANGERS, APPROUVE LA CESSION FAITE A SAINT-AUBIN PAR LE CHANOINE RAINARD DE L'ÉGLISE SAINT-MAURICE DE PARNAY. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 229, fol. 13.)

In nomine Domini nostri Jesu Christi, ego, Gaufridus, Dei gratia, Andecavorum episcopus, rogatu Rainardi, canonici nostri, dono et concedo ecclesiam Sancti [Petri[1]], apud Petriniacum sitam, cum pertinenciis suis, ecclesie Beati Albini et venerabili ipsius cenobii abbati, Girardo, ac fratribus ibidem Deo usque ad finem seculi servientibus.

Siquidem predictam ecclesiam de beneficio nostri episcopii idem Rainardus diu tenuit ; sed postea ipsam, pro remedio anime sue et parentum suorum, Sancto Albino per manus nostras in perpetuum tradidit.

Et ne aliquando aliquis successorum nostrorum vel alius quilibet, malo ingenio fretus, hanc nostre parvitatis elemosinam cassare vel perturbare audeat, hanc cartam, in capitulo nostre sedis, manibus nostris et manibus fratrum nostrorum canonicorum Sancti Mauricii Andecavensis signando roboravimus.

S. Gau	fridi
epis	copi

[*Première colonne :*] S. Gosberti decani. S. Gaufridi thesaurarii et archidiaconi. S. Marbodi archidiaconi. S. Warnerii archidiaconi. S. Gaufridi cantoris. S. Huberti de Balgiaco canonici. S. Widdonis Aculei canonici.

[*Deuxième colonne :*] S. Willelmi Musce canonici. S. Gosfredi de Sancta Gemma. S. Gosfredi Martini canonici. S. Rainardi

(1) Ce nom a été effacé et remplacé au XVI[e] siècle par le mot « Mauricii ».

canonici. S. Willelmi de Sancto Laudo canonici. S. Gisleberti de Doé canonici.

De laicis affuerunt : Gosfredus de Coloniis et Berardus, frater ejus, Fulcradus corvesarius, Walterius Avis, Gosbertus Aquila.

Actum Andecavis, in capitulo Sancti Mauricii, anno ab incarnatione Domini MLXXXIX, VI idus augusti, Philippo rege Francorum, Andecavorum consule Fulcone Juniore.

DCLXVII. — 1082-1106. — NOTICE DE L'ABANDON FAIT A SAINT-AUBIN PAR UN CHEVALIER DU NOM D'ACHARD DE SES DROITS SUR L'ÉGLISE DE SOUGÉ ET DE DIVERS BIENS. (Pancarte du XIIe siècle, Bibliothèque d'Angers, ms. 752, fol. 5.)

Tempore domni abbatis Girardi, donavit quidam miles, Achardus nomine, Sancto Albino et monachis suis, pro redemptione anime sue, hoc quod ipse habebat in ecclesia Sancti Mauricii de Solzi, hoc est tres partes de ecclesia, et unum joit de vinea, et quartam partem de medietate decime, et medietatem terre que pertinet ad altare, et unam rupem ; unde reddit domnus Matfredus, qui oboedientiam servat, unum denarium de censu.

Istam donationem Achardi firmaverunt atque auctorizaverunt Haimericus Potinus, frater suus, et filius Haimerici, Walterius, et David, nepos Achardi et Haimerici. Et dedit domnus abbas Haimerico et David, propter suas partes, unum joit de vinea et unam moiam de terra et quattuor libras de denariis.

Et promisit Haimericus quia si filius suus Walterius moritur sine herede, Sancti Albini sit et eschiangium et quicquid in die sue mortis habuerit.

Tamen si quandoque surrexerit aliquis qui mittat calumniam in illas partes propter quas dedit domnus abbas eschiangium Haimerico et David, judicatum est ut illi perdant, si defendere vel adquietare non potuerint calumniam.

Res istas quas habemus suprascriptas tenebant fratres isti, id est Achardus et Haimericus, de quodam vassallo, Raginaldo, viario de Monte Sorello, cui prestabant de servitio omni anno unum caballum quadraginta diebus ; sed istud grave servitium redemit

domnus abbas de Raginaldo viario tredecim libras de denariis, per laudationem et assensum Achardi et Haimerici et David.

Hanc venditionem fecit Raginaldus viarius per assensum Haimerici de Bernezai, de cujus casamento erat supradictum fevum, et postea promisit et affirmavit in capitulo Sancti Albini quia si in hanc suam venditionem calumnia quandoque surrexerit, ipse eam destruet, et contra omnes homines defendet et quietam faciet.

Et ut venditio sua plus firma sit et plus stabilis, fecit inde donum Sancto Albino ipse et uxor sua, Guitburgis, de cujus mariagio res erat, et duo filii ejus. Et sicut simul prendiderunt suum beneficium, ita simul donum etiam super altare Sancti Albini posuerunt.

De hac venditione et dono Raginaldi viarii testes sunt :

De sua parte : Radulfus de Valvort, et Raginaldus, et Andreas pontenarius, et Achardus, Haimericus Potinus et Walterius, filius ejus, et David, nepos ejus.

De nostra parte testes sunt : Aldulfus, Hilarius, Warinus, Guafridus Pulsatus, Morinus Posquez, Rotbertus hospitelarius, Raginaldus pistor et frater ejus, Isenbardus, Brionus, Benedictus, Radulfus Entroinnardus, Gaufridus Lunellus, Gaufridus Morellus, Fulchradus, Christianus Picardus, Herbertus, Rannulfus, Johannes, Bernerius cellararius, Joscelinus, Rotbertus de Insula.

DCLXVIII. — Vers 1100. — NOTICE DE L'ABANDON PAR GIRAUD LE LONG DE THOUARS DE SES PRÉTENTIONS A LA RECOMMANDATION DE CHAMPIGNÉ-LE-SEC ET DU COUDRAY-MACOUARD. (Pancarte du XIIe siècle, Bibliothèque d'Angers, ms. 752, fol. 5.)

In terra de Campaniaco reclamabat Giraldus Longus de Toarcio commandationem quam dicebat se tenere de vicecomite. Hanc commandationem et illam quam reclamabat etiam in terra nostra de Coldriaco, penitus nobis dimisit, sumptis inde a nobis tali pacto quadraginta solidis et modio avene, ut neque ipse, neque heres ejus post eum ultra jamdictas commendationes requirat.

Hanc dimissionem auctorizavit filius ejus, qui duos solidos inde habuit.

De qua re testes sunt : Paganus, frater supradicti Giraldi, Gosfredus Naalia, Martinus Rossellus, Fulcho serviens ;

De monachis : Fulcradus prior, Drogo, Warnerius ;

De famulis : Radulfus Entroignardus[1] et David.

DCLXIX. — 1100, v. s., 30 mars. — CHIROGRAPHE PAR LEQUEL RENAUD LE VOYER ET SES ENFANTS RENONCENT A LEURS REVENDICATIONS CONTRE SAINT-AUBIN. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 229, fol. 11.)

Ego, Rainaldus, cognomento Vicarius, et duo filii mei, Radulfus et Haimericus, cum filia mea Margarita, dimittimus et condonamus Girardo, abbati Beati Albini, et omnibus monachis ejus, fratribus et amicis nostris, omnes querelas et causationes quas usque ad hanc diem erga eos habuimus, et eas nominatim de quibus nunc placitatio nobis contra illos erat, de hospitalitio scilicet monachi faciendo ad ecclesiam Solziaci, et de procuratione et stipendiis que ab ipsis repetebamus nobis debere fieri quotiens Andecavis pergebamus.

Et hoc utique facimus pro redemptione animarum nostrarum et omnium predecessorum nostrorum et proprie pro anima Guiburgis, carissime uxoris mee, matris ipsorum filiorum meorum, que nuper ex hac vita decessit, pro qua ipse abbas et ceteri fratres cantari faciunt quingentas missas.

Michi vero donant in presens viginti solidos, et majori filio meo quindecim, minori quoque bliaudum fustanei, ut sint hec donaria in testimonium plene condonationis nostre et pacis et concordie.

Ab hac igitur die et deinceps, monachi Sancti Albini quecumque a nobis venditione aut donatione illis collata sunt in pace et quiete possidebunt, sicut catholica consuetudo est monasteriorum aut ecclesiarum possidere beneficia laicarum personarum. Nichil ab eis amplius vi aut consuetudine postulabimus, sed simpliciter

(1) La présence de ce témoin, qui figure déjà aux numéros CCXXXVII, et DCLXVII, permet d'assigner à cet acte la date approximative placée en tête.

et pure recognoscent ex nobis beneficia nostra, nosque illis erimus in omnibus tutores et defensores et medii inter eos et dominos nostros a quibus ea tenebamus, ut bene sit animabus nostris ante oculos Summe Majestatis.

Ad hujus itaque rei firmitatem presentem scripturam testem relinquimus, quam etiam propriis signis nostris, propriis manibus depictis, ego cum filiis meis et filia confirmavimus, ut sit in testimonium sempiternum contra omnes qui hoc factum nostrum negare aut destruere voluerint.

Testes sunt :

De parte nostra : Gaufridus Bibevinum, Berengarius capicarius, Martinus frater Andree, Andreas frater Martini, Gauterius de Parrenai, Odo faber ;

De parte monachorum : Aldulfus armarius, Albertus prior Campaniaci, Rotbertus prior Maironi ;

Et de hominibus eorum : Rainaldus Meschinus, Tetbaudus filius Raingardis, Aldebrannus filius Adelardi, Girardus Goaldus, Ursellus Nannetis.

Hanc predictam concordiam monachorum cum Rainaldo de causis supradictis concessit postea Margarita, filia predicti Rainaldi Vicarii, et vir ejus, Guillelmus Dianet, et filie ejus, Amelina, Marchisia et Brunichildis.

Unaqueque harum pro hoc habuit sex denarios ; patri vero eorum et matri dederunt monachi sexaginta solidos.

Hoc audierunt :

Ex parte Guillelmi : Gosfridus [jud]eus et Garrellus frater ejus, Gaufridus Bodin, Haimericus Tosana ;

De nostris : Goslenus de Molendinis, Belotus.

Actum....... Turonice diocesi, anno ab incarnatione Domini M C, indictione VIII, III kalendas aprilis.

Signum	Radulfi	Signum	Rainaldi	Signum	Haimerici
filii Ra	inaldi.	vicarii		filii	Rainaldi

Signum	Margarite
filie	Rainaldi

DCLXX. — 1103, 10 mai. — NOTICE RELATANT LE DON FAIT A SAINT-AUBIN PAR GAUTIER DE MONTSOREAU DU PÉAGE DE SOUZAY ET LA CONFIRMATION DE CE DON. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 229, fol. 5 ; pancarte du XII[e] siècle, Bibliothèque d'Angers, ms. 752, fol. 5.)

Gualterius de Monte Sorello vendiderat monachis Sancti Albini pedagium de villa que dicitur Solziacus ; sed postea cepit remordere et calumpniari scriptum quod de hac re pridem factum fuerat.

Igitur ut istam penitus dimitteret calumpniam, dedit eidem Walterio Albertus monachus, prepositus de Campaniaco, breviarium ipsius obedientie, et Odoni Modico, pedagiatori ejus, unam ovem. Qui Walterius pro hoc dono omnem calumpniam dimisit et pedagium, sicut carta a monachis antea de hac re facta continebat, concessit, et insuper pedagium de vinca Hildebranni, generis Rainaldi le Meschin.

Hujus rei testes sunt :

De parte Walterii : Jofredus, sororgius ejus, Walterius de Geseus, Walterius Gifart, Wastinellus de Burgulio, Arrabi de Mosteriolo, Odo Bordalt ;

De parte monachorum : Ottrannus, Hildebrannus, Girardus Borriana, Paganus de Mairono, Albertus de Rochis et duo fratres ejus, Poonellus et Willelmus.

Actum apud Campaniacum, in domo monachorum, anno ab incarnatione Domini M C III, VI idus maii.

Parvo autem tempore [1], Galterius et Willelmus, filius ejus, abbati Sancti Albini et ejus monachis hanc veterem kartam ab eis impetratam concesserunt, et de hac concessione Galterius viginti solidos habuit. Insuper dederunt ei cucullam quam cuidam clienti suo, monachilem habitum suscipienti, dedit.

Willelmus autem, frater ejus, concessionis gratia, quinque solidos petivit et habuit.

Hujus rei sunt testes : Radulfus abbas Silliacensis, Gaufredus

(1) Ces dernières lignes manquent dans le manuscrit 752.

ejus monachus, Bruno monachus, Gosbertus, Aalon Gibaldus, Valotus vicarius, Radidficus de Borno,.... balisterius, Rotbertus.

DCLXXI. — Vers 1103. — NOTICE DE L'ACHAT PAR LE PRIEURÉ DE CHAMPIGNY D'UNE TERRE ENCLAVÉE DANS LES SIENNES. (Pancarte du XIIe siècle, Bibliothèque d'Angers, ms. 752, fol. 5.)

Albertus monachus emit de Gosfredo de Salmuntiaco terram que erat in medio culture monachorum de Campaniaco. Pro qua terra habuit ipse Gosfredus decem solidos, et duo fratres ejus habuerunt inde singuli duodecim denarios, et Salomon de Salmuntiaco unam lagenam vini.

Hujus rei testes sunt : Hildebrannus de Tuschia et Constantinus, frater ejus, et Hildebrannus, frater David.

De hac terra reddet monachus de Campaniaco censum sex denariorum ipsi Gosfredo ad missam Sancti Florentii.

DCLXXII. — Vers 1115. — NOTICE DE DIVERSES ACQUISITIONS FAITES PAR LE PRIEURÉ DE CHAMPIGNY. (Pancarte du XIIe siècle, Bibliothèque d'Angers, ms. 752, fol. 5.)

Guntardus et Gosfredus Mintardus vendiderunt Alberto monacho unum ortum apud Campaniacum et partes suas de aliis duobus ortis, portiones etiam terre que sunt intra domos supradicte ville. Habuitque inde Guntardus, tam ipse quam uxor ejus et filii ejus, quatuordecim solidos. Ingelbertus vero, serviens ejus, habuit inde duodecim denarios. Gosfredus autem, cum uxore sua, habuit inde sex solidos. Johannes vero, serviens ejus, habuit inde duodecim denarios.

Concesserunt quoque ipsi Alberto monacho fossatum quod est in circuitu vinearum nostrarum, que sunt apud eamdem villam, pro supradicto precio.

Hujus rei testes sunt supradicti servientes, Ingelbertus et Johannes.

De parte monachorum : Rainaldus li Meschins, Hildebrannus et Constantius, supradicti Rainaldi nepotes, Frotbertus, Girardus filius Borriane.

DCLXXIII. — 1127-1154, un 9 septembre. — NOTICE D'UNE TRANSACTION PASSÉE ENTRE SAINT-AUBIN ET AIMERY DE BERNEZAY. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 229, fol. 7.)

Aimericus junior, filius Haimerici de Berneziaco, calumnia[batur Campaniacum] et omnia que de feodo antecessorum ejus longo tempore [apud Bernezi]acum monachi Sancti Albini tenuerant. Et, cum in calumpnia sua perseveraret et malum eis faceret et pejus facere minitaretur, monachi, secundum Apostoli dictum, redimentes tempus quoniam dies mali sunt, concordiam cum eo fecerunt. Qui, accepta caritate ab eis, omnem calumpniam quam illis faciebat dimisit, et primo quidem, veniente Pagano Macoardi, priore Sancti Albini, apud Berneziacum, in camera sua, omnia que monachi Sancti Albini de feodo ejus illo die habebant, omnia penitus illis in elemosinam concessit Agatha, mater ejus, et duo fratres ejus, Gosfredus et Briccius.

Post hec autem, venit supradictus Haimericus de Berneziaco in capitulum Sancti Albini, v idus septembris, ibique accepit beneficium ecclesie sibi et animabus patris et matris sue, calumpniamque quam monachis ante fecerat omnino dimisit, et quicquid de feodo de Berneziaco monachi Sancti [Albini possi]debant omnino eis in elemosinam concessit ; et de concessione illa domnum Ro[bertum] abbatem cum una virgula revestivit, [et eamdem vir]gulam super altare Sancti Albini misit.

Audientibus et [videntibus : G]audino de Vegia, Petro Witer, Gervasio de Locae,...... de Haia.

De nostris : Rotberto Carruels, Adelardo ....ta, Pagano Sorini, Rainaldo Vitulo, Fromundo prioris [famulo, Aim]erico Papilione, Huberto de Valeia.

DCLXXIV. — 1142, Angers. — NOTICE RELATANT L'ACCORD ÉTABLI ENTRE SAINT-AUBIN, D'UNE PART, PÉAN DE CLAIRVAUX ET HUGUES DE POCÉ, DE L'AUTRE, AU SUJET DE COUTUMES MISES PAR CES DERNIERS SUR CHAMPIGNY ET DONT ILS CONSENTENT A

LIBÉRER LE PRIEURÉ MOYENNANT UNE RENTE. (Bibl. nat., latin 17126, p. 65.)

Sicut monachorum investiture et regalia scripta testantur, quedam villa que Campaniacum vocatur, inter Fontem Ebraldi et Salmurium, in terra cui Bor nomen est sita, regio munere solida et absoluta ab omni consuetudine, cum omnibus appendiciis suis, juris ecclesie Beati Albini esse dinoscitur. Memoratam quoque villam Gaufridus Grisiagonella, strenuissimus Andecavorum comes, cum aliis possessionibus, predicte ecclesie concessit et privilegio confirmavit, quando ibidem ordinem monachorum, qui ibi antiquitus floruerunt, restauravit, sicut carta ejus, imperio facta et magna auctoritate corroborata testatur et ostendit.

Evolutis postea multorum annorum curriculis, accidit ut, malicia crescente, tempore Gaufridi, Andecavorum comitis, filii Fulconis, Iherosolimitani regis, duo potentes viri, Paganus scilicet de Claris Vallibus et Hugo de Poceio surgerent, et se contra ecclesiam Sancti Albini erigerent, et predicte ville habitatores, tam monachos quam laicos, consuetudines intolerabiles exigentes, graviter vexarent. Consuetudines autem quas exigebant iste sunt: vicaria, segrearia, maiagium, istasque a predictis habitatoribus sepe per violentiam et potentiam extorserunt.

Unde monachi vehementer commoti querimonia lacrimabili Gaufrido, illustrissimo comiti, supplicantes ne hoc fieri pateretur multociens exoraverunt.

Comes igitur, tandem pietate motus, utrisque justicie exercende terminum posuit. Termino constituto utrimque Andecavis se curie comitis presentaverunt. Audita utriusque controversia partis, comes ad faciendum judicium, judices tam clericos quam laicos, in partem misit. Dum vero illi inter se de judicio agerent, comes benigne cum abbate de concordia loqutus est. Consilio itaque comitis, monachi et milites hanc iniere concordiam ut, omnibus consuetudinibus dimissis, scilicet tribus forfactis, furto, homicidio, incendio, predictis militibus, monachi quindecim solidos annuatim redderent, et ita predictam villam, cum terra culta et inculta, pacifice et quiete possiderent.

Actum Andecavis, anno Domini M C XLII, indictione V, coram subscriptis testibus : Rotberto Sancti Albini, Herveo Sancti Sergii, Fulcone de Ponte Othranni, abbatibus.

De clericis : Richardo decano Sancti Mauricii, Grafione cantore, Normanno et Radulfo archidiaconis, magistro Vasleto, magistro Arnulfo, canonicis ; Engelbaldo Marcoardi, Giraldo, Garsilio monachis.

De militibus : Tetbaldo de Blazone, Andrea de Doato, Waufrido de Ramoforti, Absalone [Int]roingnardi, Radulfo de Grez, Loello Ferli, Gaufrido de Cleeriis, Hugone et Fulcone, fratribus ejus, Petro Letardi, Buchardo de Mareillio, Burreio laico.

Ego Gaufridus, Andecavorum comes, hoc concessi et sigilli mei impressione confirmavi.

Terminus quindecim solidorum est ad festum Beate Marie, medio augusti.

DCLXXV. — 1195, 12 avril. — CHIROGRAPHE RELATANT L'ACCORD INTERVENU ENTRE SAINT-AUBIN ET UN PRÊTRE DU NOM DE ROBERT, RELATIVEMENT A DES DROITS SUR CHAMPIGNY-LE-SEC ET SUR AVEZÉ. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 229, fol. 15.)

Universis fidelibus ad quos littere presentes pervenerint, magister Gerardus, decanus Sancti Laudi, et magister Petrus de Maudestor, archipresbiter Andegavensis, et Odo prior Sancti Albini, et Buchardus de Sazilé, ac magister Nicholaus de Guirchia, canonici Andegavenses, et magister Stephanus de Palude, et magister Rogerius de Barra, perpetuam in Christo salutem.

Qualiter causa que agitabatur inter ecclesiam Sancti Albini Andegavensis, ex una parte, et Robertum presbiterum, olim matricularium Sancti Mauricii Turonis, ex altera, super domo de Campineio Sicco et rebus ejusdem domus, et super ecclesia de Avesio, et super debitis obedientiarum Beati Albini, et super aliis quibusdam articulis, per Dei gratiam, nobis componentibus, per amicabilem compositionem finem sortita est, vobis dignum duximus significare.

Predictus Robertus possidebit integre et libere predictam

domum cum universis rebus et pertinentiis suis, usque adeo, inquam, libere ut, de quatuor libris Andegavensium quas eadem domus singulis annis tenetur solvere ecclesie Sancti Albini, Robertus nil solvat usque ad decem annos; post decimum annum singulis annis solvat vigenti solidos.

Item usque ad tres annos singulis annis dabitur Roberto, de decima quadam ad abbatiam Sancti Albini spectante, unus modius annone, videlicet dimidius fabarum et dimidius siliginis, ad mensuram publicam ipsius loci, postquam annona fuerit mundata in area.

Rursus, abbas monacabit nepotem Roberti, Johannem nomine, et vestiet eum in ingressu monasterii; exinde Robertus vestiet eum omnibus diebus vite sue et habebit eum secum in predicta domo, etiam statim monacatum.

Si vero prefatum Johannem obire contigerit, unum ex monachis supradicte abbatie loco ejus secum tenebit, cui dabit abbas vestituram.

Amplius abbas fideliter adibebit operam et diligentiam, sicut pro uno de prioribus suis, et auxilium atque consilium Roberto ad resarcienda dampna dicte domui et rebus ejus illata ex quo eam cepit tenere, contra omnes malefactores, injuriatores et molestatores ejusdem domus et rerum ipsius.

Hanc compositionem, ad peticionem ipsius Roberti factam, idem Robertus, juramento corporaliter prestito, servare promisit, et abbas, sub anime sue periculo idem simplici promissione firmavit.

Actum in refectorio Sancti Mauricii Andegavensis, anno ab incarnatione Domini M CXCV, pridie idus aprilis.

Presentibus illis quorum nomina sunt subscripta :

De monachis : Lucas, sacrista Burgulii, Gaufridus hostiarius, Gaufridus censerius ;

De clericis : Radulfus clericus, Hamericus Sanson ;

De laicis : Johannes Bonel, Durant de Pincé, Gaufridus frater magistri Nicholai, Michael famulus Buchardi, canonici, et plures alii.

PRIEURÉ DE CHATEAU-GONTIER

DCLXXVI. — 1040-1060. — NOTICE DE L'ABANDON FAIT A SAINT-AUBIN PAR UN NOMMÉ OTBERT, POUR EN JOUIR APRÈS SON DÉCÈS, DE TOUS SES DROITS SUR UNE TERRE SITUÉE A BAZOUGES QU'IL TENAIT DE L'ABBAYE. (Pancarte du XII[e] siècle, Archives de Maine-et-Loire, H. 100, fol. 74.)

Otbertus, memor de hoc quod Dominus in Evangelio dixit : « Date et dabitur vobis », terram quam de Sancti Albini benefitio habebat in curte Basiligis Sancto Albino donat habere post obitum ejus ; quicquid in suo dominio tenere videbatur, monachi in suo dominio eque teneant, et quod de eo homines in fevo tenebant, similiter de Sancto Albino teneant.

Qua de re, Gauzfredo comite auctorizante, donum super altare Sancti Albini posuit, tali conventione ut, si moriatur infra viginti leugas a civitate Andecavis, aportetur ad monasterium cum processione et ibi ejus obsequium honestissime procuretur.

Si quis vero hoc quassare voluerit, a communione Domini sit segregatus et omnibus sanctis ejus anathematizatus.

Testes sunt hii : Gausbertus Chotart, Tetbaldus de Bezal, Adraldus prepositus, Rotbertus Rabies, Fulcodius filius Paterici, Randulfus Caput Ursi, Lescelinus filius Lanberti, Engelgerius Adidos, Bernerius cellararius, Bernerius secretarius, Joscelmus, Rannulfus, duo nepotes Gausfridi comitis, scilicet Gausfridus atque Fulco.

DCLXXVII. — 1056-1060. — NOTICE DANS LAQUELLE LES MOINES DE SAINT-AUBIN, APRÈS AVOIR RELATÉ L'ÉCHANGE FAIT ENTRE EUX ET FOULQUES NERRA D'UNE TERRE SISE EN BEAUVOISIS CONTRE UNE TERRE SISE EN ANJOU, DISENT COMMENT ILS FURENT ENFIN MIS EN POSSESSION DE CELLE-CI PAR UN DON D'ÉON DE BRETAGNE. (Copie, B. N., latin 17126, p. 75.)

Multa scientie profutura mortalium, quodam quasi nuntio

litterarum precedens subsequenti mandat etas etati, que, nisi scriberentur, notione rerum memoria dignarum posteri fraudarentur.

Quapropter nostrorum posteritati successorum rem intimis memorie recondendam finibus, fideli et diuturno carte hujus testimonio notificamus Andecavorum comes, Fulco nomine, et monachi sancti Albini, Andecavensis episcopi, quarumdam suarum commutationem fecere terrarum : ita ut monachi darent comiti curtem quandam in pago Belvacensi consistentem, Undanis villa vocatum, ab omni consuetudine et exactione liberriman ; et comes daret monachis curtem, Basilicas nominatam, in pago Andecavino sitam, similiter liberam et quietam. Sed hujus curtis medietatem statim cum ecclesia tota dedit ; alteram vero medietatem in vita dumtaxat sua sibi retinuit, ea convenientia ut, post obitum suum, cum omni melioratione, in dominium cederet monachorum.

Hac de re cartam scribi precepit, et, sub omni maledictionis et excommunicationis anathemate, ne quis eam partem monachis auferret interdixit, cartamque signo suo, crucis videlicet caractere, roboravit.

Processu vero temporis, sue ipse sponsionis et confirmationis atque excommunicationis vel oblitus vel negligens, medietatem curtis quam Sancto Albino jam condonaverat, et, post suum decessum a monachis possidendam delegaverat, contra jus et divinum et humanum, suis dedit militibus, monachis quantum poterant contradicentibus.

Postea, comite defuncto Fulcone, cum filius ejus, comes scilicet Gausfridus, potestatem paterni suscepisset honoris, querelam apud eum monachi facte sibi a patre ejus injusticie deposuerunt ; et jus suum, auctoritate carte quam habebant reclamaverunt ; sed clamoribus eorum aures comitis obsurduerunt. Maluit namque paterne culpe, sicut et honoris heres esse, quam se vel patrem a peccato injusticie liberare.

Denique etiam ipse partem medietatis ipsius curtis, que Sancto remanere debuerat Albino, comiti Britannie, Eudoni nomine, dedit, et alias aliis, sicut ejus placuit violentie, distribuit.

Transacto aliquanto tempore, monachi Sancti Albini, tam precibus quam ratione egerunt cum Eudone comite ut terram, que eis injuste fuerat ablata, restitueret ; immo vero, propter Deum, non tam redderet quam donaret. Quod ea ratione facturum se spopondit si comes Gausfridus, de quo illam tenebat, annueret. Annuit ille, auctoramento voluntario et publico, et dedit ipse terram liberalitate nobilem qua decebat principem, ab omni dominatu et consuetudine absolutissimam, nichilque sibi in ea retinuit, et quicquid habebat, et sicut tenebat, solidum quietumque contradidit. Et ne post hoc aliqua pullularet calumnia, scriptum hoc inde fieri jussit, quod ipse et uxor ejus et liberi, in plena curia, firmaverunt, et, coram omni suorum conventu militum roboraverunt.

Comes etiam Gausfridus, ne quid firmitati deesset, dono huic, sicut jam dictum est, annuit et scriptum hoc, auctoramento spontaneo, firmavit.

Horum omnium et auctores huic noticie subscripti sunt et testes :

Comes Eudo, uxor ejus Orguen, et filii eorum Gausfridus, Alanus, Willelmus, Rotbertus, Ricardus ; Maino episcopus, Niellus vicecomes, Rodaldus filius Constantini, Radulfus Largus, Mainbonius filius Marioni, Herveus filius Coranti, Gradelonius, Ebrardus mercator, Judicalis de Triguer, Rogerius filius Ascelini monachi, Hermandus, Lotharius filius Pringuenti, Gausfridus filius Mainonis, Radulfus filius Radulfi Englesi, Hildrocus, Anscherius filius Anauti, Trihannus filius Morvani, Tanveus filius Isembardi monachi, Morvanus filius Judicalis, Aldroenus, Radulfus Fulburdonius, Rivallonius prepositus, Guihenocus, Gausfridus filius Martini.

De famulis Sancti Albini : Fulco, Gauscelinus, Arralfus, Tetbaldus, Harierius, Frotmundus, Bernerius, Johannes, Hildulfus, Ulricus.

Testes qui affuerunt quando comes Gausfridus auctoramentum suum fecit et cartam istam signo suo firmavit hii sunt :

Gretia comitissa, Gosfridus et Fulco, nepotes comitis, Rotbertus Burgundus et Heinricus et Wido, tres fratres, Odricus de Castro

Celso, Ivo de Galli[n]a, Willelmus de Rochia, Fulcardus de Rupeforte, Hugo Normannus, Raherius de Lugeto, Waldinus de Malocornu, Hilduinus prepositus, Acfridus serviens comitisse Grecie, domnus Eusebius episcopus, Rainaldus diaconus, Gosfridus clericus Sancti Mauricii, Rotundus, Johannes, Gosbertus, Ebolus, canonici Sancti Laudi ; domnus Teodericus abbas, Otbrannus prior, Gosfridus monachus.

Signum	Eudonis	Signum	Gausfridi
comi	tis	comi	tis

DCLXXVIII. — 1082-1106. — NOTICE DU DON D'UN ÉTANG FAIT AUX MOINES DE SAINT-AUBIN PAR RENAUD DE CHATEAU-GONTIER.
(Copie, B. N., latin 17126, p. 319.)

Ne posteritati nostre rerum preteritarum veritas subtrahatur et aliqnando fallaciis pravorum obnubiletur, scribimus quod Rainaldus de Castro Gunterii apud eundem castrum unum stagnum fecit et edificavit, quod sicut fecerat et edificaverat dedit Deo et sancti Albini monachis, in eodem castro Deo et sancto Johanni Baptiste servientibus.

Cujus stagni unam partem quidam miles, Warinus, Coirandus nomine, diu monachis calumniatus est ; qua tandem finita calumnia, supradictus Warinus et monachi venerunt ad pacem et concordiam, dantibus tamen ei monachis pro hac concordia quadraginta quinque solidos denariorum.

Hoc autem factum est ante Girardum abbatem, apud idem Castrum, in claustro monachorum, concedente ipso Warino et uxore ejus, Juliana, et filia ejus, in cujus manu misit etiam duos solidos de supradictis denariis Widdo de Mathefelone, qui tunc temporis prior erat obedientie ; et insuper, ad majorem recognitionem, dedit ei, in eodem loco unum de panibus monaehorum.

Audientibus et videntibus istis :

Monachis : domno Girardo abbate, Widdone de Mathefelone, Walterio de Lovaignis, Warino de Guilcio, Haimone cellarario,

Rotberto presbitero de Basilgiis, Rotberto presbitero de Sancto Johanne.

De laicis : Fulchone de Mathefelone, Suhardo Barrato, Trihanno Berengerio, filio Rainerii, preposito, Rainerio camberlano abbatis, Rainerio Jerosolimitano, Firmato, Bernardo, Warino Groshomet.

DCLXXIX. — 1109, 9 septembre. — ALLARD DE CHATEAU-GONTIER RECONNAÎT QUE BAZOUGES, QUI APPARTIENT A SAINT-AUBIN, N'EST GREVÉ D'AUCUN DROIT A SON PROFIT. (Copie, B. N., latin 17126, p. 145.)

Cum, habundante iniquitate . . . . . Adelardus, Castri Gunterii dominus, Rainaldi Jerosolimitani filius, curtem dominicam quam habent monachi Sancti Albini prope Castrum Gunterii, que Basiligia dicitur, immunem ab omni consuetudine esse recognovit . . . . Archembaldo abbate et Rainaldo episcopo Andegavensi. . . . . . .

Testes : Suhardus Barratus, Gosbertus de Salconiaco.

Actum anno MCIX, V idus septembris.

DCLXXX. — 1112. — NOTICE DES DONS FAITS AUX MOINES DE SAINT-AUBIN PAR ALLARD DE CHATEAU-GONTIER. (Copie, B. N., latin 17126, p. 315 et 317.)

Anno Domini MCXII ab incarnatione, Adelardus, Castri Gunterii dominus, judicio Dei infirmatus, visitatus est ab episcopo Andegavensi, Rainaldo, et abbate Sancti Albini, Archembaldo. Quibus presentibus, penitens ille super multis et magnis malis que abbatie Sancti Albini intulerat, quasdam consuedines, quas in terra Sancti Albini habebat, monachis ejusdem Sancti in perpetuum condonavit. Remisit quippe eis tres summas vinagii quas de vinea Pelletariorum omni anno accipiebat, et examen apum, quod homines ejus per bosculos monachorum sicubi inveniebant, accipiebant ; forestagium quoque domorum burgi eorum, de quibus accipiebat unum denarium de unoquoque solido cum venderentur, quia de boscis suis coeduis domus facte erant.

Consuetudinem etiam terre de Maresiis que est apud Campiniacum, quam sicut alias consuetudines terre illius a Fulchone comite promeruerat, Sancto Albino condonavit.

Hec igitur omnia sub presentia predicti episcopi et abbatis supramemorati, pro remedio anime sue Sancto Albino ejusque monachis in perpetuum concessit.

Audientibus et videntibus, cum supradictis personis : Stephano archidiacono et Luca, monachorum preposito.

DCLXXXI. — 1123, 1er mars. — CHARTE DANS LAQUELLE RENAUD, ÉVÊQUE D'ANGERS, RELATE LE DON DE LA DÎME DU PORT DE CHATEAU-GONTIER FAIT A SAINT-AUBIN PAR ALLARD, SEIGNEUR DU DIT LIEU, ET PAR MATHILDE, SA FEMME. (B. N., Baluze, vol. 139, p. 315, et en partie dans ms. latin 17126, p. 145. — Imprimé par Sirmond, *Goffridi, abbatis Vindocinensis, epistole*, lib. v, epist. 25, note ; réimprimé dans Migne, *Patrologia latina*, CLVII, 207.)

Rainaldus, Andecavorum episcopus, donum quod Adelardus, Castri Gunterii dominus, per manum nostram Sancto Albino de decima portus castelli sui fecit, litteris mandare curavi, quod factum est hoc modo.

Anno ab incarnatione Domini MCXXIII, indictione I, kalendis martii, feria V, ista scilicet die qua celeberrima beati Albini solemnitas agitur [1], veni ad ecclesiam ejusdem sancti, et, rogatu domni Hamelini, abbatis, et monachorum ejus, cum multis illustribus clericorum et laicorum personis ingressus sum eorum capitulum. Ubi veniens Adelardus, Castri Gunterii dominus, decimam portus castelli sui de vino, de qua paucis ante diebus Hamelinum abbatem apud castellum suum, concedente hoc Mathilde, uxore sua, et filio suo, Adelardo, revestierat, tunc etiam in manus meas cum libro regule misit, et per nos supradictum abbatem et monachos Sancti Albini revestivit, ipsumque librum regule quem in manus meas miserat super altare ejusdem Sancti detulit.

(1) Grâce à ces synchronismes, il est facile de se rendre compte que cet acte n'est pas daté d'après le style de Pâques.

Et quia idem Adelardus hanc elemosinam benigne faciebat, dedit ei dictus abbas sub nomine charitatis viginti sex libras denariorum et decem solidos, ac filio ejus quinque.

In testimonium hujus concessionis decrevimus ut, propter auctoritatem et inviolabilem istius rei firmitatem, et nostro sigillo et sigillo abbatis atque sigillo ejusdem Adelardi patris pagina firmaretur.

Presentibus : Petrus, abbas Sancti Sergii, Daniel, abbas Sancte Marie Ebronensis, Rannulfus, abbas Sancti Mauri[1], Vulgrinus archidiaconus....

De hominibus Adelardi : Radulfus de Gré, Josfredus de Sancé.

DCLXXXII. — 1123, 20 et 29 décembre. — NOTICE RELATANT LES DONS FAITS A SAINT-AUBIN PAR ALLARD DE CHATEAU-GONTIER LORS DU DÉCÈS DE MAHAUT, SA FEMME. (Copie, B. N., latin 17126, p. 321.)

Anno ab incarnatione Domini M C XXIII, vigilia sancti Thome apostoli, obiit Mathildis, uxor Adelardi, Castri Gunterii domini. Pro cujus anima dedit idem vir in eleemosynam monachis Sancti Albini decimam vendarum panis et carnis que in castello ejus amodo per omne tempus vendentur. Ipsis etiam monachis perdonavit ex toto consuetudinem quam accipiebat in burgo de Basogiis ab hominibus externis qui ibi aliquid vendebant.

De hac ergo eleemosyna ipse Adelardus domnum Hamelinum abbatem cum una virgula, IV kalendas januarii, in capitulo Sancti Albini revestivit, et eamdem virgulam super altare Sancti Albini detulit.

Abbas autem et monachi dederunt ei mille missas, et nomen defuncte in martyrologio suo adscripserunt, anniversarium ejus solemniter acturi.

Hoc viderunt et audierunt : Warinus Dibons, Radulfus de Gré, Willelmus Barratus, Adelardus Barratus.

(1) Les noms qui suivent ne se trouvent pas dans Baluze et sont empruntés au ms. latin 17126.

De nostris : Robertus prepositus, Warinus camberlanus, Artusus caementarius.

DCLXXXIII. — 1127-1154. — NOTICE DANS LAQUELLE LES MOINES DE SAINT-AUBIN RELATENT LES DONS FAITS A LEUR ABBAYE PAR GUIHENOCH DE CHATEAU-GONTIER. (B. N., latin 17126, p. 323.)

Guihenochus, vinaterius de Castello Gunterii, Andecavem veniens, gravi infirmitate arreptus et ad extrema perductus, mandavit ad se abbatem Sancti Albini, Robertum. Qui, cum venisset ad eum cum Gaufrido de Cellula, monacho suo, voluit idem Widenochus monachus fieri ; sed, propter uxorem ejus que presens non erat, non ausus est eum abbas suscipere. Beneficium tamen ecclesie ex integro concessit ei. Ipse autem Widenochus apud ecclesiam Sancti Albini se sepeliri mandavit, et tres solidos de censu, quos ei reddebamus de Rupe, in eleemosynam Sancto Albino dedit. Quod duo filii ejus, Widulfus, clericus, et Rainnaldus, armiger, ibi benigne concesserunt.

Mortuo autem Wihenoco et, ut jusserat, apud monasterium sepulto, venerunt in capitulum Sancti Albini, VIII idus septembris, filius ejus, Rainnaldus, et Matthaeus, gener ejus, ibique, coram abbate Roberto et toto capitulo, predictam eleemosynam benigne concesserunt ; et de sua concessione memoratum abbatem cum una virgula revestierunt et eamdem virgulam super altare Sancti Albini detulerunt.

Hoc viderunt et audierunt : Barbotus gener Frotmundi, Wido Carbonellus, Brientius de Mairone et Rainnaldus Vitulus.

DCLXXXIV. — 1181, entre le 5 avril et le 1er novembre. — ACTE DANS LEQUEL GUILLAUME, ABBÉ DE SAINT-AUBIN, RELATE LES DONS FAITS PAR GUY DE CHEMAZÉ AUX MOINES DE CHATEAU-GONTIER. (Original, Archives de la Mayenne, H. 147, fol. 63.)

Quoniam ea que mandantur scripture tardiori transeunt oblivione, ego, Willelmus, Dei gratia, dictus abbas Beatissimi Albini

Andegavensis, omnisque fratrum nostrorum conventus presentibus et futuris notum esse volumus quod Guidonulo, filio Guidonis de Chemazé, concesserimus quatinus ab instanti festo Omnium Sanctorum, anno ab incarnatione Domini MCLXXXI celebrato, triennio post expleto sub scolari disciplina, monachus noster sit, allata secum caritate fratrum, viginti videlicet solidis, et que nostro ordini congruat vestitura.

Cujus beneficii filio suo collati predictus Guido de Chemazé, diu nolens ingratus existere, caritative inpresentiarum nobis contulit centum solidos Andegavensis monete, quatuordecim quoque denarios annui census, quos Gaufridus David ei debebat; necnun septem denarios et obolum quos prior Castri Gunterii annuatim ei de tenemento Rupis reddebat Deo et Sancto Albino et monachis ejus in elemosinam dedit, jureque perpetuo quiete possidendos concessit. Preterea quatuor denarios annui census quos in nemore de Fay reclamabat, sed et omnem calumpniam quam in eodem nemore nobis inferebat, quitavit penitus et dimisit. Addidit etiam supradicto dono tres minatas terre que nemori suprascripto adjacet, cum quatuor denariis annui census quos Herenburgis de Vala a priore Castri Gunterii recipit, qui liberi et quieti nobis remanebunt cum eadem Herenburgis ab hac vita demigraverit.

De his omnibus suprascriptis fecit sepedictus Guido de Chemazé Deo et Sancto Albino et ejus monachis apud Castrum Gunterii sollemne donum cum assensu uxoris sue, Richeldis, et filiorum.

Rursum, aput Andegavim, in communi capitulo, facta est hujus doni iteratio a prefato Guidone et filio ejus Guillermo, primogenito, qui omnia suprascripta concessit, ponendo virgulam quamdam in manu Guarini, prioris claustrensis, quam pro testimonio super altare Beati Albini tulit.

Sciendum vero est quod si infra designatum triennium supradictum Guidonulum obire contigerit, unus de fratribus ejus in monachum recipietur, quem pater voluerit. Duobus annis denominati triennii pater de victu et vestitura puero providebit; tercio anno, prior Castro Gunteriensis victui necessaria ministrabit.

Huic rei interfuerunt isti :

Monachi : Rotbertus le Bigot, Guarinus filius Yvonis, Lambertus prior Castri Gunterii, Gaufridus de Coldreto ;

Laici : Rainaldus de Coldreto, Rossellus, Guillelmus diachonus, Hubertus presbiter de Azé, et alii multi.

Actum est hoc anno ab incarnatione Domini MCLXXXI.

DCLXXXV. — Vers 1191. — CHARTE DANS LAQUELLE ROBERT DE TURNHAM, SÉNÉCHAL D'ANJOU, CONSTATE QUE RENAUD DE CHATEAU-GONTIER A RENOUVELÉ ENTRE LES MAINS DE L'ABBÉ GEOFFROY L'AVEU FAIT PAR LUI A L'ABBÉ GUILLAUME. (Copie, B. N., latin 17126, p. 145.)

Omnibus . . . . Robertus de Torneham, Andegavensis senescallus, ... notum quod homenagium quod dominus R[ainaldus] de Castro Gunterio fecerat in manibus pie memorie defuncti Guillelmi abbatis, in manu domni G[aufridi] abbatis fecit.

Testes : Radulfus episcopus Andegavensis, Gaufridus Castri Gunterii senescaullus, Renaudus Bernucé, Michael de Gobiz, Gauterius de Loigné, Thebaudus de Coudré.

DCLXXXVI. — 1193. — NOTICE DE L'ABANDON FAIT A SAINT-AUBIN PAR RENAUD DE CHATEAU-GONTIER DES REVENUS DE LA FILLE D'OGER QUI LUI APPARTENAIENT. (Copie, B. N., latin 17126, p. 145.)

Quoniam bonum est. . .

. . . dominus Rainaldus de Castro Gunterii redditus filie Otgerii, quos habebat, pro amore fratris sui, Guillelmi, concessit. . .

Concesserunt duo filii ejus, Rainaldus primogenitus et Adelardus junior.

Testes : Michael de Gobiz, Gaufridus de Ramoforti, Castri Gunterii senescallus.

Anno MCXCIII.

PRIEURÉ DE CHATELAIS

DCLXXXVII. — 1189-1190. — NOTICE DE LA RENONCIATION PAR PHILIPPE DU PLESSIS A TOUTES SES PRÉTENTIONS SUR LA DÎME DES MOULINS DE L'OUDON. (Copie, B. N., latin 17126, p. 106.)

Memorie. . . . . .

Contemptio inter Nic[olaum], priorem Sancti Juliani de Civitate[1], et Philippum de Plasseio super decima molendinorum de Uldone finem accepit.

Dictus Philippus in manu dumni Jag[uelini] abbatis Sancto Albino dimisit, cum proprio sigillo R[aginaldi], fratris sui, et investivit, et quatuor libras habuit a dicto priore karitative.

Hoc concessit Raginaldus de Plaiseio, frater ejus primogenitus.

Audierunt Philippus de Saucoignié, Morice de Trececort, Rainaldus Quatre Mains, W. de Serenis et alii.

(1) Saint-Julien en Châtelais, prieuré uni en 1731 au collège de Château-Gontier.

PRIEURÉ DU CHILLON

DCLXXXVIII. — 1119, v. s., 26 mars. — NOTICE DU DON DU CHILLON FAIT A SAINT-AUBIN PAR HÉBERT DU LOUROUX. (Copie, Bibl. d'Angers, ms. 750, fol. 25.)

Anno ab incarnatione Domini MCXIX, indictione XII, VII kalendas aprilis, venit in capitulum Sancti Albini quidam nobilis miles, nomine Herbertus de Loratorio, ibique, presente domino suo, Philippo de Biscono, dedit Deo et sancto Albino ejusque monachis in elemosinam terram de Sechilloio[1], sicut eam a parte orientis rivulus claudit, qui dicitur Suppliciaria, cadens in alium rivulum qui vocatur Torpedanea, et sicut idem Torpedanea eam claudit in Verno tendens ; et a meridie, sicut eam claudit via magna et magna silva ; et ab occidente, sicut eam determinat magna sepes et limites in quercubus facti.

Igitur omnem terram et prata et silvam infra hos limites positam, sicut eam habebat, ita eam Sancto Albino in elemosinam, nulla retenta consuetudine vel servicio, donavit. Et ita eam Philippus de Biscono monachis Sancti Albini concessit ; et ita illam idem Herbertus monachis Sancti Albini, Roberto secretario et Hatoni celerario, ostendit et determinavit.

Cum igitur in capitulo de hac elemosina ipse Herbertus Archanbaldum abbatem cum una virgula revestisset, accepit de manu abbatis beneficium fratrum ; et Philippus de Biscono, dominus ejus, qui, ut diximus, hec omnia benigne concessit, deinde ipsam virgulam super altare Sancti Albini detulit.

Hoc viderunt et audierunt : Robertus Ysaac, Robertus filius Jarnogonii, Merulus miles, Adelardus cognomento Monachus,

(1) Séchillon, aujourd'hui le Chillon, constitua un prieuré indépendant jusqu'en mai 1364, époque où un décret de l'évêque d'Angers l'annexa au prieuré de Pruniers. Le manuscrit 750 de la bibliothèque d'Angers qui nous fournit cette pièce et les trois suivantes, est un inventaire des titres des prieurés de Pruniers et Séchillon, dressé en 1539 par Jean Buignon, chantre de Saint-Aubin, à la requête de René Lelièvre, prieur de Pruniers.

Robertus prepositus, Adelardus Sorini, Odo de Alodis, Rainaldus Vitulus, Witonius.

DCLXXXIX. — 1120. — NOTICE DE NOUVEAUX DONS FAITS AU PRIEURÉ DU CHILLON PAR PHILIPPE DE BÉCON. (Copie, Bibl. d'Angers, ms. 750, fol. 26.)

Anno altero, cum jam monachi Sancti Albini in supradicta terra domos et capellam construxissent, die quadam, Philippus de Biscono, cum Grecia, conjuge sua, atque Herbertus, cum uxore sua et filiis, venerunt ad domnum et venerabilem monachum Girardum, qui cum Roberto secretario illuc advenerat. Venerunt autem, et monitis ejusdem domni Girardi meliorati, et elemosinam suam quam priori anno fecerant adauxerunt, atque montem quendam qui in ipsa silva erat Sancto Albino in elemosinam dederunt, dantes singuli pro animabus suis cum omni integritate quicquid in eo habebant, terram scilicet et silvam, sicut limites ab eis in circuitu facti designant.

De hac elemosina Philippus atque Herbertus ibi domnum Girardum et Robertum secretarium revestierunt.

Et hanc rem Grecia, uxor Philippi, atque Harella, uxor Herberti, cum filiis suis, Orrico et Putlignato, libentissime ibidem concesserunt.

Hoc viderunt et audierunt : Robertus filius Jornogonii, Robertus Ysaac, Herbertus Rufus, Rainaldus forestarius, Normandus frater ejus, Balduinus de Sancto Clemente, Lambertus carpentarius et Caput Mallei frater ejus.

DCXC. — 1125-1127. — NOTICE DES CONDITIONS AUXQUELLES LES MOINES DE SAINT-AUBIN FURENT AUTORISÉS A OUVRIR UN CIMETIÈRE AU CHILLON. (Copie, Bibl. d'Angers, ms. 750, fol. 28.)

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris Gaufridum de Engria sacerdotem fuisse Loratorii, et ibi fuisse attitulatum et inde ascendisse ad decanatum Sancti Mauricii et posuisse in loco sui sacerdotem apud Loratorium, nomine Rainaldum. In tempore cujus Gaufridi monachis Sancti Albini data est quedam terra in

parrochia Loratorii de Secheleio, in qua peciit abbas Hamelinus Beati Albini cum monachis suis ab Ulgerio, tunc temporis episcopo, et a Gaufrido, decano, et a Richardo, archidiacono, et a Rainaldo, Loratorii presbitero, cimiterium benedici. Quod concessum est a predictis personis, salvo jure ecclesie Loratorii omnino, scilicet tercia parte omnium decimarum, et tali quidem condicione ut illi homines qui manebunt in novo cymiterio et in terra ipsorum monachorum, eant ad matricem ecclesiam suam in festivis diebus, et reddant sue matrici ecclesie omnia debita, scilicet oblationes, visitationes, baptisteria, exequias, sepulturas, exceptis hominibus tantummodo illis qui de pane vivunt monachorum, salvo tamen jure sacerdotis Loratorii.

Si autem contingat ecclesiam illam ab episcopo aliquo consecrari, ordinatum inde fuit quod presbiter Loratorii terciam partem ibi ponat et terciam inde accipiat. Si autem res ita excreverit ut sit opus quod presbiter ibi permaneat, tunc presbiter Loratorii cantet ibi, vel alter per manum ejus : ita ut monachi dent illi presbitero unde vivere honorifice possit.

Quod ita a nobis prefinitum quisquis infregerit communione privetur.

DCXCI. — 1129, v. s., 26 mars et 1130, 20 avril. — NOTICE DU DON D'UNE PARTIE DU CHILLON FAIT A SAINT-AUBIN PAR PHILIPPE DE BÉCON. (Copie, Bibl. d'Angers, ms. 750, fol. 26, v°.)

Anno ab incarnatione Domini MCXXIX, feria IV ante Cenam Domini, venit Philippus de Biscono, cum Grecia, uxore [sua], et filio suo, Gosleno, in ecclesiam Sancti Albini ante domnum Robertum abbatem et conventum, tempore quo fratres agebant in choro capitulum, ibique donavit predictus miles Deo et sancto Albino ejusque monachis, cum assensu uxoris sue et predicti filii, apud Sichilliacum, terram que est juxta cymiterium, sicuti eam claudit landa de Puteo et sepes que tendit ad Infernum et sepes Inferni. Omnem igitur terram que his sepibus et landa clauditur donavit in elemosinam immunem ab omni consuetudine et servicio, et de illa cum regula revestierunt toti tres predictum

abbatem, et ab eo revestiti sunt cum eadem regula de beneficio ecclesie, ut pro servicio temporali, quod de ipsa terra penitus remittebant, haberent servicium spirituale animabus suis.

Hanc igitur elemosinam tanta devotione fecerunt ut ipsum librum regule, de manu abbatis acceptum, super altare Beati Albini ponerent ad confirmationem et testimonium hujus doni.

Hoc viderunt et audierunt :

De militibus et armigeris ejus : Richardus Merlat, Calopinus de Essarts, Gleiam gener Ernaldi de Via, Guillermus Soliman, Gauterius de Genis, Vitalis de Brem, Walterius de Migré, Paganus filius Johannis, Malus Vicinus, Gaufridus de Sancto Clemente ;

De nostris : Artusus cementarius, Gaufridus Charpalt, Garinus Groshomet, Garnerius Hircus, Benedictus et Guydo cellararii, Galterius Dosser, Fromundus de Basogiis, Rainaldus Vitulus, Calopinus et Bernardus armigeri Pichonii, Johannes Servitius et Morellus coqui, Peregrinus de Valleia.

Hoc concesserunt duo alii filii ejusdem Philippi, quorum nomina sunt Buchardus et Hugo, quibus singulis dedit Guynebertus prior tres solidos.

Hoc et filia ejus concessit, que dicitur Capraria, que et ipsa proinde habuit duos solidos.

Hec concessio puerorum facta est XII kalendas maii, in domo ipsius Philippi de Cleert, presente eodem Philippo et Grecia, uxore sua.

Hoc viderunt et audierunt : Guynebertus prior Sancti Albini, Guarinus monachus.

De laicis : Radulfus Caput Glane et Bardulfus Turmellus, et Durandus Luscus atque Johannes, Guyneberti nepos.

DCXCII. — 1132, 20 juin. — NOTICE DE LA RATIFICATION PAR LES ENFANTS D'HÉBERT DU LOUROUX DU DON DU CHILLON FAIT PAR CELUI-CI A L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN. (Copie, Archives de Maine-et-Loire, H. 62, fol. 12.)

Noverit sagacitas fidelium tam presentium quam futurorum quod, defuncto Herberto de Loratorio, duo filii ejus, Horricus,

videlicet major natu, et Pulligneus, frater ejus junior, in Sancti Albini capitulum venerunt ; ibique, sicut pater illorum, pro anime sue salute, Deo et sancto Albino et ejus monachis in eleemosynam terram Sichilionis dederat et concesserat et quam monachi tunc temporis in manibus habebant, ita illi prefatam terram Deo et sancto Albino in perpetuum iterum dederunt et concesserunt in elemosynam, et exinde cum una virgula domnum Robertum, Sancti Albini abbatem, uterque revestierunt et super altare Beati Albini, cum pacis osculo, donum obtulerunt.

Pro hoc autem dono seu concessione, bonum quemdam palefredum a monachis Horricus primogenitus et heres, ad novum se militem faciendum, habuit ; et pro hoc ipso tres solidos predictus frater ejus, qui cognominatur Puligneus, pacifice et gratanter accepit.

XII kalendas julii, anno ab incarnatione Domini MCXXXII, finiente IX indictione.

DCXCIII. — 1127-1154. — NOTICE DE L'ABANDON PAR JOULAIN DE LA POUËZE DE LA PRÉTENTION QU'IL AVAIT DE CONTRAINDRE LES HOMMES DE L'ABBAYE A PRENDRE PART A SES CHEVAUCHÉES. (Copie du XVII[e] siècle, Archives de Maine-et-Loire, H. 62, fol. 13. — Imprimé par Marchegay, *Bibliothèque de l'École des Chartes*, XXXVI, 429.)

Goslenus de Puiza monachos Sancti Albini habitantes apud Sichilionem inquietare cepit, dicens quia homines eorum ad preceptum illius debebant ire in expeditiones et equitationes ejus. Huic igitur sermoni cum monachi nollent obedire, predas eorum cepit ; sed tamen eas per ecclesiasticam justiciam gadiavit, et cum non posset eas ex integro reddere, loricam suam pro gadio apud monachos deposuit.

Evolutis autem paucis diebus, recognoscens impietatem suam, venit in capitulum Sancti Albini, ibique, cum una virgula, in manu Roberti abbatis, predictam exactionem guirpivit et eamdem virgulam super altare Sancti Albini detulit.

Monachi autem loricam suam reddiderunt ei.

Hoc viderunt et audierunt : Bardulfus, Balduinus Bernardi, Calopinus de Essart ;

De nostris : Goffridus Magnus, Rubiscallus, Calopinus de Credone, Petrus coquus, Haimericus carpentarius.

PRIEURÉ DE CORSEPT

DCXCIV. — S. d. — NOTICES DE DIVERS DONS FAITS AU PRIEURÉ DE CORSEPT. (Copie, B. N., latin 17126, p. 92, et français, 22329, p. 469.)

Homines quidam de . . . qui dicitur Radeio dederunt monachis Sancti Albini que sequuntur :

Maino, filius Quinoaldi, annuente uxore sua, nomine Serra, et filio, nomine Daniele, dedit medietatem decime quam tenebat in dominio de ecclesia que dicitur Corseta, et de altera medietate fecit convenientiam ut nulli hominum, vel in venditione, vel in datione, nisi monachis Sancti Albini, concordet. Dedit et quartam partem prati Sancti Martini et medietatem ripatici sui et quartam partem cimiterii et quintum piscem stagni, qui dicitur Judicalis, de parte sua, et medietatem incisure pratorum, medietatemque ortorum duorum.

Hec omnia annuit Affentius, de quo ea Maino tenebat.

Erialtus dedit medietatem decime quam habebat in dominio, annuente uxore sua, nomine Perra, et filio ejus, nomine Aisbonio.

David, filius Gueddeli, et Omeneus, frater ejus, dedit . . .

Hec annuit Maino, de quo ea tenebat . . .

Berno dedit decimam equarum suarum et decimam sui complantatus . . .

Maino, filius Quinoaldi, reddidit Sancto Albino et monachis suis decimam de Corseta, et cetera que abstulerat propter estagium de ecclesia quam monachi reliquerant ; sed, donato estagio, donec eis deliberet ecclesiam, accepit quadraginta solidos denariorum.

Testes : Brientius Grandis, Eslonus Grossa Jamba . . .

DCXCV. — S. d. — NOTICE D'UN DON FAIT AU PRIEURÉ DE CORSEPT. (Copie, B. N., français 22329, p. 462. — Imprimé par Dom Morice, *Preuves*, I, 430.)

Maino, filius Gualonis, partim vendidit quindecim solidis dena-

riorum, et partim, pro anima sua, Deo et sancto Albino donavit totam terram de Brischiot, annuente Eudone, filio suo, et Vieta, uxore sua. Qui utrique, scilicet pater et filius, pro hujus doni confirmatione, Walterium monachum in fidei nomine osculati sunt. Uxor autem illius, eo quod a foemina monachum osculari inusitatum habemus, Lambertum quendam, prefectum Sancti Albini, jubente Walterio monacho, eadem femina deosculata est.

Testes : Delianus et Gaufridus, filius ejus, Paganus Bornus, Petrus Mayno . . . .

Hoc factum est apud Machicollum, ante dominum Geslinum, qui terre illius capitalis dominus habebatur, annuente ipso Geslino, cum duobus filiis suis et filia.

Testes : Paganus Resler, Walterius Guitonus, Daniel filius Maini de Corset.

DCXCVI. — S. d. — NOTICE D'UN DON FAIT AU PRIEURÉ DE CORSEPT.
(Copie, B. N., français 22329, p. 469. — Imprimé par Dom Morice, *Preuves*, I, 430.)

Quedam femina, nomine Bonina, calumniabatur terrulam . . . . postea guirpivit ad hec signa quod Brientius monachus revestivit eam de beneficio monachorum cum cultello suo, quem statim fregit in duas partes, pro testimonio.

Et hoc fuit factum in curia domini Geslini, ipso vidente et filio ejus, Garsilio . . . .

DCXCVII. — S. d. — NOTICE D'UN DON FAIT AU PRIEURÉ DE CORSEPT.
(Copie, B. N., français 22329, p. 469.)

Aldroius, nepos Haimonis, devenit monachus Sancti Albini et dedit eidem Sancto omnes res suas, scilicet partem suam de bosco de Cortargon, unum arpentum de prato apud Corsetum . . . .

Hoc concessit : Gislinius de Raisio.

Hoc viderunt et audierunt : Brientius monachus, qui illam obedientiam tunc regebat, Delicandus filius Ascois, Lambertus prepositus, Thoardus de Mala Noa.

DCXCVIII. — 1103, 8 avril. — NOTICE DE LA CONFIRMATION PAR BENOÎT DE CORNOUAILLES, ÉVÊQUE DE NANTES, DES POSSESSIONS DE L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN AU DIOCÈSE DE NANTES. (Copie, B. N., français 22329, p. 469.)

Cum inter Nannetenses clericos et monachos Sancti Albini magna processisset familiaritas, B[enedictus], Nannetensium episcopus, G[irardo] abbati concessit quod in episcopatu possidebat : ecclesia videlicet Sancti Beveni et ecclesia Sancti Martini de Corset et quod habebat in ecclesia Sancti Nazarii et ecclesia Sancti Johannis in eadem parrochia sita, hac conditione ut monachi ibidem commorantes obedientes sint ut decet episcopo.

Hoc confirmaverunt Rivallonus et Gaufridus archidiaconi . . . . anno MCIII, ordinationis domni Benedicti episcopi XXII, VIII idus aprilis.

DCXCIX. — 1187-1192. — MAURICE DE BLAISON, ÉVÊQUE DE NANTES, RENONCE A SES PRÉTENTIONS SUR L'ÉGLISE DE CORSEPT. (Copie, B. N., français 22329, p. 469.)

M[auritius], Dei gratia, Nannetensis episcopus, ecclesiam de Corseto de qua controversiam moveramus monachis Sancti Albini concedimus.

Testis est hujus rei T[heobaldus], Corisopitensis episcopus.

PRIEURÉ DU COUDRAY-MACOUARD

DCC-DCCVIII. — 1082-1138. — PANCARTE DU XIIe SIÈCLE RELATIVE AU COUDRAY-MACOUARD. (Original en très mauvais état, Archives de Maine-et-Loire, H. 276 [1].)

DCC. — *Cinq lignes privées des trois quarts du texte à droite, contenant une courte liste de dîmes et cens dus au prieuré du Coudray.*

Marcoardus habet campum unum, qui dicitur Longa . . . . tota decima est Sancti Albini.

Gaufridus Pin. . . . [tota decima est] Sancti Albini.

De terra Guillelmi Andefre[di] . . . . de fisco Radulfi de Coldreio et de fisco Go. . . . rane est, et est de censiva Sancti Albini.

DCCI. — *Seize lignes privées du tiers du texte à droite, contenant l'énumération de terres sur lesquelles le prieuré du Coudray a droit à moitié de la dîme.*

De terra Sancti Petri Artane quam tenet Marcoardus et alii, de illo . . . . habet Vaslinus Bicola in parrochia Sancti Albini ; medietas decime [est Sancti Albini.]

. . . . Sanctus Albinus de tota terra quam habet Gosbertus Espea Torta in parrochia Sancti Albini ; medietas decime . . . . que est de fisco Sancti Petri : medietas decime est Sancti Albini.

De terra Otgerii de Candata medietas decime . . . . est Sancti Albini.

Similiter de terra Giraldi de Villa Gaii, quam habet in parrochia Sancti Albini.

Similiter . . . . vei quam habet in parrochia Sancti Albini.

Similiter de terra Michaelis de Siziaco.

Similiter de terra Isemberti . . . . [parro]chia Sancti Albini.

Similiter de fisco Chotardi, quem tenet Ivo, filius Ascelie.

(1) A l'exception d'un seul (nº DCCVII), les actes qui figurent sur cette pancarte sont mutilés au point d'être presque inintelligibles.

Similiter de terra quam tenet . . . . campis, quos accepit Isembardus cum filia Aldeberti Coillart, qui sunt ad Sorberios.

Similiter de fisco Thome de . . . . de fisco Sancti Petri ad Thuschiam Rane.

Similiter de tota terra Ebruini Nafra Col.

Similiter de terra Hildeberti . . . . filii Ascelie, qui sunt ad Sorberios.

Similiter de omnibus censivis in fisco Sancti Petri, quas tenent hom . . . terrae unum ad tumbam Christiani, alium ad Montelzios, alium qui dicitur Campus Arundelli, alium qui dicitur Campus . . . . bini.

De omnibus censivis Sancti Albini et de terra Tetbaldi Calvi, quam tenet de Sancto Albino, et de terra Ainrici . . . . piscator habet duos campos de Sancto Albino, unde reddit Sancto Albino decimam et terragium.

De tota terra . . . . aut dimidiam, exceptis duobus campis Sancti Carileffi, et aliquot campis quos habet Hubertus, miles de Coldreio . . . . Arnaldus et Guischardus et Goslenus, filius Audulfi, qui decimam plurimis annis collegerunt . . . . monacho et famulis demunstraverunt.

DCCII. — *Cinq lignes mutilées à droite, contenant une liste de personnes ayant frustré le prieuré de ses dîmes.*

Hi sunt qui tollunt Sancto Albino decimam suam :

Hildebertus tanator tollit . . . .

. . . . Sanctus Albinus.

Soror Hainrici, monachi Sancti Florentii, tollit Sancto Albino medietatem decime de uno campo qui est . . . . Sancto Albino medietatem decime de tribus campis, quorum unus est ad Thorinniacum, alius ad Rupem Gausburg . . . . campo Geldrei, et de alio campo qui est juxta Longam Boelliam, et totam decimam vinearum quas habet . . . . sunt de fisco Curti Campi, et ipse Yvo vendidit has decimas Savarico Pagano.

DCCIII. — *Dix-sept lignes mutilées à droite, contenant le texte d'un accord passé entre Saint-Aubin et un homme d'armes, nommé*

Michel, chargé de la perception de dimes et de cens appartenant au prieuré.

Monachi Sancti Albini habebant quasdam decimarias et censivas et terras aput Coldreium, que valde implexe erant et . . . . propter participum numerosam diversitatem.

Et erat in Mosteriolo, castro Berlaii, quidam homo, nomine Michael, armiger . . . . omnes decimarum illarum divisiones et terminos. Cum hoc itaque fecerunt monachi convenientiam de decimis colligendis per. . . . erant, devenit homo Girardi abbatis in loco omnium fratrum, et post hec fecit fidelitatem communi capitulo, juravitque . . . . [ca]pitulum vellent ad hoc opus tradere, ea scilicet conditione, ut si quis aliquando in omnibus illis rebus contraire aut calumpn[iare] . . . . aut per alium, et quare bono animo hoc fecit, investivit eum abbas de beneficio loci et insuper dedit ei quadraginta solidos . . . . filius Pulcelle, Paganus cellararius . . . Coldreium coegit ad placitum ipsum Gausbertum in curiam Berlaii de Mosteriolo ; ibique communi omnium . . . . ei quinque solidos denariorum.

Huic placito interfuerunt :

De monachis : Hubertus prior Maironi, Rotbertus de Treziaco, Landri[cus] Yvonis, filii Ascelie ;

Et de aliis hominibus : ipse Berlaius, Hugo de Gisoiis, Marcoardus de Coldreio, Giraudus de . . . . Coldreium, in ipsa Rupe monachorum.

Hoc viderunt et audierunt : Michael armiger, Yvonis filii Ascelie, Guill. . . . nos et unum opus terre ad Campum Morandi, quam monachi et homines eorum nesciebant, et ideo multis annis inculta remansit, in vita sua donaret, si ipse ad dominium Sancti eam pertinere probaret.

Quod abbas, communi fratrum consilio, libenter . . . . fidelitatem ipsi abbati et omnibus monachis, et juravit se non quesiturum in tota vita sua ullo modo qualiter ipsa terra . . . . [Campi] Morandi Deo et sancto Albino post decessum suum cum reliquis relinquendam duas sextarias designavit.

Hoc . . . . Giraudus Bossalet, Garinus cellararius.

Hanc concordiam quam Gosbertus Espea Torta cum monachis Sancti Albini . . . . colligebat, qui pro hac concessione dedit illi duos solidos, presente etiam viro suo. Huic . . . .

DCCIV. — *Quatre lignes mutilées à droite, contenant le don fait à Saint-Aubin par Giraud Chardon de sa part d'une dîme.*

Giraldus Carduus suam partem illius decime quam cum monachis Sancti Albini dividebat, Sancto Albino dedit . . . . concessit dominus ipsius Giraldi, Marchoardus de Salmuro, qui et ipse habuit inde quinque solidos.

Hujus rei donationem . . . . abbatis, et ipsum baculum super altare Sancti Albini ponens, dans in plegium monachis dominum suum Marchoardum . . . . Girardus presbiter, Michael armiger ejus, Goslenus de Coldreio, Hainricus cementarius.

DCCV. — *Au verso, quatre lignes mutilées à gauche, contenant un désistement dans une contestation avec l'abbaye.*

. . . . Francorum donis pertinere. Multis ergo proinde controversiis . . . . hoc voluntatem suam bonam ostendit. Dedit ei predictus . . . .

[Testes su]nt :

De monachis : Brientius prior Sancti Albini, Heli . . . . fi, Rotbertus de Treviis, Audebertus de Mairono.

DCCVI. — *Au verso, dix lignes mutilées à gauche, mentionnant la restitution à l'abbé Archambaud de dîmes enlevées à l'abbaye.*

. . . . Archembaldi abbatis decimam trium camporum quam et ipse diu abstulerat . . . . ad domum Tigerii de Noveria, tertius inter Noveriam et Curtum Campum. Quam redditionem vidit . . . . tus est abbas Coldretum ; et ibi congregatis optimis viris in supercilio montis, juxta speculam, fecit iterum . . . . sua, Juliana et tribus filiis, Josleno, Widone, Walterio Arrabi, et filia, Milexendi. Et quia hoc bono . . . . Widoni sex denarios, Walterio Arrabi vero unum, et Milesendi unum.

Affuit etiam ibi Rainaldus Belins ad . . . .

Apud Coldretum fuerunt :

De monachis : Brientius prior Sancti Albini, Joscelinus prior Maironi, Fromundus . . . . Rainaldi de Coldrato, Giraldus;

Et de aliis hominibus : Marcoardus, Yvo filius Ascelie, Vaslinus Bigotus . . . . [conces]serat calumpniari cepit ; cum qua monachi litigare nolentes, dederunt ei in caritate decem solidos ; pro qua caritate . . . . rat et filia ejus . . . . et duo filii parvuli, quibus dederunt monachi pro recognitione sex denarios.

Hoc apud . . . . [Mai]ronis preposito atque Jofredo Beguino et Johanne homine Enardi.

DCCVII. — 1138, avant le 24 septembre, Trèves. — *Notice de l'achat par Iger, prieur du Coudray, d'une terre contiguë au prieuré*[1].

Ad augmentum obedientie de Coldreio, quidam monachus, nomine Igerius, cum predicte obedientie preesset, terram quandam domui monachorum contiguam, homine quodam, qui Pictavinus vocabatur, sibi vendente, comparavit, comparatam ab omnibus consuetudinibus adquietavit.

Adamus siquidem de Milleio, de cujus fevo ipsa terra erat, pro remedio anime sue, instinctu et ammonitione dicti prioris, omnes omnino consuetudines quas ibidem habebat Sancto Albino in elemosinam concessit ; retentis tantum duobus denariis, qui pro omnibus serviciis ei reddentur singulis annis.

Actum Treviis, in monachorum domo, anno Domini MCXXXVIII, indictione prima.

Audientibus et videntibus :

De monachis : Hugone de Campo Caprario, Igerio, Normando, Chanterello famulo monachorum ;

Ex parte Adami : Chetardo et multis aliis.

Ut vero hoc omni tempore inviolatum et inconcussum permaneret, sepedictus Igerius Milleium adiit, ut uxor Adami concederet, postulavit, optinuit.

Huic concessioni interfuit Willelmus de Toarcio et multi alii.

(1) Cet acte est le seul de la pancarte II. 276 qui soit demeuré intact.

DCCVIII. — *Au verso, huit lignes mutilées à droite, contenant la remise d'une terre à l'abbé Girard.*

. . . . venitque in capitulum Sancti Albini et ibi donum ipsius terre posuit in manu Girardi abbatis in conspectu . . . . cellararius.

Post hec autem, ad confirmationem ipsius rei duxit idem Michael Widdonem de Matefelono . . . . do, fratre suo, et Bardulfo, nepote suo, qui etiam hoc concesserunt.

Et hoc viderunt qui presentes aderant :

De monachis . . . . audus filius Aldulfi, Radulfus de Alodiis, Guischardus.

Interfuit etiam quidam homo de parte ipsius Michaelis . . . . qui vocatur Braonium, in presentia eorumdem monachorum et famulorum quos supra posuimus.

Et post aliquot . . . . quietam ab omni consuetudine et servitio, exceptis decem denariis census, qui redduntur in festum Sancti Clementis.

Et hec . . . . Mairono, et de famulis eorum Guischardus de Mairon, Rainaldus filius Aldulfi, et de extraneis . . . .

DCCIX. — 1157-1189. — CHIROGRAPHE PAR LEQUEL GUILLAUME, ABBÉ DE SAINT-AUBIN, DONNE A GARNIER BOURDON DEUX PIÈCES DE TERRE SOUS LA CHARGE D'UN CENS PAYABLE AU PRIEUR DU COUDRAY (Original, Archives de Maine-et-Loire ; copie de M. Port, Archives de l'Institut.)

Ego, Guillelmus, Dei gratia dictus abbas Sancti Albini, et tocius capituli nostri fratres, presentibus et futuris notum facimus quod concessimus Garnerio Bordon unam modiatam terre, in loco cui Culpose nomen est sitam, hereditario jure possidendam, tali conditione ut pro eadem terra reddat annuatim priori de Coldreio, in festo Sancti Michaelis, quatuor sextarios frumentagii et duodecim denarios census.

Concessimus ethiam tres minatas terre que sunt ad Trevias, pro quibus reddet annuatim unum sextarium frumenti et unum denarium census, in festo supradicto.

Videntibus et audientibus istis : Roberto le Bigot, magistro priore, Guarino, filio Yvonis, Rainaldo de Margues, priore Varenne, Hylario priore Coldreii, Hylario Bretel et multis aliis.

Quod ut ratum sit et inviolabile, cyrographo est partitum sigillique nostri signatum munitione.

PRIEURÉ DE COURCHAMPS

DCCX. — 1138, 17 septembre, Angers. — ACTE PAR LEQUEL SAMSON DE PASSAVANT CONSTITUE LA DOTATION DU PRIEURÉ DE COURCHAMPS. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 280, fol. 2.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis vel audituris, Sanson de Passavant, miles, in Domino perpetuam salutem.

Ad noticiam tam presencium quam futurorum scribere procuravi quod, de salute anime mee et parentum meorum sollicitus, veni in capitulum Sancti Albini Andegavis, coram domno Roberto abbate et toto conventu ejusdem loci, et accepi commune beneficium ejusdem monasterii, tam ab abbate quam a cunctis fratribus ejusdem congregationis qui ibi presentes aderant.

Hoc utile mihi prospiciens ad peccatorum meorum maculas detegendas, ego autem, ne super tanti beneficii largicione apparerem ingratus, dedi et concessi Deo et beato Albino et monachis ejus in puram et perpetuam elemosinam triginta sextariatas terre apud locum qui dicitur Curtus Campus, et duo jota prati super fluvium qui dicitur Toer, et locum aptum ad ecclesiam construendam et cimiterium faciendum ad corpora defunctorum sepelienda, et etiam ad quoscumque homines voluerint in ipso cimiterio recipiendos ad habitandum, et domum monachorum circa ipsam ecclesiam cum closuris suis edificandam. Hanc autem elemosinam cum tota donatione quam habebam in locis denominatis, dedi et concessi liberam et quietam ab omni costuma et ab omni penitus exactione, talliata dico, videlicet corvatis, pariter et bidannis et hujusmodi violenciis que solent milites a pauperibus extorquere.

Concessi etiam ibi Sancto Albino et monachis ejus ut omnia que, in feodo meo, largicione cujuslibet doni vel emptione propria seu quibuslibet justis tamen duntaxat modis poterunt adipisci,

salvo siquidem jure meo et vavassorum meorum, sine aliqua contradictione pace possideant sempiterna.

De hac igitur elemosina, ego ipse, Sanson, cum regula beati Benedicti, cum qua ecclesie beneficium abbatie abbate et fratribus memoratis acceperant, memoratos investivi abbatem et conventum et eamdem regulam super altare Beati Albini detuli, ob memoriam perpetue firmitatis.

Ut autem hec omnia rata et inconcussa permaneant, presentes litteras sigilli mei munimine roboravi.

Actum apud Andegavem XV kalendas octobris, anno gracie MCXXXVIII, indictione prima finiente et incipiente secunda.

Audientibus et videntibus istis :

Gaufrido presbitero de Chazeio, Guigono presbitero de Prunariis ;

De laicis : Gervasio Baltan, Fulcone Gosleni, Americo carpentario, Rubiscallo, Petro coco et pluribus aliis.

Hujus igitur elemosine violatores porcionem cum his obtineant quibus in fine dicetur : « Ite maledicti in ignem eternum qui paratus est Diabolo et angelis ejus », ut sic intereant in seculum seculi et confundantur et pereant. Conservantibus autem illam, sit pax et requies, vita joconda, salus et gaudium, et nunc et semper et in perenni tempore seculorum. Amen.

DCCXI. — 1138, 17 septembre, Angers. — NOTICE DES DONS PAR LESQUELS SAMSON DE PASSAVANT CONSTITUA LA DOTATION DU PRIEURÉ DE COURCHAMPS. (Pancarte du XII[e] siècle, Archives de Maine-et-Loire, H. 280, fol. 6.)

Quidam miles, nomine Sanson de Passavant, de salute anime sue et parentum suorum sollicitus, venit in capitulum Sancti Albini coram domno Rotberto abbate et toto conventu ejusdem loci. Accepit igitur beneficium ecclesie de manu predicti abbatis et ipse triginta sextariatas terre sue et duo jota prati Sancto Albino dedit in elemosinam cum platea in qua domus monachorum fieret. Que terra est apud locum qui dicitur Curtus Campus et est de parrochia Signiensi : quam parrochiam modo Coldreium vocant.

Hanc itaque elemosinam Sanson, ut diximus, pro anima sua et pro anima patris sui et matris sue fecit, quorum nomina in martyrologio fratrum rogavit ascribi, liberam ab omni consuetudine et ab omni exactione, sicut ipse eam habebat.

Concessit etiam ibi Sancto Albino et monachis ejus omnia que in feodo suo, vel dono vel emptione poterunt adquirere, ita tamen ut servitium suum de vavassoribus proinde non amittat.

De hac ergo elemosina ipse Sanson, cum regula cum qua beneficium ecclesie acceperat, memoratum revestivit abbatem et eandem super altare Sancti Albini detulit, XV kalendas octobris, anno ab incarnatione Domini MCXXXVIII, indictione prima finiente et incipiente secunda.

Audientibus et videntibus : Gaufrido presbitero de Chazeio, Wigono presbitero de Prunariis, Gervasio Balthan, Fulchone Gosleni, Aimaro carpentario, Rubiscallo, Petro coco, Calopino, Gausfrido Magno, Bernardo Boterio, Charruello, Haimerico carpentario, Augustino Brixelli, Peregrino cellarario, Johanne Rubiscalli, Rannulfo Ortolano, Johanne Chevesseil.

DCCXII. — 1138, 25 octobre. — NOTICE DU DON FAIT A SAINT-AUBIN PAR BERNIER DE COURCHAMPS DE TERRES CONTIGUES A CELLES DONNÉES PAR SAMSON DE PASSAVANT. (Pancarte du XIIe siècle, Archives de Maine-et-Loire, H. 280, fol. 6.)

Eodem anno [MCXXXVIII], VIII kalendas novembris, venit in capellam Sancti Andree apostoli, ubi tunc a monachis capitulum agebatur, Bernerius de Curto Campo, qui quatuor sextariatas terre sue Sancto Albino in elemosinam dedit, acceptis ab abbate Rotberto quatuor libris denariorum.

Hec terra est juxta illam terram quam Sanson Sancto Albino ante donaverat ; pro qua terra reddent illi monachi per singulos annos quatuor denarios.

Hoc concessit ibi filius ipsius Bernerii minor, nomine Radulfus, quod major, qui vocabatur Johannes, ante abbatem apud Coldreium in presentia domini sui, Sansonis, prius concesserat.

De hac ergo terra pater pariter et filius supradictum abbatem

cum una virgula revestierunt, et eandem super altare Sancti Andree posuerunt.

Hoc viderunt et audierunt : Andreas de Ripa, Rubiscallus, Jarnotus et Biri de Elemosina, Rivallonus.

Actum Andecavis, regnante Ludovico, filio Ludovici, Francorum regis, anno septimo regni ejus, quarto decimo anno pontificatus Ulgerii episcopi, undecimo anno comitatus Gausfredi Martelli, filii Fulchonis regis Hierosolimite.

DCCXIII. — 1138, 6 décembre. — NOTICES DE DIVERSES ACQUISITIONS FAITES A COURCHAMPS PAR L'ABBÉ ROBERT. (Pancarte du XII[e] siècle, Archives de Maine-et-Loire, H. 280, fol. 6.)

Anno iterum suprascripto [MCXXXVIII], tempore adventus Domini, perrexit abbas R[obertus] ad Curtum Campum, ibique, in presentia domni Sansonis, comparavit novem libris denariorum quatuor sextariatas terre que sunt ante domum monachorum, et duodecim sulcos terre qui sunt retro capellam illius ville. Hec ergo predictus abbas, cum assensu supradicti militis, emit de Gosfrido, filio Willelmi, cognominati Ysaac.

Hanc venditionem concessit in elemosinam, sicut diximus, libenti animo, Sanson de Passavant et frater istius, Gosfridi nomine, Harduinus Gaiveth et soror ejus, que dicebatur Agnes.

Igitur, VIII idus decembris, venit supradictus Gosfredus, cum supranominato fratre suo, in capitulum Sancti Albini, ibique terram quam diximus in elemosinam Sancto Albino pariter concesserunt et de illa domnum R[obertum] abbatem cum quadam virga revestierunt, et eandem virgam super altare Sancti Albini ambo fratres posuerunt.

Dedit autem idem abbas minori de fratribus pro hujus rei concessione quinque solidos ; et majori et heredi ejus reddent monachi per singulos annos pro omnibus servitiis et pro omni consuetudine sex denarios de censu tantummodo.

Hanc rem in capitulo Sancti Albini, die supradicta, confirmatam viderunt et audierunt : Galo clericus, Bernerius de Curto Campo, Peregrinus cellararius, Rubiscallus, Rainaldus de Braun, Walte-

rius Dosseti, Galterius de Furnili, Evardus, Stephanus porcherius, Calopinus, Carruellus et multi alii.

DCCXIV. — Après 1138. — NOTICE DU DON DE LA TERRE DE CHAMPFERRANT FAITE A SAINT-AUBIN PAR PÉAN DOMENCHE, LORS DE SON ENTRÉE A L'ABBAYE. (Pancarte du XIIe siècle, Archives de Maine-et-Loire, H. 280, fol. 6.)

Quidam homo, Paganus nomine, cognomento Domenche, in domo Domini omnibus diebus vite sue habitare desiderans, in capitulum Sancti Albini venit, ibique a domno R[oberto] abbate aliisque fratribus monachilem habitum expetiit, qui talem affectum minime respuentes monachatum ei concesserunt.

Ipse vero quandam terram quam de suo proprio juvenis adquieserat quamque indigene Campum Ferrant appellant, Deo et sancto Albino et ejus monachis perpetuo in elemosinam dedit.

Super hoc itaque dono tam ipse quam ejus nepos, nomine Willelmus, prefatum abbatem cum quadam virgula revestierunt. Quod ut firmius haberetur eandem virgulam super altare memorati sancti ambo pariter posuerunt et id ipsum quod prius fecerant confirmaverunt ibidem.

Videntibus et audientibus istis : Bernerio presbitero de Coldreio, Calopino famulo thesaurarii.

DCCXV. — 1139, v. s., 12 mars. — NOTICE DU DON D'UNE TERRE SISE A COURCHAMPS, FAIT A SAINT-AUBIN PAR JOULAIN JULIENNE. (Pancarte du XIIe siècle, Archives de Maine-et-Loire, H. 280, fol. 6.)

Anno ab incarnatione Domini MCXXXVIIII, indictione tertia, IV idus marcii, Goslenus Juliane venit in capitulum Sancti Albini, ibique terram quam Curto Campo contiguam habebat Deo et sancto Albino et ejus monachis in elemosinam dedit, tali determinatione ut de eadem terra ipsi et heredi suo, pro omni servicio et consuetudine monachi sex nummos annuatim persolverent. Ipse vero et heres suus dominis suis omnem famulatum qui de prefata terra

competit ita ex integro restituent, ut absque impedimento et inquietudine monachi eam possident.

Abbas vero Rotbertus hanc donationem corde puro et conscientia non ficta eum fecisse perpendens, septem libras ei in caritate dedit.

Huic concessioni Wido, frater ejus, cognomento Juliane, affuit et talem factum confirmavit, ita ut super hoc dono cum fratre suo virgam super altare memorati sancti pariter deponeret.

Hoc viderunt et audierunt : Johannes Martini, Johannes Fascina Capram, Haimericus carpentarius, Paganus de Alodis, Bernardus de Sartrino, Benedictus de Lochun, Willelmus Escharsel.

Ex parte illius : Haimericus, Hucbertus, Johannes Hattonet, Gaufridus, Amelina, Extranea, Briccia, filie ejus, Aremburgis quoque.

DCCXVI. — 1157-1189. — CHIROGRAPHE RELATANT LES CONDITIONS AUXQUELLES MAURICE TUEVACHE FUT INVESTI DE LA POSSESSION VIAGÈRE DU PRIEURÉ DE COURCHAMPS. (Original, Archives de Maine-et-Loire ; copie de Marchegay, B. N., français, nouv. acq. 5026, nº 621) [1].

Willelmus, Dei gratia, dictus abbas Sancti Albini Andegavis totusque fratrum conventus, omnibus fidelibus ad quorum noticiam littere iste pervenerint, salutem.

Notum vobis fieri volumus nos obedientiam nostram de Curto Campo, que valde alieno ere gravabatur, utpote que debebat octoginta libras Andegavensium, cum omnibus pertinentiis suis, Mauricio, fratri nostro et monacho, prece patris sui et amicorum suorum, tradidisse vita comite possidendam, quamdiu tamen legitime se tractaverit et honeste. Patrem quoque ejus, nomine Tua Vacham, custodem prefate obedientie constituimus, sub tali conditione videlicet ut eam ab omni debito liberet, possessiones et res obedientie in bono statu conservet. Viginti quoque

(1) Nous n'avons pu retrouver dans le fonds de Saint-Aubin l'original de cette pièce qui, d'après une note de Marchegay, aurait constitué la partie supérieure d'un chirographe.

solidos Andegavensium de firma tenebuntur reddere annuatim abbatie, in festo Sancti Clari, et duodecim denarios armario.

Sciendum vero quod si supradictus Mauricius ante patrem obierit, pater ejus vel ille quem loco suo constituerit supradictam obedientiam, cum duobus monachis, in manu sua tenebit, donec pecuniam suam cum legitima probatione recipiat, quam in solutione debiti et in construendis edificiis expendit, nisi interim de redditibus suis potuerit obedientia adquitari.

Hoc viderunt et audierunt :

De monachis : Herbertus magister prior, Guarinus prior claustri, Rainaldus Mendie bajulus, Jaguelinus prior Varenne, Hylarius hospitiarius, Gaufridus armarius, Hugo prior de Longué ;

De laicis : Guillelmus Tua Vacha, Nicholaus Tua Vacha, Benedictus vicarius, Benedictus corduanarius, Rogerius presbiter, Rainaldus de Salmuro et alii multi.

DCCXVII. — 1191-1220. — NOTICE DES DONS FAITS AU PRIEURÉ DE COURCHAMPS PAR ROLAND DE MONTREVAULT ET HENRI, SON FRÈRE. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 280, fol. 10.)

Quod vetustatis nubes operit et offuscat, scripture radius detegit et declarat. Sciant omnes tam presentes quam futuri, quod Rollandus Monrevelli et Henricus, frater ejus, caritatis intuitu, dederunt et concesserunt Deo et beate Marie et monachis de Cortchamp in perpetuum septem sextarios frumenti et quatuordecim denarios censuum, ita videlicet libere et absolute, sicuti possidebant ; tali tamen conditione quod quicumque in eadem domo de Cortchamp prior constitutus extiterit, singulis diebus, omnibus missis cum duobus cereis ardentibus tenebitur in perpetuum deservire. Preterea in quinque festivitatibus annualibus, scilicet ad festum Omnium Sanctorum, ad Nativitatem et Resurrectionem Domini, ad festivitatem Petri et Pauli, ad Assumptionem beate Dei genitricis Marie, a primo complectorio usque ad crastinum diem ardentes duo cerei permanebunt.

Hoc autem non est pretermittendum quod hoc donum quod

fecerunt predictus Rollandus et frater ejus sua propria fuerit emptione.

Testes autem hujus doni sunt :

Gaufridus, abbas Sancti Albini, qui tunc temporis erat abbas ; Fulco de Monte Revelli ; Guido, prior Codreii ; Haimericus, prior Magdalene ; Gaufridus de Champlivré, qui tunc prior erat ejusdem domus ; Stephanus de Acaio, qui famulus erat domini ; Girardus Torvine, Guillelmus Guichart, Petrus Luenne, Gaufridus Luenne, frater ejus, et plures alii.

DCCXVIII. — Vers 1200, un 14 août. — CHIROGRAPHE QUI RELATE L'ÉCHANGE CONCLU ENTRE SAINT-AUBIN, D'UNE PART, ET VIVIEN DE MONTREVAULT ET ROLAND, SON FRÈRE, DE L'AUTRE, DE LA PLACE D'UN MOULIN PRÈS COURCHAMPS, CONTRE SIX SESTERÉES DE TERRE. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 280, fol. 11.)

Sciant presentes et futuri quod ego, Gaufridus, Dei gratia, abbas Sancti Albini Andegavensis, et mecum commune capitulum concessimus Viviano de Mont Revel et Rolando, fratri ejus, et heredibus eorum plateam cujusdam molendini, quam prope Campum Curtum habebamus, libere et quiete possidendam : sic videlicet quod prefati fratres, Vivianus et Rollandus, pro scanbio platee molendini dederunt nobis quatuor pecias terre, valentes septem sexteriatas, que sunt juxta terras nostras, ita libere et quiete possidendas sicut ipsi eas possidebant.

Preterea de taillia, quam ab hominibus nostris de Curto Campo mansionariis in cimiterio exigebamus, et in qua supradicti fratres contentionem nobis mittebant, concordatum est ut cum dominus Andegavie abbatiam talliaverit, et nos talleiam quinquaginta solidorum Andegavensium de prescriptis hominibus habeamus ; que tailleia nec augebitur nec minuetur.

Actum est hoc in communi capitulo, vigilia Assumptionis Beate Marie, et concessum ex utraque parte.

Videntibus et audientibus istis, quoram nomina subscripta sunt : Odo magister prior, Gaufridus de Vion prior claustri, Johannes armarius, Gaufridus sacrista, Mauricius prior Curti

Campi, Guido prior de Coldreio, Gaufridus censerius, Fulco Fermé, Gaufridus Ginguené, Raginaudus panetarius, Rainaldus presbiter Fixe, Radulfus de Peston ;

De laicis : Bartholomeus Rollant, Fulco de Mont Revel, Gaufridus Tortus, Gaufridus minutor regis, Reinaldus de Lemovicis, Haimericus de Razillé, Radulfus de Credone, Lambertus coquus, Petrus Pinguis, et alii plures.

Quod ut firmiter et inviolabiliter teneatur in posterum, cyrographi particione est communitum et appositione sigillorum utriusque partis roboratum.

PRIEURÉS DE SAINT-CLÉMENT DE CRAON
ET
DE SAINT-JEAN-SUR-LOIRE[1]

DCCXIX. — 1053, 26 mars. — NOTICE DRESSÉE PAR LES MOINES DE LA TRINITÉ DE VENDÔME DE LA SENTENCE PAR LAQUELLE GEOFFROY MARTEL LEUR AVAIT ADJUGÉ LA POSSESSION DE L'ÉGLISE DE SAINT-CLÉMENT DE CRAON, QUI AVAIT ÉTÉ DONNÉE AUTREFOIS PAR SUHART LE VIEUX A L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN. (Imprimé par Mabillon, *Annales O. S. B.*, IV, 742 ; par l'abbé Métais, *Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, nº XCVI, et dans notre *Maison de Craon,* I, 31.)

DCCXX. — 1053, 26 mars, Angers. — LETTRE PAR LAQUELLE EUSÈBE BRUNON, ÉVÊQUE D'ANGERS, CONSTATE QUE DU JOUR OU, PAR LA MORT DE SUHART LE VIEUX, CRAON EST RENTRÉ SOUS SA JURIDICTION SPIRITUELLE A LAQUELLE IL AVAIT ÉTÉ SOUSTRAIT DURANT DE LONGUES ANNÉES, IL A DONNÉ SAINT-CLÉMENT A LA TRINITÉ DE VENDÔME. (*Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, nº XCVII, et *Maison de Craon*, II, 301.)

DCCXXI. — 1056-1060. — NOTICE DANS LAQUELLE LES MOINES DE SAINT-AUBIN, EN RAPPELANT LEURS DROITS SUR SAINT-CLÉMENT DE CRAON, RELATENT DANS QUELLES CONDITIONS FUT RENDUE LA SENTENCE DE GEOFFROY MARTEL LES DÉPOUILLANT DE CE

(1) Une partie seulement des documents relatifs au différend qui s'éleva, au XI[e] siècle, entre les abbayes de la Trinité de Vendôme et de Saint-Aubin relativement à la possession de Saint-Clément de Craon nous a été transmise par le chartrier de Saint-Aubin. Le Cartulaire de la Trinité de Vendôme récemment publié par M. l'abbé Métais, nous permet de combler les lacunes que présentent les textes conservés à Angers. Nous donnerons *in-extenso* les textes essentiels, en renvoyant pour les autres à la publication de M. l'abbé Métais.

PRIEURÉ. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 360, fol. 2. — Imprimé dans *Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, nº XCVIII, et dans *Maison de Craon*, I, 33.)

Ecclesiam Sancti Clementis, cum fuisset ante parrochitana et presbiterorum tantum servitio contenta, Suhardus, dominus Credonensis castri, quem dixerunt Vetulum, Hunberto abbati donavit et monachis Sancti Albini ad augmentandum in ea rerum possessionem et divini servitii honestatem. Quod et illi fecerunt diligenter et strenue, prout melius potuerunt. Excoluerunt enim eam et ornaverunt, portatis illuc a monasterio suo libris et vestimentis et ceteris ornamentis ecclesiasticis ; illic quoque officinis monachilibus fundatis, terrulis quoque instructis et in eis plantatis vinetis ; sicque multomodo labore suo ampliatam fere per annos quadraginta possederunt.

Hoc fuit toto illo tempore quo Suhardus Vetulus post donationem a se factam supervixit, totaque etate Guarini, filii ejus et heredis, nisi quod idem Guarinus, honore Credonis potitus, de donatione paterna aliquas resculas imminuere voluit, sed a Fulchone comite prohibitus est, nullatenus paciente quippiam amittere abbatiam Sancti Albini.

Ipsi quoque Guarino mortuo, Suhardus Junior, frater ejus, successit ; quo tenente honorem illum, semper monachi Sancti Albini ecclesiam illam Sancti Clementis tenuerunt. Similiter et illo mortuo, postquam Gosfridus comes Credonem dominicum in manu sua habuit aliquanto tempore, ibidem erant monachi Sancti Albini. Sed post, compellente comitissa Agnete, idem comes Gosfridus inde eos ejecit monachosque Sancte Trinitatis intromisit, conficta occasione quod conventio fuisset monachorum et Suhardi, primi donatoris, abbatem ibi ordinare, re autem vera quia malebant ambo et Gosfridus comes et Agnes comitissa locum illum Sancte Trinitati, quod monasterium a novo fundaverant, transmutare.

Igitur de tanta injuria monachi Sancti Albini et tunc conquesti sunt quantum poterant sub illo Agnetis comitisse dominio, et postea in multis Andecavensis episcopi sinodis aliisque conven-

tibus publicis, in Turonensi quoque concilio coram domno Hildebranno, Apostolice Sedis legato, querimoniam et clamorem fecerunt.

Sed justiciam non obtinuerunt.

Postea vero Gosfridus comes dijudicationem de negotio isto in curia sua proposuit, sed non ut causa ista legitima puritate examinaretur, sed ut monachis Sancte Trinitatis retentionem illius rei suis cavillationibus confirmaret.

Affuerunt autem presentes auditores potius voluntatis Principis quam veritatis judices : domnus Eusebius, Andecavensium presul, et domnus Vulgrinus, Sancti Sergii tunc abbas, nunc Cenomannensium episcopus, cum aliis plurimis personis illustribus. Ubi cum juri Sancti Albini faverent pene cuncti, comes, sicut sepe alias, ad libitum suum rem moderans et monachis Sancte Trinitatis quod tenebant asserre malens, denarravit donationem primam Suhardi non fuisse factam per auctoritatem patris sui, Fulchonis comitis, neque per suam, jam tunc nati, sed adhuc infantis ; factam quoque per conventionem ut in ecclesia Sancti Clementis abbas constitueretur mox ut per facultatem possessionem loci posset fieri. Conventionem de abbate mittendo testis monachorum Sancti Albini qui aderat presens et donationem illam fieri viderat, pernegare voluit et defendere paratus fuit. Is fuit Guarinus, cognomine Bastardus, Suhardi illius Vetuli filius, qui donationem patris sui legitime factam viderat et a filiis illius, fratribus suis de matrimonio, auctorizatam. Auctoritatem Fulchonis comitis astruebant monachi per adjutoria multa que de eadem ipsa re frequenter fecisset illis tam volenter quam de aliis eorum negotiis.

Hesit in hoc comes Gaufridus, et ut, qui prevalebat, utens sua vi, constanter, immo violenter, pro potestate asseruit quia ipse donationem non auctorizasset quantumlibet parvulus, quia esset de fevo suo paterno facta et honor Credonis ab heredibus illius qui illam donationem fecerat dominicus in manum suam per forfacta eorum devenisset, posse se donum illud quassare, et quo mallet transferre.

Faventibus quibusdam sententie, principis causa ut assolet assentationis, nonnullis qui aliter sentiebant reticentibus nec voluntati comitis contraire audentibus, solus abbas Vulgrinus constanter subintulit illum quidem posse tanquam secularem et potentem personam exilem occasionem ad velle suum usurpare, sed nullos monachos, qui monachi vellent esse, ecclesiam illam Sancto Albino ablatam debere suscipere. Comes respondit se non esse monachum, et ita, ut ceperat, in sua violentia perseveraturum.

Ecce dijudicatio, si quidem dijudicatio vis dicenda est, qua monachi Sancti Albini ecclesiam Sancti Clementis coacti perdiderunt, et monachi Sancte Trinitatis tenuerunt et adhuc tenere non desistunt, et quasi jus proprium quia semel invaserunt amittere non patiuntur, sed sublatam confratribus et commonachis suis, scilicet congregationis Sancti Albini, securi possidere conantur.

DCCXXII. — 1053-1059. — NOTICE DANS LAQUELLE LES MOINES DE LA TRINITÉ DE VENDÔME RELATENT LA SENTENCE RENDUE A LEUR PROFIT PAR GEOFFROY MARTEL RELATIVEMENT A LA POSSESSION DE SAINT-CLÉMENT DE CRAON. (*Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, nº CXXX.)

DCCXXIII. — 1060. — NOTICE DANS LAQUELLE LES MOINES DE LA TRINITÉ DE VENDÔME RELATENT LA DÉCISION DU PAPE NICOLAS II MAINTENANT LA TRINITÉ EN POSSESSION DE SAINT-CLÉMENT DE CRAON. (*Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, nº CXLIV.)

DCCXXIV. — 1060. — LETTRE PAR LAQUELLE HUGUES, ÉVÊQUE DE TROYES, ANNONCE LE MAINTIENT PAR LE PAPE NICOLAS II DE LA SENTENCE DE 1053 ACCORDANT A LA TRINITÉ LA POSSESSION DE SAINT-CLÉMENT DE CRAON. (*Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, nº CXLV.)

DCCXXV. — 1060. — LETTRE PAR LAQUELLE HUGUES, ÉVÊQUE DE

NEVERS, FAIT CONNAÎTRE LA DÉCISION PRISE PAR LE PAPE NICOLAS II DE MAINTENIR LA TRINITÉ EN POSSESSION DE SAINT-CLÉMENT DE CRAON. (*Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, nº CXLV.)

DCCXXVI. — 1060. — LETTRE PAR LAQUELLE GAUTIER, ÉVÊQUE DE MEAUX, ANNONCE LA DÉCISION PRISE PAR LE PAPE NICOLAS II DE MAINTENIR LA TRINITÉ DE VENDÔME EN POSSESSION DE SAINT-CLÉMENT DE CRAON. (*Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, nº CXLV.)

DCCXXVII. — 1062, 24 février, Angers. — DIPLÔME PAR LEQUEL GEOFFROY LE BARBU RATIFIE LE DON FAIT PAR GEOFFROY MARTEL A LA TRINITÉ DE VENDÔME DE L'ÉGLISE DE SAINT-JEAN-SUR-LOIRE. (*Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, nº CLVIII.)

DCCXXVIII. — Vers 1062. — CHARTE D'EUSÈBE BRUNON, ÉVÊQUE D'ANGERS, CONFIRMANT A L'ABBAYE DE LA TRINITÉ DE VENDÔME LA POSSESSION DE L'ÉGLISE DE SAINT-JEAN-SUR-LOIRE. (*Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, nº CX.)

DCCXXIX. — 1068, 1er avril, Bordeaux. — NOTICE DANS LAQUELLE LES MOINES DE LA TRINITÉ DE VENDÔME, EN RELATANT LES DIVERSES PÉRIPÉTIES DE LA CONTESTATION NÉE ENTRE EUX ET L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN AU SUJET DE LA POSSESSION DE SAINT-CLÉMENT DE CRAON, RACONTENT LA DÉCISION PRISE A CE SUJET PAR LE LÉGAT ÉTIENNE ET MAINTENANT LA FIN DE NON RECEVOIR OPPOSÉE A SAINT-AUBIN, EN 1060, DU TEMPS DU PAPE NICOLAS II. (*Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, nº CCXXXVII.)

DCCXXX. — 1070, 3 mars. — CHARTE PAR LAQUELLE RENAUD LE BOURGUIGNON, SEIGNEUR DE CRAON, CONFIRME A LA TRINITÉ DE VENDÔME LA POSSESSION DE SAINT-CLÉMENT DE CRAON. (Ménage, *Hist. de Sablé*, p. 124 ; Mabillon, *Ann. O. S. B.*, IV, 743 ; V, 628 ; *Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, nº CCXVII.)

DCCXXXI. — 1072, au concile de Chartres. — NOTICE DE L'ACCORD

INTERVENU ENTRE LA TRINITÉ DE VENDÔME ET SAINT-AUBIN AU SUJET DU PRIEURÉ DE SAINT-CLÉMENT DE CRAON SUR LEQUEL CETTE DERNIÈRE ABBAYE RENONCE A TOUTES SES PRÉTENTIONS, MOYENNANT LE PAIEMENT DE DEUX CENTS LIVRES ; NOTICE SUIVIE DE LA RATIFICATION DU CHAPITRE DE SAINT-AUBIN. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 360, fol. 3 ; vidimus du 8 juin 1498, Archives de Loir-et-Cher. — Imprimé par l'abbé Métais, *Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, nº CCXXXIV.)

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus sancte Dei ecclesie fidelibus quod Orricus, Sancte Trinitatis ecclesie abba de Vindocino, atque Otbrannus, Sancti Albini Andegavensis abba, Carnotum pariter venerunt ante presentiam cardinalis Romani, domni videlicet Geraldi, Ostiensis episcopi, ut ibi juste terminaretur contentio quam inter se diu habuerant de ecclesia Credonensi Sancti Clementis, quam uterque ad suum monasterium jure pertinere conabatur astruere.

Que dissentio cum nec ibi finiri potuisset, prefatum cardinalem pro eadem causa Parisius secuti sunt, ut saltem in concilio quod ibi determinatum erat, finem consequeretur predicta contentio.

Sed cum nichilomagis ibi promovissent, Carnotum pariter cum domno Arraldo, ipsius sedis episcopo, redeuntes, ipso mediatore ad hanc concordiam de predicta causa tandem venerunt, ut Otbrannus, abba Sancti Albini Andegavensis, ducentas libras denariorum Andegavensium, terminis constitutis, ab Orrico, Sancte Trinitatis abbate, reciperet, pro dimittenda calunnia quam habebat in ecclesia Sancti Clementis Credonensi.

Factum est autem hoc ex consensu omnium quos secum habebant, tam laicorum quam monachorum, eo tamen tenore ut, si infra terminos constitutos pecunie persolvende, abbatum alteruter decideret, ecclesia tamen Vindocinensis Sancte Trinitatis predictam pecuniam persolveret ecclesie Sancti Albini Andegavensis, ea tamen conditionis lege, ut predictus abbas Otbrannus hoc ipsum in capitulo Sancti Albini, ex consensu fratrum omnium ac totius familie ratum faceret.

Quod ut firmum et inconcussum maneret, litterarum memorie tradi voluerunt, et in capitulo Carnotensis ecclesie nequando lis sopita revivisceret unanimiter confirmaverunt.

[*Première colonne :*] Signum Adraldi, episcopi Carnotensis ecclesie ; Signum Ingelranni decani ; Signum Arnulfi cantoris ; Signum Adelardi subdecani ; Signum Hildegarii archidiaconi ; Signum Rotberti archidiaconi ; Signum Gauslini canonici ; Signum Fulcherii filii Girardi ; Signum Odonis succentoris ; Signum Herberti presbiteri ; Signum Ascelini presbiteri ; Signum Bernerii presbiteri ; Signum Haidrici presbiteri ; Signum Radulfi diaconi ; Signum Osberti presbiteri ; Signum Sanzoni diaconi.

[*Deuxième colonne :*] Signum Otbranni abbatis Sancti Albini ; Signum Gausfridi monachi ; Signum Fulcradi monachi ; Signum Girardi monachi ; Signum Achardi monachi ; Signum Gausberti monachi.

[*Troisième colonne :*] Hii ex familia Sancti Albini : Signum Hildonis famuli ; Signum Frotmundi famuli ; Signum Johannis famuli ; Signum Ademari famuli ; Signum Johannis famuli ; Signum Hilarii famuli ; Signum Gausfridi famuli ; Signum Hilarii famuli ; Signum Guillelmi presbiteri ; Signum Gausfridi decani.

[*Quatrième colonne :*] Signum Orrici abbatis Sancte Trinitatis ; Signum Vitalis monachi ; Signum Hilarii monachi ; Signum Frotmundi monachi ;

[*Cinquième colonne :*] Hii ex familia Sancte Trinitatis : Signum Fulberti famuli thelonearii ; Signum Savarici famuli ; Signum Fulcherii famuli ; Signum David famuli ; Signum Johannis famuli ; Signum Harduini famuli ; Signum Rainfredi famuli ; Signum Beringerii decani ; Signum Ermenrici presbiteri.

Anno ab incarnatione Domini MLXXII, in ipsa sinodo ubi fecerunt primo monachi Sancti Sergii, vel monachus Adelardus, clamorem de Campiniaco adversus abbatem Sancti Albini[1].

[Signum Adraldi episcopi ; Signum Ingebranni decani ; Signum Arnulphi precentoris ; Signum Adelardi subdecani ; Signum Hil-

(1) Ce qui précède reproduit les souscriptions de l'original conservé aux Archives de Maine-et-Loire. Ce qui suit est emprunté à l'édition de ce document donnée par M. l'abbé Métais, sous le numéro CCXXXIV du *Cartulaire*

degarii archidiaconi ; Signum Odonis succentoris ; Signum Rotberti archidiaconi ; Signum Gauslini canonici ; Signum Fulcherii ; Signum Otbranni, Sancti Albini abbatis ; Signum Orrici, Sanctae Trinitatis abbatis, cum pluribus aliis; † Signum Eusebii, Andecavorum dicti episcopi.

[Que confirmatio facta est etiam Andecavis, in capitulo Sancti Albini, sicuti abbates Carnoti inter se convenerant, annuentibus fratribus universis et tota familia, assistentibus etiam ibidem multis honorabilibus viris, qui hujus corroborationis legaliter acte testes existunt, quorum ista sunt nomina :

[Monachi Sancti Albini : Guido monachus, Roscellinus, Odo, Bernardus, Vitalis, cum pluribus aliis ;

[Item testes ex parte Sancte Trinitatis : domnus abba Odericus, Haimo prior, cum pluribus etiam testibus.

[Perlecta quoque est hec eadem carta Turonum, ibique eam concordi auctoritate corroboraverunt Radulfus, Turonensis archiepiscopus, Eusebius, Andecavensis presul, atque Fulco, comes Andecavorum.

[Videntibus etiam fidelium fratrum quibusdam, tam clericis quam laicis, quorum ista sunt nomina :

[Burchardus praecentor filius Rainaldi, Galterius filius Johannis Pauperis, Gauffridus thesaurarius Sancti Mauricii, Guarinus clericus episcopi, Hugo de Monte Sorelli, Guarnerius prior Sancti Albini, Haimo prior Sancte Trinitatis, Berno monachus Sancte Trinitatis, Normannus famulus, Ligorinus de Villa Dei, Fulcherius famulus.

[Anno ab incarnatione Domini MLXXII.]

DCCXXXII. — 1072. — LETTRE PAR LAQUELLE OTBRAN, ABBÉ DE SAINT-AUBIN, ANNONCE AU LÉGAT GIRAUD, ÉVÊQUE D'OSTIE, L'EXISTENCE D'UN ACCORD INTERVENU AVEC ORRI, ABBÉ DE LA

de la Trinité de Vendôme, d'après un vidimus du 8 juin 1498 d'un autre original jadis conservé à la Trinité de Vendôme : ce vidimus fait aujourd'hui partie des archives de Loir-et-Cher. Il faut remarquer que dans ce dernier texte on trouve seulement une partie des signatures portées à l'original d'Angers.

TRINITÉ DE VENDÔME, AU SUJET DE SAINT-CLÉMENT DE CRAON. (*Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, nº CCXXXV.)

Giraldo, ecclesie Ostiensis episcopo, sanctae autem Romanae sedis legato, Otbrannus, Sancti Albini abbas, et qui cum eo sunt fratres, orationes et perpetuam in Domino salutem.

Notum vobis sit veterem querelam quae nos et Sanctae Trinitatis monachos diu adversos fecerat, per manum domni Arraldi, Carnotensis episcopi, finem ultimum accepisse.

Nam propter ipsius multiplices preces, vestram etiam in memoriam reducendo, et Apostolicae Sedi, cujus legatione fungimini, honorem deferendo, hanc cum eis pacem confecimus ut terminus constitutus pro dimissa calumnia solidorum quatuor milia dent nobis.

Nos vero in capitulum Sancti Albini de assensu omnium fratrum ac totius familiae id ratum faciamus [1].

Valete.

DCCXXXIII. — 1072. — LETTRE PAR LAQUELLE ORRI, ABBÉ DE LA TRINITÉ DE VENDÔME, ANNONCE AU LÉGAT GIRAUD, ÉVÊQUE D'OSTIE, L'EXISTENCE D'UN ACCORD ÉTABLI ENTRE LUI ET OTBRAN, ABBÉ DE SAINT-AUBIN, AU SUJET DE SAINT-CLÉMENT DE CRAON. (*Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, nº CCXXXV.)

DCCXXXIV. — Vers 1072. — LETTRE DES MOINES DE SAINT-AUBIN A P., NEVEU DU PAPE, PROTESTANT CONTRE L'ACCORD INTERVENU AU CONCILE DE CHARTRES ENTRE LES ABBÉS DE SAINT-AUBIN ET DE VENDÔME, ET EN DEMANDANT L'ANNULATION. (Imprimé par Dom Martène, *Thesaurus novus anecdotorum*, I, 201 ; *Hist. des Gaules*, XIV, 546 ; *Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, nº CCXXXVI.)

Domno P., Papae nepoti, congregatio Sancti Albini.

(1) On verra par l'acte numéro DCCXXXIV qu'Otbran ne parvint pas à obtenir l'unanimité dont il se flattait. Il s'était constitué dans le chapitre de Saint-Aubin une opposition puissante qui parvint, une vingtaine d'années après, à obtenir sous Urbain II une solution équitable de l'affaire.

Quam diligenter, Domne, vir nobilissime, domnus G[irardus], Ostiensis episcopus, jussui apostolico obedierit, dignitati vestrae non minimum solliciti fuimus intimare. Certe domnus Papa, nisi nos fefellit memoria, sagacitate vestra interveniente, jusserat quod si legatorum pars Romam, aliis revertentibus, ierat, tempestive rediret ille, causam nostram in subtili indagatione examinatam justo fine determinaret; quod si fieri nequisset, scilicet mora predicte partis diutius tardantis impediente, vel rei veritatem testimonio exploratam sibi renuntiaret.

Ille igitur, litteris apostolicis perlectis, legato nostro nichil certitudinis prius respondit. Postea vero patriam nostram ingressus Turonisque plures dies demoratus, causam nostram etiam obsecratus audire nolens, extra fines nostros sequi se nos admonuit, dicens se narrationem nostram auditurum Vindocino vel apud Carnotum. Uterque locus nobis nimium contrarius, hinc quod undique imminentibus insidiis hostium, tam munerum quam personarum tali quaestioni congruentium, copiam illuc conducere nobis vel impossibile stabat vel difficillimum, unde quod adversariis aderat facultas, sicuti dominis, sive domesticis illius regionis, tam pecuniae ad animos judicum corrumpendos, quam amicorum ad ipsam justitiam magis garrulitate impudenti quam facundia laudabili pervertendam astutorum.

Quid ergo?

Vix cum paucis suffragiis, Vindocino preterito, Carnotum ingressi in curia A[rraldi], Vindocinensium quondam monachi, multis personis, tam sub monachili quam sub clericali habitu degentibus, ipso Gerardo narrationem cum contrariis nullius oposita objicientibus ponderis habuimus, qua bis aut amplius duos dies dilucidissime perorata, cunctis praeter eorum fautores susurrantibus, seu aperte affirmantibus Sanctum Albinum causam habere justissimam et honestissimam, illos vero e contrario.

Nos expectantes sententias judicum ex auctoritate canonum, et cardinalis definitionem juxta Papae preceptum, nulla eum impediente repugnantia, excepto Carnotensium episcopo, homine, ut dicunt, versutiarum magistro, ex conventu ipse cardinalis et

predictus A[rraldus] in quoddam diversorium consulendi gratia conduxerunt.

Nobis autem possessionem ecclesiae jure hereditario stabilem propter pecuniam numeratam renuentibus ex petitione eorum alienari, asseruit cardinalis se nihil causae impositurum definitionis in sessione praesenti, jubens secum ire ad aliud consilium Parisius post paucos dies affuturum.

Nos vero in ipso itinere arripiens, cuique singulatim capere nummos suadendo quantum precum, quantum minarum, nunc blandiendo, nunc deterrendo consumsit, in epistola scribi non potuit ; vel inde lux clarius apparuit eum magis paratum partes eorum specialiter defendere quam inter partes aequanimiter judicare, cum leges seculares prohibent quem defensorem simul et judicem.

Parisius etiam multum et a multis . . . . xatus coram . . . . episcopisque pluribus qui aderant, ut finem labori nostro daret, testibus nostris presentibus jus nostrum affirmare paratis, cum nimia ira nihil profuturos respondens, ad illud nescio quod consilium in alienis partibus affuturum invitavit, ita tamen quod si nec illi quaestio finiretur, Romam item repeteremus. Impedimentis nos non posse tres hebdomadas jam secum demotos pluribus palam ostensis, excipere necessitatem noluit.

Quid plura ? Gaudium ab Apostolica majestate vestra adeptum benignitate vestitur in moerorem ! Quam aspere, immo quam crudeliter nos deterruit, exasperavit, cum quibusdam publice contendit, opprobrium fecit, et in absconso sepe jus facturum, si Romanam synodum expecteremus, promisit ! Quam inhoneste Frotmundum, bene vobis notum, ex hospitio suo ipse pulsando manibus suis expulit ! Fastidium vobis fieri metuentes, quippe homini de tantis rebus tractanti non fuimus ausi, justiciae adipiscendae omnem spem prorsus abscidit.

Nos igitur tristitia constrictos redeuntes episcopus A[rraldus] arripiens ducentas libras propter ecclesiam contra canonum interdicta multis precibus persuasit. Heu tristes in capitulio suo fuga justiciae compellente annuimus !

Insuper ab abbate nostro extorsit quod illam conventionem in

capitulo suo Andecavis monachis suis faceret confirmari. Qua de re, nondum consensu congregationis Sancti Albini audito, chartam contra consuetudinem fieri Carnoto praecepit.

Noster igitur abbas, priore suo absente, nec vocatis decanis, nec viris majoris intelligentiae et aetatis, minorem partem, quae praesens inerat in capitulo suo, sensu vel aetate puerilem conventioni annuere coegit, quibusdam aperte repugnantibus, cunctis paene clamantibus, se invitos, se coactos, tali concordare pacto. Unde inter nos exorsit contentio pejor quam civilis seditio, ac propter hoc praesens malum noveritis hinc germinare non parvum ecclesiae in antea detrimentum. Nam nulli ecclesiae ministri, auctoritatem ex apostolico legato retinentes, vendere aut donare amplius verebuntur, parvipendentes calumniam pauperum ab hereditate ecclesiastica stipem expectantium. Et hoc pro certo sciatis, nullum deinceps, audito causae nostrae fine, Romam petiturum causa justitiae. In ore enim omnium volvitur illud proverbium Jugurtinum : « Romam venalem esse, si emtorem invenerit » et omnes Roma discedentes.

Quare, vir prudentissime, tanti morbi pullulationi resistite, ne rata remaneat elaborate.

Hoc Apostolici vigilantiae suggerite, ut ad nihilum redigatur.

DCCXXXV. — 1078, 26 janvier. — CHARTE PAR LAQUELLE RENAUD DE CRAON ET SA FEMME ENNOGUEN ACCORDENT AUX MOINES DE VENDÔME LES BOUCLIERS DE GUERRE ET LES OFFRANDES FAITES QUAND ON PRÊTE SERMENT SUR LES RELIQUES DES SAINTS POUR APPARTENIR A TOUJOURS A L'ÉGLISE SAINT-CLÉMENT DE CRAON. (Ménage, *Hist. de Sablé*, p. 124; Mabillon, *Ann. O.S.B.*, V, 127; *Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, nº CCLVI.)

DCCXXXVI. — 1092 [1]. — NOTICE DANS LAQUELLE MILON [2], MOINE DE

(1) Cette date est facile à déterminer, grâce à la présence parmi les témoins d'Ausculfus, abbé de Saint-Jean-d'Angély, dont le prédécesseur est mort le 21 août 1091. Quant à Milon, auteur de la notice, en novembre 1092 il était en Calabre auprès d'Urbain II et obtenait enfin du pape une solution équitable du litige.

(2) C'est une note au dos de ce document qui permet d'en attribuer la paternité au moine Milon.

SAINT-AUBIN, EN RELATANT LES OBSTACLES MIS PAR LE COMTE D'ANJOU A CE QUE SON ABBÉ SE RENDIT AUPRÈS DU LÉGAT DU PAPE, AIMÉ, FAIT CONNAÎTRE LA SENTENCE PAR LAQUELLE CE DERNIER MAINTENAIT COMME RÉGULIÈREMENT CONCLU L'ACCORD INTERVENU EN 1072 ENTRE OTBRAN ET ORRI AU SUJET DE SAINT-CLÉMENT DE CRAON. (Imprimé par Baluze, *Miscellanea*, III, 52; *Historiens des Gaules*, XIV, 85; *Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, nº CCCXLV.)

Urbanus, Romanus pontifex, missis litteris, mandavit Amato, legato suo Rodulfo, Turonensi archiepiscopo, Gofrido, Andecavensi episcopo, ut litem quae est inter Sancti Albini et Sanctae Trinitatis Vindocinensis monachos de ecclesia Sancti Clementis Credonensis, vice sua justo judicio deciderent.

Amatus itaque, acceptis litteris supradictis, archiepiscopo et episcopo mandavit quatinus ad hanc causam determinandam Sanctonas ire una cum Sancti Albini et Sanctae Trinitatis Vindocinensis monachis, non differrent.

Quod comes Andecavensis audiens, suadentibus Sanctae Trinitatis Vindocinensis monachis, cum interminatione destructionis totius monasterii sui, Sancti Albini abbati Sanctonas ire vetuit; mandans Amato quatinus in terram suam, sicut ipsemet Amatus per supradictos monachos ab eodem comite quaesierat, Mirebellum vel Losdunum fiducialiter veniret, diffiniturus hanc tantam causam ibi, una cum archiepiscopo Turonensi et episcopo Andecavensi, sicut Apostolicus mandaverat, qui, ob itineris difficultatem, Sanctonas ire non poterant, cum et ipse huic placito interesse cuperet.

Amatus autem, praetentis occasionibus, venire noluit, sed hoc placitum, absque praedictorum pontificum invitatione et consensu, Burdegalam transtulit.

Abbas itaque Sancti Albini, licet graviter infirmus, ad hoc placitum, contra vetitum comitis Andecavensis, pergens, a Pictavensis comitis praeposito, Rotberto nomine, apud Sanctum Johannem Angeliacensem captus, et reverti conpulsus est, exquisitis antea manicis omnibus pro pecuniae ablatione, si qua fortasse

reperiretur. Qua non inventa, cum abbas et monachi suae captionis et reversionis causam quaereret, praepositus reddere noluit, interminando addens quia si ulterius tentarent procedere, et captionem et detrimentum rerum suarum maximum incurrerent. Adjunxit etiam ut ad comitem pergerent, et gravius quam ipse eos ceperat, circaverat, reverti compulciverat, super se proclamarent.

Missis igitur legatis Sanctum Maxentium, ad comitem, Girardo, priore suo, et Helinanno, altero monacho, qui de illatis injuriis quererentur, et fiduciam ac conductum comitis quaererent, ipse abbas cum ceteris eo die forte ad quamdam obedientiam Sanctae Mariae Dolensis [1] reversus est, ibi illos, quoadusque redirent, operiens.

Redeuntes itaque legati dixerunt comitem sui captionem et universa quae facta fuerant supradicto praeposito jussisse. Nam cum apud eum de sui abbatis captione et ceteris injuriis quererentur, respondit comes se nolle illos per suam terram transire euntes ad placitum in quo ecclesiam Sancti Clementis Credonensis monachis Vindocinensibus auferre niterentur, cum et abbatia Sanctae Trinitatis sua esset, et in sua terra obedientias multas haberet. Cumque fiduciae transeundi per suam terram et ducendi ad hoc placitum quoscumque vellent, quam audientibus Helia, Cenomannensi comite, Herberto, Toarcensi comite, Hugone de Licinniaco, illis Pictavis dederat, recordarentur, respondit de hoc non recognoscere, et idcirco si aliquid amiserant, reddere, transire autem illos nullo modo sinere. Interminando addidit etiam, quia si Amatus de hoc placito se ita intromitteret, ut aliquo modo Vindocinenses monachi Sancti Clementis ecclesiam amitterent, procul dubio nec suus episcopus, nec suus monachus esset. Unde conjici potest quod comes, monachorum Vindocinensium precibus vel pretio, abbatem cum suis et capi fecerit et reverti compulerit.

Hoc abbas audiens, ipse quidem cum ceteris monachis et laicis, hujus placiti consciis et suae rectitudinis testibus, ad proprium monasterium reversus est.

(1) Non pas Dol en Bretagne, mais Déols ou Bourgdieu, dans l'Indre.

Quatuor autem monachos, qui de praedictis injuriis quererentur, diversis viis misit, qui, per diverticula euntes latenter, diffugiendo per vias silvosas, cum maximo labore Burdegalam pervenerunt. Ubi, cum de Vindocinensibus monachis, quorum hortatu comes eorum abbatem, sicut conjecturis veris probatum est, capi fecerat, quererentur, nullam prorsus obtinuere justitiam. Nam cum se hujus captionis fuisse conscios omnes impudenter negarent, Mauritius, Sancti Florentii monachus et cellerarius, his verbis eorum impudentiam redarguit, dicens : « Prior Sancti Clementis Credonensis, apud Sanctum Maxentium, ubi tunc comes aderat, quesivit a me si Sancti Albini abbas ad placitum suum iret ? Cumque ego respondissem illum jam in itinere esse, dixit se tales habere amicos, qui, si possent, illum disturbarent ; de qua disturbatione, si contingeret, se magnum gaudium habiturum. Propter quae verba praedixi domno Guillelmo, abbati nostro, sicut et contigit, Sancti Albini abbatem procul dubio in hoc itinere disturbandum ».

Cumque omnes machinamenta ejus perciperent, et ipse adhuc impudenter se ita dixisse negaret, inquisitus ab Amato quid inde dixerit, nescio quid mussitando protulit, se quasi satisfacturum unde promittens, si ipse praeciperet.

Amatus autem totum impune dimisit.

Deinde Sancti Albini monachi de Sanctae Trinitatis Vindocinensis monachis conquesti sunt, eo quod Sancti Clementis Credonensis ecclesiam injuste invasissent et violenter tenerent, quam ipsi ex dono Suhardi Vetuli et ejus filiorum, Guarini et Suhardi, concessione, per annos multos possederant, officinis, vineis, signis, libris et aliis ornamentis ornaverant, et, usque ad Sanctae Trinitatis Vindocinensis fundationem et Gaufridi Martelli comitis tempus, qui, vi sua et sine ratione aliqua, illam Sancto Albino abstulit et Sanctae Trinitati donavit, pacifice tenuerant.

Ad quae Vindocinenses monachi nihil contradicentes, responderunt multas querelas inter se et Sancti Albini monachos de hac ecclesia fuisse, sed Otbrannum, Sancti Albini abbatem, ducentis denariorum libris ab Orrico, Sanctae Trinitatis abbate,

acceptis, concordiam inde fecisse. Cumque hanc concordiam per Giraldi, Ostiensis episcopi, manum factam esse dicerent, restitit Haimarus, Sancti Albini famulus, qui fuerat Otbranni abbatis camerarius, probare paratus quod Geraldus, Ostiensis episcopus, hanc concordiam neque fecerat, neque cum facta Carnoti fuit aderat. Cum vero hujus concordiae cirographum non haberent, quamdam aliam cartam legi fecerunt, in qua continebatur quod, secundum Otbranni abbatis promissum, totum Sancti Albini capituli hanc concordiam concesserat. Quod Sancti Albini monachi audientes, veris testimoniis falsum esse ostenderunt. Stephanus enim, Sancti Albini monachus, qui tunc magister scolarum fuerat, dixit se unum fuisse de calumniatoribus, Berardum Montbertum, Clementem Sancti Albini secretarium, Andream Rubeum et alios plures nominans, ipsos etiam Vindocinenses in testimonium hujus calumniae invocabat, addens quia si aliquis eorum negare tentaret, ipse approbaret.

Ad quae omnia cum Vindocinenses monachi nihil omnino resisterent, Sancti Albini monachi judicium flagitaverunt utrum abbas, quadam parte capituli contradicente, possessionem monasterii vendere possit.

Amatus itaque, secedens cum episcopis et abbatibus, et diu haec omnia revolvens, tandem judicavit concordiam quam Otbrannus et Orricus, adeo religiosi abbates, cum quadam parte capituli Sancti Albini, quamvis altera contradicente, fecerant, non posse dissolvi. Cumque Sancti Albini monachi a singulis episcopis, Agennensi et Nannetensi videlicet, abbatibus vero Sanctae Mariae Dolensis et Sancti Johannis Angeliacensis, clericis autem, Petro decano, Achelmo archidiacono Burdigalensibus, quos ipse Amatus ad judicium hoc faciendum secum advocaverat, quaererent utrum hoc judicium facerent vel consentirent, nemo eorum vel affirmavit vel negavit, praeter Sancti Johannis Angeliacensis abbatem, qui nec facere nec consentire huic judicio coram omnibus professus est.

Deinde Sancti Albini monachi hoc judicium palam omnibus calumniati sunt injustum esse et falsum, et contra sanctorum canonum decreta prolatum proclamantes, poposceruntque ut vel

ipse Amatus, data sententia canonica, hoc judicium corroboraret, vel ipsi canonicis sententiis id refutando improbarent.

Ad quae Amatus et ceteri, hujus injusti judicii conscii, nullum omnino dedere responsum, pluribus monachis, clericis, laicis aperte dicentibus hoc injustum videri judicium.

Huic placito interfuerunt : Simon Agennensis episcopus, Benedictus Namnetensis episcopus, Auldebertus Dolensis abbas, Ausculfus Angeliacensis abbas, Guillelmus abbas Sancti Florentii, et de monachis ejus : Mauritius, Oliverius, Radulfus, Haimo ;

De monachis Vindocinensibus : Frotmundus prior, Radulfus, Daniel, Gaufridus, Adelelmus.

De monachis Sancti Albini : Girardus prior, Helinannus, Stephanus, Milo ;

De famulis eorum : Haimarus Malpetit, David, Lucas, Ingelgerius.

De clericis : Leodegarius archidiaconus Pictavensis, Radulfus archidiaconus Namnetensis, Achelmus archidiaconus Burdigalensis, Willelmus, Apulus, Guillelmus Salmurensis archipresbiter, Petrus decanus Burdegalensis, Petrus de Subisa.

DCCXXXVII. — 1092, 24 novembre, Tarente. — BULLE PAR LAQUELLE URBAIN II, STATUANT SUR LE LITIGE QUI S'ÉTAIT ÉLEVÉ ENTRE LES ABBAYES DE SAINT-AUBIN ET DE LA TRINITÉ DE VENDÔME AU SUJET DU PRIEURÉ DE SAINT-CLÉMENT DE CRAON, DÉCIDE QUE LA TRINITÉ GARDERA SAINT-CLÉMENT, MAIS CÉDERA A SAINT-AUBIN UN PRIEURÉ CHOISI PARMI TROIS PRIEURÉS DÉSIGNÉS, AU NOMBRE DESQUELS SERA COMPRIS CELUI DE SAINT-JEAN-SUR-LOIRE. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 360, fol. 4. — Imprimé par Baluze, *Miscellanea*, III, 51 ; *Recueil des Historiens des Gaules*, XIV, 87 ; *Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, n° CCCXLIII.)

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis, Girardo, abbati Sancti Albini Andecavensis, et Bernoni, abbati Sancte Trinitatis Vindocinensis, salutem et apostolicam benedictionem.

Anno dominice Incarnationis MXCIII, pontificatus nostri quinto,

indictione prima, cum essemus in provincia Calabrie, apud monasterium Sancte Marie quod dicitur de Matina[1], monachi Sancti Albini, Girardus prior, Milo et Stephanus adversus monachos Sancte Trinitatis de Vindocino, Fromundum priorem, Ingelbaldum ostiarium, qui presentes aderant, conquesti sunt quod Vindocinenses fratres ecclesiam Sancti Clementis Credonensis, que a monachis Sancti Albini juste secundum illorum temporum consuetudinem adquisita ac per triginta annos quiete et sine interruptione possessa, violenter ablatam injuste detinerent.

Qui cum suis instrumentis et rationibus causam suam defendere niterentur, prima die proclamationis res diu et multum ventilata nullo potuit fine terminari. Secunda vero die, similiter multum discussa ad nullum tamen est finem deducta. Die autem tertia, duodecimo scilicet kalendas decembris, residentibus nobis in Anglone, civitate Apulie, presentibus religiosis et venerabilibus tam episcopis quam sancte Romane ecclesie cardinalibus sive diaconibus, astantibus etiam nobilibus Romanis et comitibus Apulie, gloriosissimis Boamonte et Guillelmo, re iterum diu et multum inquisita, tandem, inspirante Deo, lucidius eluxit in quam potius partem justicia declinaret. Cum enim utraque pars suis nobis allegationibus obviarent et hinc pactionem abbatum, confirmationem pontificum Romane Ecclesie legatorum, illinc vero legitimum introitum et canonicam triginta annorum possessionem nobis opponerent ; nosque omnium fidelium causas equa lance pensare debemus, utriusque utilitati providentes, ipsam litem concordie convenientis equitate decidere maluimus. Omnes igitur qui nobiscum aderant hanc sententiam collaudantes, consentientibus predictis utriusque cenobii fratribus, et in manus nostras fidem pollicendo firmantibus, concordia et pax inter eos hoc modo posita est, ut scilicet Vindocinenses monachi de his tribus ecclesiis, aut ecclesiam Manitilium, vel Sancti Saturnini, sive Sancti Johannis super Ligerim unam, quam congregatio tota Sancte Trinitatis elegerit, cum omnibus que ad eandem ecclesiam

(1) Il y était le 18 novembre 1092. Les renseignements chronologiques groupés ici ne laissent aucun doute sur la véritable date de cette bulle, donnée d'après le style pisan, en avance de neuf mois sur le style actuel.

tam mobilibus quam immobilibus, interius exteriusque, ad presens pertinent, infra dies triginta postquam domum redierint, monasterio Sancti Albini in perpetuum tradant.

Fratres itaque Sancti Albini omnem litem omnemque calumniam ex causa hac in manus nostras et Vindocinensium fratrum refutaverunt. Vindocinenses vero unam supradictarum ecclesiarum in manus nostras reddiderunt, et per nos eosdem monachos investierunt.

Presenti igitur auctoritate fraternitatem vestram admonemus et precipimus, ut hoc pactum a nobis intentione pacis et quietis dispositum et statutum, omni tempore deinceps ratum et inconvulsum teneatis et observetis. Quecumque autem pars hanc nostre decisionis sententiam non susceperit, vel transgredi presumpserit, tam canonum severitati subjaceat quam legitime compositionis penam, id est auri centum librarum, sustineat et a causa penitus cadat.

Data Tarenti, VIII kalendas decembris.

DCCXXXVIII. — 1093. — NOTICE DE LA SENTENCE RENDUE PAR URBAIN II SUR LE LITIGE ENTRE SAINT-AUBIN ET LA TRINITÉ DE VENDÔME AU SUJET DE SAINT-CLÉMENT DE CRAON ET DE LA RATIFICATION DE CETTE SENTENCE PAR LES DEUX ABBAYES. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 360, fol. 1. -- Imprimé par Baluze, *Miscellanea*, III, 51; *Historiens des Gaules*, XIV, 87 ; *Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, n° CCCXLVI.)

Cellam Sancti Clementis Credonensis castri cum omnibus appenditiis suis ecclesiasticis possedere quietam monachi Beati Albini amplius quam triginta annis in pace. Eam Goffridus Martellus, Andecavorum comes, patenti eis sublatam violentia monachis dedit Vindocinensis monasterii, non tamen sine calumnia monachorum Sancti Albini. Cumque pro hac re inter hos illosque monachos jugis perseveraret discordia, temptatis prius frustra pluribus sinodorum consiliorumque judiciis, apostolica tandem vocatione, Urbano pape jubentur presentari, facturi ad invicem ex ejus decreto canonica jura.

Audierat enim jam secundo de hac re papa predictus monachorum Sancti Albini clamorem, quem ad ejus aures detulerat Milo, quidam eorum commonachus, missus ad hoc jam semel et iterum ab abbate et ceteris fratribus ejus. Deliberatum itaque est ab utriusque congregationis monachis, ut electi seniores duo tresve hinc et inde apostolicis destinarentur conspectibus, qui ei partis utriusque causas tali patefacerent conditione [1], ut quicquid ex ea re presentibus illis apostolica firmaret auctoritas, hoc firmum et inviolabile utriusque monasterii defenderet posteritas. Eo tempore abbas Sancti Albini, Girardus, vehementi laborans infirmitate, equitare non poterat ; sed et Bernonem, Vindocinensis monasterii abbatem, anni jam declinantes in senium ab omni labore excusabant.

Electi sunt ergo ad hanc legationem :

De monachis Beati Albini : Girardus prior, Stephanus quoque et Milo famulique eorum.

De Vindocinensibus quoque electi sunt : Frotmundus prior et Ingelbaldus famulique eorum.

Qui profecti pariter, pariter se pape obtutibus obtulerunt, pariter ei causas suas manifestaverunt. Ille diligens in utramque partem, prout oportuit, examinator, post multas hujus illiusque partis retractationes, pacem tandem et concordiam inter utrosque, utrorumque libera voluntate, composuit. Et pacis quidem ejus sive concordie pactum priores ambo et monachi, qui cum eis erant, datis propriis fidutiis, in manu pape firmaverunt. Sed et idem papa ad firmitatis cumulum pactum eorum propriis confirmavit sigillis et litteris, quarum exemplum hic adnotatum sequitur.

[*Ici s'intercale le texte du numéro* DCCXXXVII].

Postquam autem reversi sunt priores et qui cum eis missi fuerant, recitate sunt littere iste tam in Vindocinensi quam in Sancti Albini capitulo, in presentia abbatum et monachorum, concedentibus universis pacem illam et concordiam quam pape

(1) Les huit mots qui précèdent ont été omis par M. l'abbé Métais en publiant cette pièce sous le numéro CCCXLVI de son *Cartulaire de la Trinité de Vendôme*.

poscebat sententia, tradideruntque Vindocinensis monasterii fratres monachis Sancti Albini ecclesiam Sancti Johannis que est super Ligerim, cum tota ejus agrorum et vinearum possessione in nomine supradicte concordie. Que ut plenius firmaretur, missi sunt a monachis suis Frotmundus prior, Ingelbaldus hospitalarius, Herbertus de Booleto in capitulum Sancti Albini, ibique in omnium audientia concessa est ex utraque parte pax supradicta. Sed et de monachis Sancti Albini missi sunt in Vindocinense capitulum Girardus prior, Hugo Mansellus, Stephanus quoque et Archembaldus ; ibique abbas Berno eandem se concedere testatus est concordiam, sic ceteris consentientibus, ut ne unus quidem adversaretur.

Ad quod audiendum adhibitia sunt seculares testes :

Ex parte Sancti Albini : Girardus, Firmatus, Popardus, Samazoellus, famuli monachorum, qui missi fuerant.

Ex Vindocinensium parte : Anseius carpentarius, Gualterius carpentarius, Walterius sutor, Durandus de Andecava, Herbertus Bloius, Odo Modiolus, Rainaldus de Andecava, Guarinus hospitalarius, Albertus Boverius, Bernerius secretarius, Rainaldus pistor.

DCCXXXIX. — 1115, avant mai. — LETTRE DE GEOFFROY, ABBÉ DE VENDÔME, AU PAPE PASCAL II ; AU MOMENT OU CELUI-CI DOIT STATUER SUR SA REVENDICATION DU PRIEURÉ DE SAINT-JEAN-SUR-LOIRE, POSSÉDÉ PAR SAINT-AUBIN DEPUIS 1092, IL RECOMMANDE AU PAPE LA BONTÉ DE SA CAUSE[1]. (Imprimé par Sirmond, *Gaufridi, Vindocinensis abbatis, epistole*, lib. I, epist. 8; réimprimé dans Migne, *Patrologia latina*, CLVII, 46 ; *Recueil des Historiens des Gaules*, XV, 292.)

DCCXL. — 1115, 25 mai, Bénévent. — BULLE PAR LAQUELLE, MALGRÉ LA RÉCLAMATION DE GEOFFROY, ABBÉ DE LA TRINITÉ DE VENDÔME, LE PAPE PASCAL II MAINTIENT LA SENTENCE D'URBAIN II QUI AVAIT ATTRIBUÉ A SAINT-AUBIN LA POSSESSION DE SAINT-

(1) Cette lettre semble n'être pas parvenue au Pape en temps utile ; celui-ci du moins, dans sa bulle du 25 mai, n'y fait aucune allusion.

JEAN-SUR-LOIRE. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 360, fol. 5. — Imprimé par Baluze, *Miscellanea*, III, 52 ; *Cartulaire de la Trinité de Vendôme*, nº CCCCXXX.)

Paschalis episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Arcimbaldo, abbati monasterii Sancti Albini quod apud Andegavim situm est, salutem et apostolicam benedictionem.

Ex predecessoris nostri sancte memorie, Urbani secundi pape, litteris intelleximus quod, ante conspectum ejus, a monachis Sancti Albini adversus Vindocinenses questio facta fuerit super Sancti Clementis aecclesia Credonensi. Tunc ex beneplacito ejusdem pontificis deliberatum fuit ut Vindocinenses fratres, pro recompensatione supradicte aecclesie, aliam Sancti Albini monachis ecclesiam traderent. Unde factum est ut Vindocinenses eisdem monachis aecclesiam Sancti Johannis super Ligerim traderent.

Quod utriusque congregationis favore consensuque firmatum est.

Nostro autem tempore, Josfridus, Vindocinensis abbas, super eadem aecclesia Sancti Johannis Arcimbaldum, Sancti Albini abbatem, sollicitare studuit. Unde nos ab eo efflagitati, Arcimbaldum ipsum nostris ad causam litteris evocavimus.

Ceterum post terminum a nobis statutum, cum ipsi alio sibi tempore secundum vel tertium terminum statuissent, sicut nobis eorum litteris significatum est, Arcimbaldo semper ad profectionem parato, sicut ex ejus legatione percepimus, Vindocinensis abbas non solum non venit, sed nec excusationes rationabiles allegavit.

Nos igitur simulationes et dissimulationes hujusmodi perpendentes, juxta postulationem venerabilis fratris nostri Rainaldi, Andegavensis episcopi, quieti vestre in posterum super hoc negotio duximus providendum.

Presentis igitur decreti pagina convenientiam illam, que per supradicti predecessoris nostri deliberationem constituta est, firmam perpetuo permanere decernimus, omnimodis prohibentes ne super illa Sancti Johannis aecclesia ulterius Sancti Albini monasterium Vindocinensis abbas inquietare presumat.

Quod si presumpserit inquietatio ipsa vires nullas obtineat.

Ego, Paschalis, Catholice ecclesie episcopus, subscripsi.

Data Beneventi, per manum Johannis diaconi bibliothecarii, VIII kalendas junii, indictione VIII, Incarnationis dominice anno MCXV.

DCCXLI. — 1106-1120, un 23 mars. — NOTICE DE LA SENTENCE RENDUE EN LA COUR DE SAINT-AUBIN AU SUJET D'UNE VIGNE AYANT APPARTENU A DAVIN, DE SAINT-JEAN-SUR-LOIRE. (Copie du XVIIe siècle, Archives de Maine-et-Loire, H. 361.)

Uxor Daavini de Sancto Johanne de super Ligerim, et vivens et moriens, dimidium arpentum vinee Sancto Albino post mortem predicti viri sui condonavit. Post multos autem annos, surrexit quidam miles, nomine Bormaudus, et hanc vineam ipsi Daavino et monachis calumniatus est.

Qua de re in curiam Sancti Albini utrique venerunt ; ibique, presente Archembaldo abbate, Bormaudus dixit quia uxor Daavini, in vita sua, donum de predicta vinea sibi fecisset. Econtra Daavinus respondit de hoc dono se nihil scire, sed eamdem vineam post mortem uxoris sue se multos annos sine calumnia tenuisse.

Quod audientes qui aderant, judicaverunt quod Daavinus quamdiu viveret, predictam vineam deberet habere nec Bormaudo de illa per rectum deberet respondere.

Viri autem qui hoc judicium fecerunt sunt isti : Guillelmus Musca archidiaconus, Mainerius de Sancto Laudo, Hugo Turonensis, Haimericus Chamallart.

Cumque isti judicium istud fecissent, Archembaldus abbas et monachi, ipso etiam Bormaudo audiente, dixerunt quod predicta mulier illam vineam Sancto Albino post mortem viri sui dimiserat. Hoc etiam Daavinus testificatus est et narravit quod ante multos annos, cum adhuc monachi Vindocinenses Sanctum Johannem possiderent, illa uxor sua in egritudinem decidit et ad suam confessionem monachis Sancti Johannis ibi servientibus predictam vineam post mortem viri sui delegavit. Cumque de infirmitate tunc convaluisset et monachi Sancti Albini ecclesiam

Sancti Johannis jam haberent, illa mulier donum quod monachis Vindocinensibus de vinea primitus fecerat, ad ultimam confessionem suam monachis Sancti Albini fecit. De hac re advocariam suam idem Daavinus hominibus Sancti Albini, presente Archembaldo abbate, dedit, quorum nomina sunt scripta : Warinus Modicus, Guarinus Pulsatus, Adelardus Sorini, Drogo Gaudini, Hamelinus de Sancto Albino.

Postea idem Bormaudus, iturus Jerosolymis, venit in capitulum Sancti Albini, ibique abbati Archembaldo supradictam calumniam cum una virgula guirpivit et predictam vineam Sancto Albino concessit, accipiens proinde beneficium monachorum et decem solidos in caritate.

Hoc in supradicto loco x kalendas maii factum viderunt et audierunt : Robertus prepositus, Adelardus Sorini, Willelmus cocus.

PRIEURÉ DE LA CROPTE

DCCXLII. — 1096, 19 mai. — NOTICE DES DONS FAITS A SAINT-AUBIN PAR FOULQUES DE MATHEFELON DE L'ÉGLISE DE LA CROPTE ET DE DIVERS BIENS ET DROITS, ET DE LA RATIFICATION DE CES DONS PAR SAMUEL, FRÈRE DE FOULQUES, ET PAR HUGUES, SON FILS. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H, La Cropte, fol. 1 ; copie, B. N., lat. 17126, p. 144 ; copie moderne, Archives de la Sarthe, H. 292. — Imprimé par Dom Piolin, *Hist. de l'Église du Mans*, III, 691.)

Cum in necessariis rebus utile sit oblivionem fugere, congruum valere videtur quolibet scripto memorie tradere quod posteritati novimus profuturum esse.

Scribimus itaque quod quidam nobilis homo et miles egregius, Fulco de Matefelon dictus, donavit Deo et sancto Albino ejusque monachis, pro redemptione anime sue et parentum suorum, in villa que vocatur Cripta, ecclesiam in honore beati apostoli Petri constructam, totam et in integrum, sicut ipse habebat, et coemeterium omnemque decimam agnorum, vitulorum et porcellorum, omnisque lanificii et omnium leguminum.

Hanc vero donationem, pro anima sua, ut diximus, simpliciter fecit, nec aurum vel argentum inde quesivit aut habuit.

Ut autem monachi in eodem loco habitare possent, donavit eis totam medietatem decime panis et vini que ad eamdem ecclesiam pertinebat, alteram medietatem illis condonans post mortem Samuelis fratris sui, qui illam de ipso tenebat solummodo in vita sua.

Preterea donavit et decimam duorum molendinorum in annona et piscibus, medietatem quoque unius furnilis et decimam omnium pasnagiorum suorum ; et dominicos porcos ab omni pasnagio quietos esse decrevit. Concedens insuper eis pasnagium hominum suorum ad eamdem obedientiam pertinentium, sylvam quoque suam ad omnia sibi necessaria attribuit monachis.

Concessit etiam eis ut ibidem burgum facerent, et burgenses in eorum potestate essent, nulli hominum qualemcumque consuetudinem reddentes, nisi monachis.

Auctorizavit quoque eis quicquid in omni terra sua dono vel emptione adquirere possent, preter amissionem totius servitii sui.

Pro his igitur que, ut diximus, preter ecclesiam donavit, ad augmentum victus monachorum accepit a monachis in caritate trecentos solidos denariorum ; et insuper duas marcas auri illi prestiterunt, quas Sancto Albino reddet termino sibi ab abbate denominato.

De prescriptis igitur rebus misit idem Fulco unum baculum pro dono in manu Girardi abbatis, et post super altare beati Albini posuit.

Cernentibus : Fulcone de Frumentariis, Guarino cellarario, Alario fratre ejus, Haimerico coementario, Gervasio mariscallo, Barbotino fratre Pagani cellararii, Hattone filio Gervasii, Tetbaldo et Papino pistoribus, Josberto Aquila, Bernardo Vigili, Rotberto Granet.

[[1] Actum in capitulo Sancti Albini, anno MXCVI, indictione IV, XIV kalendas junii, Urbano papa Romano, Hoello, episcopo Cenomannensi, regni Philippi anno XXXVII].

Hec omnia superius scripta Samuel, frater predicti Fulconis, bona voluntate concessit in capitulo Sancti Albini, presente ibidem Fulcone, predicto fratre suo, et Hamelino de Altanoisa, Hugone Trop en Prend, Matheo de Pratellis, Gurmundo, Huberto de Brolio Hermant, Audefredo Diabolo, Pagano cellerio, Rotberto de Treviis, Constantino Carbonello, Firmato, Rainaldo Recordello, Hugone Trop s'esbat.

Pro hac concessione habuit Samuel unam mulam decem librarum.

Hugo quoque, filius Fulconis, post aliquantum temporis, venit cum patre suo in capitulum Sancti Albini ibique et predictum donum patris sui et insuper quidquid ex illa die pater suus mona-

(1) Le passage placé entre crochets est fourni par Gaignières, B. N., latin 17126, p. 144.

chis Sancti Albini donaret aut venderet bono animo concessit, dato illi proinde uno pellizione vario a monachis.

Hic etiam presentes fuerunt : Mainardus Bos, Tetbaldus de Loio, Matheus, Robertus Pirarius, Paganus cellararius, Rainaldus de Sorgiis, Gervasius, Firmatus Marescalli.

DCCXLIII. — 1118, 31 août. — NOTICE DE LA RATIFICATION PAR HUGUES DE MATHEFELON DES DONS FAITS DANS SON FIEF A SAINT-AUBIN PAR SAMUEL DE LA CROPTE, SON ONCLE, ET PAR FOULQUES, FRÈRE DE SAMUEL ET PÈRE DE HUGUES. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H, La Cropte, fol. 2 ; copie moderne, Archives de la Sarthe, H. 292. — Imprimé par Dom Piolin, *Hist. de l'Église du Mans*, III, 693.)

Anno ab incarnatione Domini MCXVIII, cum Samuel de Cripta graviter infirmaretur, venit ad eum Hugo de Matefelon, nepos ejus. Quo presente cum ille eleemosinam suam contulisset, rogavit eum ut eleemosinam quam ipse Samuel et Fulco, frater ejus, pater ipsius Hugonis, Deo et sancto Albino ejusque monachis apud Criptam donaverant, concederet et conservaret, quidquid scilicet donaverat vel daturus erat.

Hoc itaque Hugo benignissime cum multis lacrymis fecit. Concessit videlicet eleemosinam supradicti patris sui et patrui sui, promittens illi, fide media, osculum ei dando pro hac re sub nomine fidei, ut illam toto tempore vite sue conservaret et quod eam, si non augeret, minui nullo modo pateretur.

Hoc secundo kalendas septembris, in domo ejusdem Samuelis factum, viderunt et audierunt :

Monachi : Radulfus de Lusdo, Albericus de Camberliaco, Johannes Modicus ;

De laicis : Hamo de Ruillé, Robertus Bacum, Hildricus Maillart, Ballonus, Radulfus de Broil Hermant, Rainaldus serviens, Joannes Bouet, Cotardus armiger, Guido nepos Hamelini, Wido clericus de Daun.

DCCXLIV. — Vers 1173[1]. — CHIROGRAPHE RELATANT LE DON

(1) C'est la présence comme prieur de l'abbaye de Robert le Bigot qui nous permet de dater cet acte.

D'UNE DÎME FAIT AU PRIEURÉ DE LA CROPTE PAR PÉAN BOGUEREL QUI Y AVAIT PRIS L'HABIT RELIGIEUX. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H, La Cropte. — Imprimé par Dom Piolin, *Hist. de l'Église du Mans*, III, 694.)

Quoniam nostris temporibus adeo abundavit iniquitas ut parentum dona non erubescit violare filiorum perversitas, scribimus ad noticiam presentium futurorumque quod Paganus Boguerel, monachilem habitum suscipiens aput Criptam, per manum Rotberti Cenomannensis, tunc temporis obedientie prioris, dedit Deo et sancto Albino in elemosinam ejusque monachis decimam Jarzearie, in pane et vino ceterisque seminariis de quibus decima redditur, duas videlicet partes quas ibi habebat, retenta solummodo decima illius vinee quam, antequam monachus esset, in dominium tenuerat.

Hoc donum concessit Hubertus, filius ejus, et Osanna, uxor Huberti, videntibus et audientibus istis : Thoma de Tilia, Gaufrido de Andegavia, Radulfo Bove, Fulcherio furnario et pluribus aliis.

Postea, adductus est supradictus Paganus Andegavis a Rotberto priore ut, sicut consuetudo exigit, monachorum professionem faceret et benediceretur.

Die igitur festi sancti Clari, residente in capitulo donno Guillelmo abbate cum fratribus, introgressus sepedictus Paganus cum filio suo, Huberto, donum quod aput Criptam fecerat recitavit, et, sicut diximus, de duabus partibus decime que eum contingebant, annuente filio suo, Huberto, donnum Guillelmum abbatem cum virgula quadam investivit, quam ad confirmandam investituram idem Hubertus super altare Beati Albini posuit.

Hoc viderunt et audierunt :

Monachi : Rotbertus le Bigot magister prior, Guarinus Yvonis subprior, Jaguelinus hospiciarius, Johannes Barré bajulus, Gaufridus censarius, Gaufridus armarius, Rotbertus Cenomannensis, Johannes cantor, Johannes aculearius, Guillelmus Symia, Fulco de Coldreio ;

De famulis nostris : Aufredulus, Galterius de Turre, Petrus pulmentarius et plures alii.

DCCXLV. — Après 1173. — CHIROGRAPHE RELATANT LES DONS FAITS PAR GERVAIS D'AUNAY AU PRIEURÉ DE LA CROPTE. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H, La Cropte, fol. 5. — Imprimé par Dom Piolin, *Hist. de l'Église du Mans*, III, 693.)

Quoniam labilis est hominum memoria, ad noticiam presentium futurorumque presenti scripto mandare curavimus quod Gervasius de Alneto, videns patrem suum, Rainaldum, in extremo exitu anime valde laborantem, peciit a Rotberto, priore Cropte, ut monachili habitu eum indueret, quatinus ab hujus vite miseria facilius transmigraret.

Cujus peticioni predictus prior benigne annuit, et per manum Gervasii Rainaldum in monachum recepit.

Prefatus igitur Gervasius, de salute anime patris sui sollicitus, dedit Deo et sancto Albino in elemosinam, pro anima patris sui Gervasiique, avi sui, et sua et parentum suorum, decimam clausi de Alneto talleativam et sex denarios Cenomannenses annui census, quos reddit in die Pasche priori Cripte Gaufridus Chartenus de terra Oberterie.

Hoc donum concessit supradictus Gervasius Deo et sancto Albino ejusque monachis in elemosinam solidum et quietum, sicut ipse tenebat, et Robertum priorem investivit, cum assensu matris sue, Haduise, sororisque sue, Petronille, et Roberti, fratris sui, et Rotberti, patrui sui.

Videntibus et audientibus istis : Guillelmo Carrel, Guillelmo de Breullio, Fromundo Berenger, Johanne presbitero, Rotberto Sine Terra et multis aliis.

Defuncto itaque Rainaldo et allato Andegavis ibique in cimiterio monachorum honorifice sepulto, venit sepedictus Gervasius cum Rotberto, patruo suo, in capitulum Sancti Albini, donumque quod apud Criptam fecerat coram omnibus fratribus recitavit, recitatum confirmavit, sasiendo donnum Guarinum Yvonis, priorem claustri [1], cum quadam virgula, quam postea super altare Beati Albini posuit.

(1) Dans l'acte précédent, nous avons trouvé ce « Guarinus Yvonis » qualifié de *subprior* ; ici il est devenu *prior claustri*. le second acte est donc postérieur au premier.

Videntibus et audientibus istis :

De monachis : Petro Billon cellarario, Rotberto Gundram panetario, Johanne cantore, Rotberto priore Cripte, Petro Britone subsacrista, Johanne aculeario, Guillelmo Symia et pluribus aliis ;

De famulis : Galterio de Turre, Hugone Pince Miche, Johanne de Hospicio, Russello de Mariscaucia et aliis multis.

PRIEURÉ DE LA FLÈCHE

DCCXLVI. — 1087, 13 février[1]. — NOTICE DANS LAQUELLE LES MOINES DE SAINT-AUBIN RELATENT LES DONS QUI LEUR FURENT FAITS A LA FLÈCHE PAR JEAN, SEIGNEUR DU LIEU, D'ACCORD AVEC HÉLIE, SON FILS. (Pancarte du XIIe siècle, Archives de la Sarthe, H. 279, fol. 1.)

Cum nobis in utilibus rebus, quantum possumus, expediat oblivionem fugere, oportunum est quolibet scripto servare quod constat generationi venture profuturum esse.

Scribimus itaque quod quidam vir nobilis et miles egregius, cui nomen est Johannes de Fissa, largitus est de honore suo aliquid Deo et sancto Albino et ejus monachis sine hesitatione, presumens aliquod levamen peccatorum suorum pro tali opere se posse promereri. Non enim propterea a monachis aurum vel argentum quesivit, sed simpliciter, pro redemptione anime sue et patris et matris sue et filiorum suorum, donavit quicquid donavit.

Sed jam nominanda sunt distincte universa que dedit, ut rem totam, sicut est, cognoscant qui cartulam istam lecturi sunt vel audituri.

Inprimis igitur, dedit ecclesiam Sancti Audoeni, sicut ipse habebat, et chapellam suam, que in chastello ejus sita est et constructa in honorem sancte Marie semper virginis.

Dedit etiam unam mansuram optime telluris, id est quantum quatuor immense fortitudinis boves arare possunt juxta morem agricolarum, et quoddam pratum ante ecclesiam Sancti Audoeni, cum aliis pratis longius positis.

(1) Cette pièce, ainsi que celles numérotées DCCXLVIII à DCCLIV sont réunies sur la même pancarte. Elles ont été copiées au XVIIe siècle par Baluze. (B. N., fonds Baluze, 139, fol. 328 et suiv.) Les notices de trois de ces pièces figurent au Cartulaire (voy. T. I, p. 383), mais le texte n'y a pas été transcrit.

Preterea donavit ortum suum et virgultum suum, et designavit locum quo burgum facerent et furnum proprium haberent.

Burgenses vero qui ibi habitarent decrevit esse in potestate monachorum, nulli homini qualemcumque consuetudinem redditurus nisi monachis, excepto quod chastellum ejus custodient, quando super hostes suos perget.

Donavit et decimam molendinorum suorum in annona et in piscibus, et decimam panum de furno suo.

His donis adjunxit et decimam vinearum suarum atque carrucarum.

Omnibus his donationibus interfuit Helias, filius ejus, et cuncta superius memorata monachis libenter concessit.

Erant autem cum eo : Hugo, frater Galdini de Malicornant, et Girardus de Cleiers et Archembaldus, filius Ulrici.

De monachis : Girardus abbas, et Gaufridus bajulus ejus, et Hubertus prior, et Motbertus hostiarius et Fromundus de Viriaco.

De hominibus monachorum : Aldulfus prepositus eorum, Haimarus Malspetith, Rotbertus de Treviis, Hilarius frater Aldulfi, Gualterius Bornus, Constantinus coqus, Ernaldus Brionius, Rainaldus Gundrannus.

Hi omnes testes sunt donorum istorum.

Actum apud Fissam, anno ab incarnatione Domini MLXXXVII, indictione prima, cyclo secundo, idus februarii, qui terminus evenit septimo, regnante Philippo rege Francorum, tempore Fulconis comitis Junioris, anno nono decimo comitatus ejus, sedente Gaufrido presule in cathedra episcopali annis quinque.

Petrus monachus indignus scripsit.

DCCXLVII. — 1095. — CHARTE PAR LAQUELLE JEAN DE LA FLÈCHE DONNE A SAINT-AUBIN LE DROIT DE CHAUFFAGE DANS SA FORÊT.

(Original, Archives de la Sarthe, H. 279, fol. 4.)

Inter cetera peccatorum remedia que nobis misericordia Dei neminem perire volens indulsit, elemosinam maxime scriptura divina commendat, unde Dominus in Evangelio : « Date elemosinam et omnia munda sunt vobis. »

Inde est quod ego, Johannes de Fissa, pro redempcione anime mee et patris mei et matris mee et filiorum meorum et antecessorum et successorum meorum, et ut anima mea et eorum anime eterni incendii flammas evadere possint, do in elemosinam perpetuam cum aliis donis Deo et sancto Albino et ejus monachis apud Fissam manentibus calfagium in nemore meo, quod est justa castellum meum et ad proprium furnum suum calefaciendum justa morem aliorum furnorum.

De hac donatione investivi Girardum, abbatem Sancti Albini, cum uno baculo in capitulo ejusdem Sancti, et ipsum baculum pro majori auctoritate super altare dominicum posui.

Quicumque autem contra hujus donationis mee auctoritatem inique agere presumpserit, aut aliquo modo pejorare eam attemptaverit, inprimis iram Dei omnipotentis incurrat et cum Juda traditore dampnationem accipiat.

Actum est hoc anno ab incarnatione Domini MXCV, regnante Philippo, rege Francorum, tempore Fulconis comitis.

Hujus rei testes sunt isti : Hugo frater Gaudini de Malicornant, Girardus de Cleeriis, Archenbaudus filius Orrici, Simon de Ceton, Mauricius de Escharbot ;

De monachis : Girardus abbas, Frotmundus prior, Ernulfus, Landricus, Constantinus.

De famulis : Samoellus famulus prioris, Gundoinus infirmarius, Morellus cocus, Mauricius Pipini, Rubeschau, Menguisus ortolanus, Guiddo Maupetit et alii multi.

Signum	Johannis
de	Fissa

DCCXLVIII. — Vers 1097. — NOTICE DANS LAQUELLE LES MOINES DE SAINT-AUBIN RELATENT COMMENT JEAN, SEIGNEUR DE LA FLÈCHE, ÉTANT TOMBÉ MALADE A CHATEAU-GONTIER, PRIT

L'HABIT MONASTIQUE ET FIT DIVERS DONS A SAINT-AUBIN. (Pancarte du XII[e] siècle, Archives de la Sarthe, H. 279, fol. 1.)

Non longo post temporum decurso volumine, idem supradictus Johannes de Fissa, apud Castrum Gunterii egritudinis dolore detentus, monachilem habitum et benedictionem flebiliter appetendo, a monachis Sancti Albini, Dei gratia concedente, suscipere meruit.

Ubi item dedit Sancto Albino decimam pedagii chastelli sui et pasnagiorum suorum, et concessit si quilibet de casatis suis aliquam partem de casamento suo donare vellet monachis aut vendere, et totum presbiteratum ecclesie de Lusdo, si presbiteri eis gratanter concedere voluerint.

Audientibus : Widdone, Herveo, Mainguiso, Ingelfrido monacho, Rotberto presbitero, Willelmo filio Guidulfi, Adelardo de Senoniis, Hugone Chotardo, Radulfo Chotardo, Hugone de Tirnaio.

Ipse, eadem invalescente egritudine, ibidem defunctus est.

Monachi vero corpus ejus diligenter procuratum ad Sanctum Albinum attulerunt et diligentius sepelierunt.

DCCXLIX. — Vers 1097. — NOTICE RELATANT LA SÉPULTURE DE JEAN DE LA FLÈCHE ET LA RATIFICATION FAITE PAR HÉLIE, SON FILS, LE JOUR MÊME DE CETTE SÉPULTURE, DES DONS QUE SON PÈRE AVAIT FAITS A L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN. (Pancarte du XII[e] siècle, Archives de la Sarthe, H. 279, fol. 1.)

Elias vero, filius ejus, qui et sepulture interfuit, eodem die in capitulo, ponendo baculum in manum domni Girardi abbatis, quod pater prius et quod posterius Sancto Albino donaverat libenter donavit et concessit, et receperunt beneficium Sancti Albini ipse et frater ejus, Gaufridus.

Hujus rei sunt testes isti : Simon de Ceton, Girardus de Cleers, Paganus de Schimiriaco, Mauricius d'Escharbot, Joscelinus de Verreria, Herchembaldus Baldinus, Hugo de Tirnaio.

De famulis monachorum : Aldulfus, Warinus frater ejus, Haimarus Malspetith.

DCCL. — Après 1097. — NOTICE DE LA RÉCLAMATION ÉLEVÉE PAR JAUBERT, FILS AINÉ DE JEAN DE LA FLÈCHE, CONTRE LA DONATION FAITE PAR SON PÈRE, ET DE LA CONFIRMATION DÉFINITIVE DE CE DON. (Pancarte du XIIe siècle, Archives de la Sarthe, H. 279, fol. 1.)

Eo tempore quo ista facta fuerunt, Gausbertus, filius Johannis de Fissa major natu, Cenomannis morabatur. Qui adversum monachos vehementer iratus, calumniabatur quicquid pater ejus monachis dederat et frater concesserat.

Et cum in hac calumpnia diu permaneret et nichil proficui se habere in ea cerneret, tandem venit ei in mentem et inimicitias adversum monachos deponere et a calumpnia cessare.

Igitur abbas Girardus misit ad eum tres de monachis suis, Motbertum scilicet et Herbertum Belsarium et Gurhannum. Qui cum ad urbem Cenomannensem venissent, adierunt venerabilem presulem, Hoellum. Preceperat enim eis abbas ut ejus consilio et auxilio facerent quecumque facienda essent.

Per manum itaque episcopi talem concordiam fecerunt :

Accepit Gausbertus a monachis decem libras denariorum Andecavensium, et gratanter concessit monachis quicquid pater ejus, sive vivens sive moriens, eis donaverat et frater ejus concesserat, sicut in presenti pelle continetur.

Accepit etiam de manu episcopi societatem monasterii Sancti Albini et beneficium loci ; qui, prece et jussu abbatis, societate et beneficio eum investivit.

Hoc viderunt et audierunt testes subscripti :

Domnus Hoellus episcopus, Fulchradus cantor, Gosfridus archidiaconus, Gandelbertus canonicus, Rotbertus de Fraterniaco, Gausbertus canonicus, Radulfus canonicus, Gradulfus canonicus, Viventius filius Beringerii, Haimericus Ridellus famulus monachorum, Hamelinus, filius Burchardi, armiger Gausberti.

DCCLI. — Vers 1100. — NOTICE DE LA VENTE FAITE AUX MOINES

DE LA FLÈCHE DE LA MOITIÉ D'UN BORDAGE DONT L'AUTRE MOITIÉ LEUR AVAIT ÉTÉ DONNÉE ANTÉRIEUREMENT PAR SON PROPRIÉTAIRE. (Pancarte du XIIe siècle, Archives de la Sarthe, H. 279, fol. 1.)

Firmatus Repulsus dedit et vendidit monachis Sancti Albini ad Feciam unum bordagium terre, medietatem prius pro anima sua dans, medietatem residuam ipsis postea decem solidis vendens.

Et, ut hoc firmum esset, dedit Gurhannus monachus Archembaldo Baldino, ejus seniori, de quo hoc tenebat, unum sextarium avene et unam ocham.

Hujus rei testes sunt : Gurhannus et Salomon monachi, Tetbaudus presbiter, Archembaldus Baudinus, Suppletz de Duristallo, Rainerius de Treviis.

DCCLII. — Vers 1105, La Flèche. — NOTICE D'UN DON DE TERRE FAIT AUX MOINES DE LA FLÈCHE PAR LE COMTE HÉLIE. (Pancarte du XIIe siècle, Archives de la Sarthe, H. 279, fol. 1.)

Helias, comes Cenomannensis, quadam vice Fissam adveniens, donum quod pater ejus monachis Sancti Albini dederat et ipse concesserat, adcrevit iterum de quadam parte terre sue que est a terra monachorum usque ad domum leprosorum.

Videntibus et audientibus istis :

De monachis : Girardo priore, Gaufrido de Bruslone, Drogone Warino, Widdone monacho Sancti Sergii.

De laicis : Archenbaudo filio Ulrici, Girardo de Cleers, Alberico Corba Spalla.

De famulis monachorum : Rotberto de Treviis, Giraldo Irco, Gandelberto.

DCCLIII. — 1110, 21 octobre. — NOTICE DE L'ABANDON CONSENTI AUX MOINES DE LA FLÈCHE DE LA MOITIÉ DES PROFITS DE LA FOIRE DE LA SAINT-THOMAS QUE LE COMTE HÉLIE VENAIT

D'ÉTABLIR. (Pancarte du XIIe siècle, Archives de la Sarthe, H. 279, fol. 1.)

Anno Incarnationis dominice MCX, XII kalendas novembris, donavit Helias, comes Cenomannis, Deo et sancto Albino ac monachis ejus, pro remedio anime sue ac parentum suorum, medietatem ferie beati Thome apostoli, quam ipse apud castrum Fisse, in festivitate ejusdem apostoli, cui novam ibidem extruxerat ecclesiam, per singulos annos instituerat agi.

De hac re investivit ipse Ar[chembaldum] abbatem in festivitate supradicta apud idem castrum, in domo monachorum.

Assistentibus ex utraque parte testibus idoneis quorum nomina infra habentur :

De monachis : Hugo Mansellus, Radulfus de Lusdo, Hamelinus de Moleriis.

De famulis eorum : Rotbertus prepositus, Gandelbertus.

De hominibus comitis : Paganus Lunellus, Girardus de Cleers, Hugo de Braitel, Frotmundus Chaliboth et plures alii.

DCCLIV. — Vers 1110, un 8 septembre. — NOTICE DE L'ABANDON FAIT AUX MOINES DE SAINT-AUBIN DE DIVERSES DÎMES SUR DES MOULINS ET DES TERRES SIS A LA FLÈCHE. (Pancarte du XIIe siècle, Archives de la Sarthe, H. 279, fol. 1.)

Wiardus, molnerius de castro Fisse, dedit Deo et sancto Albino ejusque monachis quintam partem decime de quatuor molendinis que sunt in predicto castro, unde ipse molnerius per fiscum erat. Dedit etiam decimam de uno bordagio terre et decimam de uno arpenno vinee.

Hoc igitur donum confirmaturus venit in capitulum Sancti Albini cum fratre suo, Walterio, die Nativitatis sancte Marie, ibique accipientes ambo fratres beneficium loci, Ar[chembaldum] abbatem de supradictis decimis pariter cum una virgula revestierunt et eandem virgulam super altare Sancti Albini detulerunt.

Hoc viderunt et audierunt : Adelardus Sorini, Rainaldus Vitulus, Morellus quoquus, Gandelbertus de Fissa.

DCCLV. — 1120-1127, 30 juin. — CHIROGRAPHE RELATANT LES DONS FAITS AU PRIEURÉ DE LA FLÈCHE PAR FROMOND CHALIBOT, LORS DE SON ENTRÉE A L'ABBAYE, ET LA CONFIRMATION DE CES DONS PAR LA FEMME DU DONATEUR. (Original, Archives de la Sarthe, H. 279, fol. 8.)

Fromundus Chalibot, cupiens monacus fieri, dedit Deo et sancto Albino ejusque monachis apud castrum Fixe vineam quamdam, domui leprosorum contiguam, quam dederat ei Helyas, Cenomannensium comes, dominus castri illius, ut faceret ex ea quicquid vellet, et quosdam saltus justa castellum cui nomen est Malicorne, de feodo Roberti Fessart.

Hoc donum concessit supradictis monachis Doda, uxor ejusdem Fromundi, et filius eorum, Hugo Chalibot, et uxor ipsius Hugonis, nomine Hermensendis.

Hoc viderunt et audierunt : Hubertus presbiter de Fixa, et Hubertus, presbiter de Sancta Columba, Gaüfridus de Clahers, Paganus Lunel, Robertus Charruel, Alduinus burgensis, Gandobertus famulus monachorum.

Non post multum vero temporis, predicta Doda, veniens in capitulum Sancti Albini cum aliquibus amicis suis, petiit et impetravit ab abbate Hamelino beneficium ecclesie, consilium et auxilium, concessumque est ei ut, quamdiu viveret, supradictam vineam possideret, et ut etiam vestimentum quod sibi congrueret et victum, sicut unus de monachis, si vellet vel necessitas eam compelleret, de monasterio haberet, et in obitu suo a monachis honorifice sepeliretur et quasi monacus professus reputaretur.

Predicta vero matrona, non solum vineam se reddituram concessit, sed et omnia adquisita et adquirenda Deo et sancto Albino ejusque monachis fideliter condonavit.

Actum est hoc in capitulo Sancti Albini, pridie kalendas julii.

Videntibus et audientibus istis : Roberto Pasté, Rainaldo Chevé, Garino cambellano abbatis, Odone de Alodis, Guidone Charbonel, Hastone Rufo, Morello coquo, Goffredo filio Aldulfi.

Et ne deinceps inter monachos et predictam Dodam ipsiusque successores oriretur contentio, facta est istius cyrographi particio.

DCCLVI. — 1145. — CHIROGRAPHE DANS LEQUEL ULGER, ÉVÊQUE D'ANGERS, RELATE L'ÉCHANGE FAIT ENTRE LUI ET L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN D'UNE MAISON SISE A LA FLÈCHE CONTRE UNE AUTRE SISE A ANGERS, RUE BAUDRIÈRE. (Original, Archives de la Sarthe, H. 279, fol. 7.)

Ego, Ulgerius, Dei permissu dictus Andegavensis episcopus, universis notum esse desidero quod Sodius, presbiter Fisse opidi, edificavit domum instigatione mea et consilio, justa ecclesiam Beati Thome, ad opus sacerdotum qui deservirent prefate ecclesie beati Thome, ita videlicet ut sacerdotes loci illius haberent domum illam de dono et de beneficio episcopi Andegavensis per omnes successiones, et eo pacto ut in ea habitantes sacerdotes orarent pro anima ipsius Sodii quotquot essent.

Quo defuncto, adiit nos venerabilis et religiosus abbas Sancti Albini, Robertus, supplicans ut prefatam domum daremus ecclesie Beati Albini et sibi et successoribus suis abbatibus, ea conditione ut monacos suos poneret in ea, inibi Deo et beato Thome deservituros, promittens et pasciscens in singulis diebus, in ecclesia Beati Thome missam pro anima ipsius Sodii cantandam in illis diebus in quibus ecclesia consuevit cantare pro defunctis.

Obtulit insuper michi et Buamundo, Andegavensi archidiacono, et nostris successoribus, domum que est Andegavis, in Baltearia, in qua manebat Hardoinus faber, cujus habitator solveret nobis deinceps censum quindecim solidorum, septem et dimidium in Nativitate beati Johannis, et septem et dimidium in Nativitate Domini, qui solebant solvi abbati Beati Albini.

Cujus precibus concessimus domum pro qua nos orabat ecclesie Beati Albini et ipsi Roberto abbati et successoribus ejus, sicut ipse postulabat, et posuit dominus abbas domum de Baltearia in manu nostra.

Actum anno Domini MCXLV, indictione VIII, et confirmatum in mea presentia in capitulo Beati Mauricii, et postea in capitulo Beati Albini.

Audientibus et videntibus istis :

Roberto abbate ;

De monachis : Guillelmo, Willelmo, Thoma, Gosberto, Christiano, Moise, Petro, Gaufrido et ceteris ;

De clericis : Buamundo, Normanno, Radulfo, archidiaconis, Radulfo decano Sancti Martini, Vasleto magistro scole ;

De famulis monachorum : Halopé, Pagano, Petro.

DCCLVII. — 1145. — CHIROGRAPHE RELATANT A QUELLES CONDITIONS LA CONFRÉRIE DE SAINT-GILLES DE LA FLÈCHE ABANDONNA AUX MOINES DE SAINT-AUBIN UN TERRAIN NÉCESSAIRE A L'AGRANDISSEMENT DE LEUR PRIEURÉ DE LA FLÈCHE. (Original, Archives de la Sarthe, H. 280, fol. 10.)

Anno ab incarnatione Domini MCXLV, indictione VIII, Gaufrido, Fulchonis Jerosolimitani regis filio, ducatum Normannorum strenue gubernante, Ulgerio Andecavensi cathedre presidente, Roberto sub abbatis officio rem publicam monasterii Sancti Albini amministrante, cum monachi Fixe manentes imperio predicti comitis Gaufridi, consilio quoque et voluntate egregii et venerabilis siniscaulli, Gaufridi de Cleeriis, novas domos usui suo competentes justa Sanctum Thomam edificare conarentur et loci angustiam paterentur, a confratribus Sancti Egidii terram que erat de Elemosina, a domo sua usque ad Elemosinariam, petierunt.

Confratres igitur, justa consilium predicti siniscaulli, peticioni monacorum super terram adquieverunt, et insuper, duodecim denarios de censu qui de domo que fuit Sodi presbiteri reddi eisdem solebant, monachis in perpetuum in elemosinam cum predicta terra dimiserunt, et hac de causa gratanter monachi et confratres illi de fraterna societate convenerunt, hoc modo ut monachi fratres illius fraternitatis et participes essent illamque manutenerent, eodemque modo predicti confratres intra sacrarium orationum omnium et beneficiorum abbatie Sancti Albini usque ad consummationem seculi admitterentur, cumque aliquis eorum hominem de hac vita exueret, monachi Fixe habitantes

signa pulsarent, obsequium in ecclesia celebrarent, sepulture tradiderent et hoc communiter omnibus exiberent.

Ad hujus conventionis confirmationem, jussu sepedicti siniscaulli, cum Arnulfo, tunc temporis Fixe preposito, duos de confratribus suis, Johannem scilicet de Brec et Arnulfum furnerium, in capitulum Sancti Albini miserunt, qui ibi, pro se et pro aliis, beneficium abbatie accipientes de predicta terra, de duodecim quoque denariis de censu dimissis et de fraternitate sua abbatem revestierunt et investituram super altare tulerunt.

Hoc viderunt et audierunt isti : Arraudus, Gaufridus, Wenardus, famuli monachorum.

Robertus elemosinarius, in presentia siniscaulli, apud Fixam hoc concessit.

Preterea concessum fuit quod quilibet confratrum moriens, si aliquid monasterio dare potuerit, dabit.

DCCLVIII. — Vers 1170. — NOTICE DE DIVERS DONS FAITS AU PRIEURÉ DE LA FLÈCHE. (Original, Archives de la Sarthe, H. 279, fol. 9.)

Quoniam vita humana indesinenter labitur, posterorum memorie litteris, quibus eadem viget memoria, tradimus quod Pinczon, presbiter, dedit seipsum universasque res suas Deo et monachis Sancti Albini, in curia comitis ad Fissam, coram Hugone de Cleariis, qui siniscallus erat, et coram Garnerio Juniore, qui pretor tunc existebat, atque prenominatus vir Pinczon, filius Guillelmi de Hadeio, de se et de cunctis possessionibus suis revestivit Guillelmum, priorem Sancti Thome, et Hermenaudum, Sancte Columbe, qui aderant in eadem curia.

Cujus rei prescripti viri testes sunt et alii, scilicet : Fromundus de Hadeio et Landricus Morellus et Chalibot filius Audoeni.

Notum sit omnibus quod Fromundus Peleporc dedit monachis Sancti Albini decimam de tribus carteriis vinee in Montafem, ante domum Tadei militis.

Donum istud concessit Aalet, uxor sua, et Guido, filius suus.

Cujus rei testis est Garinus de Lusdo.

Item Fulco Tebertus dedit monachis Sancti Albini unam garleiam vini, tali convenientia quod Garinus, presbiter Sancti Thome, haberet eam quamdiu viveret, si ecclesiam teneret.

Hoc audierunt Ascelina, uxor ejusdem Fulconis, et Tebaldus, filius eorum, Hermenaldus, prior Sancte Columbe, Paganus Tortus.

DCCLIX. — 1154-1189. — CHIROGRAPHE CONSTATANT LES DONS FAITS AU PRIEURÉ DE LA FLÈCHE PAR GEOFFROY, FILS DE GUÉRIN DE MONNET, ET PAR SA FAMILLE. (Original, Archives de la Sarthe, H. 279, fol. 6. — Imprimé par L. Delisle, *Instructions aux correspondants du Comité des Travaux historiques*, 1890, p. 35) [1].

Et res et racio postulat ut quidquid memoria dignum agitur litteris conmendetur. Noverint igitur presentes et futuri quod Gaufridus, filius Guarini de Molnah [2], quando Johannem clericum, fratrem suum, in ecclesia Beati Albini monachum fecit, quatuor sextarios frumentagii cum quatuor denariis de censu [3], quos prior Sancti Thome de Fissa [4] de quadam vinea que erat ad Borchevrel [5] ei singulis annis reddebat, insuper etiam [6] quintum sextarium de suo proprio frumentagio cum quinto denario de censu, eidem ecclesie perpetuo possidendum in elemosinam dedit.

Hoc autem donum Adelaiz, mater eorum, in plenario capitulo [7]

(1) Cette pièce a été publiée en 1890 par M. Delisle d'après une copie prise par lui, en 1853, sur un original qui faisait alors partie d'un cabinet généalogique depuis longtemps dispersé. Cet original présente, avec celui conservé aux Archives de la Sarthe, d'assez nombreuses variantes que nous indiquons en note. On pourra rapprocher ces variantes du texte de la notice que nous donnons ci-après sous le nº DCCLXI.

(2) Molnat.

(3) quatuor denarios de censu et quatuor sextarios frumentagii.

(4) prior de Fissa.

(5) Borc Chevrel.

(6) insuper etiam quintum denarium de censu, et quintum sextarium de suo proprio frumentagio, ad magnam mensuram, annuatim eidem ecclesie perpetuo possidendum in elemosinam dedit.

(7) in capitulo.

benigne concessit, acceptoque ecclesie beneficio, sasinam doni [1] cum quadam virgula super altare Beati Albini posuit.

Videntibus istis : Hylario priore de Fixa, Herberto priore, Guarino armario, Stephano cantore, Gaufrido elemosinario, Petro, Gaufrido, Rotberto, pueris ;

De laicis : Huberto cementario, Huberto de Rocha et multis aliis [2].

Aliquanto vero tempore elapso, idem Gaufridus ad extrema vite perductus, pro remedio anime sue et parentum suorum, alios [3] quatuor sextarios frumentagii cum ipso censu, videlicet quatuor denariis, jamdicte ecclesie in elemosinam delegavit, et ut monachi ipsius ecclesie supradicta dona, scilicet novem sextarios frumentagii cum novem denariis de censu, deinceps libera et quieta ab omni consuetudine, exactione atque servicio imperpetuum possiderent firmiter stabilivit.

Prefato autem [4] Gaufrido viam universe carnis ingresso et juxta ecclesiam sepedicti Albini honorifice humato, quidam homo dictus Harduinus Culfarin, sororius defuncti Gaufridi, supradictam elemosinam calumpniari et monachos inde insectare cepit ; sed in curia excellentissimi regis Anglorum, Henrici, et venerabilis regine, Alienoris, ei adjudicatum fuit Andegavis quod elemosina supradicta legitima erat et nullatenus violari debebat.

Quo audito [5], Harduinus elemosinam quam Gaufridus donaverat gratanter concessit, et se eam monachis, quoad viveret, contra omnes homines defensurum fideliter promisit.

Videntibus et audientibus istis : Ysembardo priore, Hylario

(1) donum.

(2) De laicis : Huberto cementario, Huberto de Roca.

(3) quatuor sextarios frumentagii jamdicte ecclesie in elemosinam delegavit, et ut monachi ipsius ecclesie supradicta dona, videlicet quinque denarios annui census et novem sextarios frumentagii deinceps . . . .

(4) Jamdicto siquidem Guarino viam carnis universe ingresso et juxta ecclesiam sepedicti Albini humato, quidam homo dictus Harduinus Culfarin, sororius defuncti, supradictam elemosinam calumpniari et monachos inde inquietare cepit.

(5) Quo audito, Harduinus elemosinam gratanter concessit, et se eam monachis quoad viveret se [c]onservaturum fideliter promisit.

priore de Fissa, Herberto hospiciario, monachis; Hugone de Cleeriis, Rainaldo Rufo, Hugone de Turonis, Chalone preposito Andegavis [1], Rainaldo de Vool et pluribus aliis.

Quod ut in posterum ratum sit et inviolabile, munitum est cyrographi particione [2].

DCCLX. — 1154-1189. — NOTICE DES DONS FAITS AU PRIEURÉ DE LA FLÈCHE PAR CHALOPIN DE VAUX, LORS DE SON ENTRÉE AU COUVENT. (Imprimé par L. Delisle, *Instructions aux correspondants du Comité des Travaux historiques*, 1890, p. 36 [3].)

Item memorie sequentium notandum est quod quidam miles, nomine Chalopinus de Valle, habitum monachi in ecclesia Beati Albini suscepit et inpresentiarum ei in elemosinam dedit, videlicet decimam terre que est inter duas vias prope Fixam et decimam vinee Herrerie, decimam quoque vineae Malmeschin de Fissa et decimam vinee Rotberti Chevé, et decimam vinee que erat familie Gaufridi Britonis, et decimam quarterii qui est subtus domum Fromundi Becce Anseris.

Hoc donum Girardus et Robinus, filii ejus, concesserunt, et in obitu patris decimam trium quarteriorum prope tuscham eidem ecclesie dederunt.

DCCLXI. — 1154-1189. — NOTICE DU DON FAIT A SAINT-AUBIN PAR GEOFFROY DE MONNET, LORS DE L'ENTRÉE AU COUVENT DE SON FRÈRE JEAN, DES CENS DES VIGNES DE BOUCHEVREAU. (Original, Archives de la Sarthe, H. 279, fol. 5.)

Notum sit presentibus et futuris quod, Johanne, clerico, filio Guarini de Molnat, monacho nostro facto, Gaufridus, frater ejus, et Adelait, mater ipsius, quatuor denarios de censu et quatuor sextarios frumentagii, quos prior de Fissa de quadam vinea ad

(1) Andegavensi.

(2) Cette dernière phrase n'existe pas dans l'original publié par M. Delisle.

(3) Cette notice faisait suite à la pièce précédente sur la pancarte copiée en 1853 par M. Delisle.

Bor Chevrel eis reddebat, insuper etiam quintum denarium de censu et quintum sextarium de suo proprio ad magnam mensuram annuatim nobis in elemosinam dederunt, concedentes ut predictam vineam ab omni consuetudine liberam et quietam imperpetuum possideremus.

Hoc autem predictus Gaufridus de Molnat et mater ejus, Adelait, in capitulo nostro concesserunt, ibique, accepto beneficio ecclesie, donum super altare Beati Albini cum quadam virgula posuerunt.

Videntibus et audientibus istis :

De monachis : Hylario tunc priore Fisse, Herberto priore, Gaurino armario, Stephano cantore, Gaufrido elemosinario, Laurentio, Petro, Gaufrido, Roberto, pueris.

De laicis, ex parte nostra : Huberto cementario ;

Ex parte vero illorum : Huberto de Roccha[1].

DCCLXII. — 1157-1189. — CHIROGRAPHE RELATANT LES CONDITIONS MISES PAR LES MOINES DE SAINT-AUBIN A L'ÉTABLISSEMENT DE CHAPELAINS DANS LA CHAPELLE DE SAINT-JACQUES, ÉDIFIÉE PRÈS DU CHATEAU DE LA FLÈCHE. (Original, Archives de la Sarthe, H. 587.)

Quoniam bonum est oblivionem fugere et ea que nostris temporibus acta sunt litterarum memorie commendare, scribimus ad notitiam tam presentium quam futurorum quod, ego, Guillelmus, Dei gratia dictus abbas Sancti Albini, et universus mecum noster conventus capellam juxta Fissam castrum in honore sancti Jacobi constructam et servicio leprosorum deputatam, ad petitionem Hugonis siniscalli et amicorum ejus, capellanis in eadem substitutis et in perpetuum substituendis, cum assensu presbiterorum nostrorum, Fulconis et Hugonis, salvo parrochiali jure, id est

(1) A la suite de la pièce se lisent les mots suivants : « concedentes ut omnia predicta dona, scilicet quinque denarios de censu et quinque sextarios frumentagii ». Ces mots ne sont rattachés au texte par aucun renvoi, mais il paraît vraisemblable qu'ils étaient destinés à remplacer les mots : « concedentes ut predictam vineam, etc. »

baptismate, confessione, purificationibus, sepulturis et benedictionibus nuptiarum, in communi capitulo pariter concessimus.

Quod si in septem precipuis festivitatibus, id est in Nativitate Domini, in Purificatione beate Marie, in solemnitate Paschali, in Ascensione Domini, in Pentecosten, in Assumptione beate Marie, in festivitate sancti Audoeni aliquis homo vel femina de parrochia nostra, gratia orationis, ad predictam capellam venerit et oblationem fecerit, sacerdotes illi priori Fisse et sacerdotibus oblationem illam fideliter reddent. Cetera vero beneficia que sibi per annum a fidelibus quibuslibet offerentur, predictis sacerdotibus habere concessimus. Porro intuitu conservande pacis et concordie, jamdicti sacerdotes vel eorum successores fidelitatem nobis in capitulo nostro facient. Si vero aliquid juris nostri in oblationibus vel quibuslibet aliis rebus in septem nominatis festivitatibus receperint, priori Fisse, salvo fidei sacramento, infra quindecim dies integre restituent. Et ne nos in hac concessione gravari vel detrimentum ecclesie nostre perpeti quereremur, pratum Petri Morelli, intra prata nostra situm ad Chinceium, domnus Hugo siniscallus, pro anima fratris sui Gaufridi, nobis in elemosinam contulit, et presbiteris dimidium molendini de Cré et unum quarterium prati.

Hoc viderunt et audierunt testes subscripti : Guillelmus abbas Sancti Albini, Fulco prior, Christianus subprior, Herbertus sacrista, Rotbertus elemosinarius, Mainerius cellararius, Gaufridus hostiarius, Fulcherius panetarius, Rogerius camerarius, Bernardus censarius, Herbertus de Castro Gunterii, Peregrinus, Johannes Mainerii, Stephanus de Sancto Mauricio, Robertus Folechat, Rainaldus de Malicornia, Clemens de Castro Gunterii, Gaufridus de Prunariis, Rainerius filius Arraudi, Johannes Puer monachus.

De laicis : Hugo de Cleeriis, Fulco de Cleeriis frater ejus, Matheus de Baugeio, Gaufridus de Corleum, Rainaldus de Boeria, Girardus et Richardus, presbiteri.

DCCLXIII. — 1192. — CHIROGRAPHE DANS LEQUEL L'ABBÉ GEOFFROY RELATE SOUS QUELLES CONDITIONS MANASSÈS, MOINE DE

SAINT-AUBIN, FUT INVESTI POUR DIX ANS DE LA DIRECTION DU PRIEURÉ DE LA FLÈCHE, ALORS CHARGÉ DE DETTES. (Original, Archives de la Sarthe, H. 280, fol. 11.)

Gaufridus, Dei gratia abbas Sancti Albini, et commune capitulum ejusdem monasterii omnibus fidelibus ad quos littere iste pervenerint, in Domino salutem et orationum munus.

Universitati vestre notum fieri volumus quod in communi capitulo concessimus Manasse, fratri et monacho nostro, obedientiam nostram Sancti Thome de Fixa alieno ere gravatam, videlicet sexaginta et duodecim libris usque ad decem annos, cum omnibus ad eam pertinentibus possidendam.

Ipse vero eam ab omni debito soluit et quietat. Si autem infra prescriptum terminum eum obire contigeret, de uno quoquo anno quo eam tenuerit, de predicto debito decem libris minuentur ; de residuo vero debiti domnus abbas et capitulum voluntatem Joscelini Clementis, fratris ejus, et Johannis Alberti infra quadraginta dies submonitionis eorum facient.

Si autem bladium vel vinum Manasses vendiderit et hoc legitime testatus fuerit, sine contradictione illud habebunt.

Manasses tres ex monachis nostris honorifice tenebit. Omnes costumas abbatie integre persolvet, videlicet domno abbati et capitulo singulis annis centum solidos, et quinquaginta solidos ad expensas festi Asumptionis beate Marie, viginti solidos ad pellitias et corvesium emendum, duodecim denarios armario, dimidium modii siliginis sacriste, unum sextarium inter famulum prioris et infirmarium nostrum. Expletis autem decem annis ipse Manasses ad voluntatem nostram . . . . obedientiam prescriptam ab illo debito quitam cum domibus et edificiis in bono statu permanentibus assignabit.

Hujus [rei] plegii sunt : Joscelinus Clemens, Johannes Alberti, Andreas Bernote et Johannes Bernote.

Actum est hoc in c[apitulo Sancti Albini, anno] ab incarnatione Domini M CXCII.

Videntibus et audientibus istis : Odone majore priore, R.... claustri [priore], Johanne armario, Rainaldo sacrista, magistro Stephano, R . . . de Scannis et pluribus aliis.

DCCLXIV. — Vers 1200. — DON FAIT PAR GEOFFROY, ABBÉ DE SAINT-AUBIN, A ROSCELIN DU LUDE, D'UNE RENTE D'ORGE ET DE SEIGLE SUR LA DÎME DE LA FLÈCHE. (Copie de Marchegay, B. N., nouv. acq, franç. 5026, fol. 657, d'après un original du cabinet Grille[1].)

Teneat presentium futurorumque memoria quod ego, Gaufridus, Dei gratia abbas Sancti Albini, et nobiscum commune capitulum dedimus et concessimus dilecto clerico nostro, Roscelino de Lusdo, septem sextarios legitimi ordei et octo sextarios legitime siliginis quos, vita comite, in decima nostra de Fixa singulis annis ad legitimam mensuram Fixe qua venditur et emitur, percipiat.

Ut autem hoc ratum et firmum omni tempore habeatur, presentem paginam auctoritate sigilli nostri fecimus communiri.

Hujus rei testes sunt :

Ex parte Roscelini : Robertus Andegavensis archidiaconus, Gaufridus Nannetensis tesaurarius, Johannes de Perrona presbiter.

Ex parte nostra : Odo prior, Johannes cantor, Johannes armarius, Gaufridus prior claustri, Petrus de Campiniacho, Gaufridus sacrista.

Robertus de Torneham, Andegavensis sinescallus.

(1) Nous n'avons pu retrouver à la Bibliothèque d'Angers la pièce copiée par Marchegay, laquelle, d'après une note de celui-ci, aurait fait partie du portefeuille 713 du cabinet Grille.

PRIEURÉ DE FRESNAY-LE-VICOMTE

DCCLXV. — 1082-1107, jour de la Pentecôte. — NOTICE DE LA RESTITUTION FAITE A SAINT-AUBIN PAR LE VICOMTE RAOUL DU CANONICAT DE FRESNAY, COMPRENANT LES ÉGLISES DE SAINT-LÉONARD DE FRESNAY, DE NOTRE-DAME DE FRESNAY ET DE NOTRE-DAME DE CHAMPFLEUR. (Copie, B. N., latin 12658, fol. 163)[1].

Eodem anno, vir nobilis, Radulfus vicecomes, canonicatum Frederniaci castri recognoscens esse juris Beati Albini eo quod esset in parochia Loconaci, Deo et sancto Albino non tam donavit quam reddidit cum omnibus ecclesiis et universis pertinentiis suis, pro redemptione anime sue et parentum suorum. Pertinebant autem ad canonicatum illius tres ecclesie, una quidem de Sancto Leonardo, altera de sancta Dei genitrice Maria, tertia quoque, longius ab eadem villa posita, in honorem beate matris Dei ibidem consecrata, Campus Floris ab incolis nominata.

Concessit etiam idem vicecomes monachis Beati Albini quicquid in omni terra sua dono vel emptione adquirere potuerint, preter omissionem totius servitii sui.

Hec autem firmata sunt apud Andecavem die [sancta] Pentecostes in audientia totius capituli Beati Albini, ubi jamdictus vicecomes Radulfus horum omnium donum cum uno baculo misit in manum Girardi abbatis ac post super altare Beati Albini propria manu posuit.

Habuit proinde caritatem de pecunia Sancti duas marcas auri et decem argenti.

Predicte autem donationi vel concessioni affuerunt presentes :

De suis quidem hominibus : Walterius Blanchardus, Johannes Harens.

De hominibus vero monachorum : Alarius Barratus.

(1) Cette notice est reproduite avec de légères variantes dans notre pièce CCCXXXVIII.

DCCLXVI. — 1158, 21 septembre. — ACTE DANS LEQUEL L'ABBÉ DE SAINT-AUBIN RELATE LES CONDITIONS AUXQUELLES SON ABBAYE AUTORISE L'OUVERTURE D'UN CIMETIÈRE A CHAMPFLEUR. (Imprimé dans le *Liber Albus capituli Cenomannensis*, nº CCCCLXVI.)

Ego Willelmus, Dei permissione dictus abbas Sancti Albini, et totus noster mecum conventus, presentibus et futuris notificamus quod domnus Willelmus, venerabilis Cenomanensis pontifex, et Harduinus decanus universumque Cenomanensis ecclesie capitulum a nobis petierunt ut eis, in terra quam in parrochia nostra de Chanflor habebant, quoddam cimiterium facere permitteremus.

Concessimus itaque eis facere cimiterium illud hoc tenore, quod, si in cimiterio illo ecclesia Beati Juliani burgum faceret et ecclesiam edificaret, nos in ecclesia illa sacerdotem poneremus, et in burgo illo nos et sacerdos noster omnia parrochialia jura haberemus ; cetera vero que de burgo illo exirent, ecclesia Beati Juliani in pace obtineret.

Insuper petivimus ab eis ut duas in cimiterio illo plateas concederent ad grangiam et domum, in qua monachus noster vel sacerdos maneret, faciendas : quas quidem nobis concesserunt, ab consuetudine et exactione immunes, quamdiu ibi monachus vel sacerdos mansionem haberet. Si vero plateas illas vel super edificata ad censum daremus, nos censum haberemus, et illi qui plateas illas et in eis constructa tenerent, in omnibus aliis, tanquam habitatores burgi, ditioni ecclesie Beati Juliani subjacerent.

Actum in capitulo nostro, XI kalendas octobris, anno ab incarnatione Domini MCLVIII, in presentia domini Guillelmi, venerabilis Cenomanensis pontificis, et nostra.

Audientibus et videntibus istis : Eustachio archidiacono, Yvone magistro scolarum, Esgareto capellano, Thoma, Andrea, canonicis, magistro Symone de Carcere.

De monachis : Fulcone priore, Herberto sacrista, Eudone armario, Johanne cantore, Roberto elemosinario, Manierio cellario, Roberto Bigot, Andrea priore Frederniaci, Guilleberto Cenomanensi, Herberto Modico, et multis aliis.

Hoc autem scriptum, ad testimonium veritatis, impressione sigilli nostri confirmavimus.

DCCLXVII. — Vers 1170. — NOTICE DES DONS FAITS A SAINT-AUBIN PAR GUÉRIN DE MOIRÉ. (Archives de Maine-et-Loire, H., Fresnay).

Scribimus ad noticiam presentium et futurorum quod quidam sacerdos, nomine Guarinus de Moreio, monachus noster deveniens, totam decimam suam panis et vini que est ad fontem Bafisse, in fedo nostro, sicut ipse possidebat, nobis [in perpetuum] possidendam dedit et duas partes decime Curbe.

Hoc concesserunt : Paganus nepos ejus, Paganus frater ejus, Tomas et Gauterius nepotes ejus.

Hoc viderunt : Evrardus prior et Philippus et Godefredus, monachi ; Rotgerius Vivens Armis, Girardus Guillot, Paganus Minterius, Herbertus et Bel[art], capellani, Gaufridus Bocel, Guillelmus Bocel, Radulfus armiger, Adam et de Doe prepositus.

PRIEURÉ DE GOUIS

DCCLXVIII. — Vers 1090[1]. — NOTICE DES DONS FAITS A SAINT-AUBIN PAR RENAUD DE CROSMIÈRES, FRÈRE DE GEOFFROY DE TRUSQUIÈRES. (Copie du XVIe siècle, Cartulaire de Gouis[2], B. N., latin 5447, fol. 21.)

Notum sit omnibus quod Rainaldus de Cromeriis, monachus factus, dedit Sancto Albino in elemosinam tres arpentos pratorum apud Guiltium. Annuit et totam terram quam frater illius, Gosfredus de Trosqueriis, apud Comburniacum monachis dederat, que de feodo illius erat, addens etiam ad porcos monachorum et rusticorum illius obedientie pasnagium et forestagium de silva que vocatur Brigna, ita ut monachi et homines illorum sumant ad omne opus quod voluerint silvam, excepto quod vendendi non habebunt postestatem.

Hoc autem libentissime concessit Aremburgis, uxor ejus, et liberi eorum : Rainaldus scilicet, Tetbaldus, Guido, Amelina, Agatha.

Hec omnia concessit Hubertus de Duristallo, de cujus casamento erant.

Audientibus istis : Motberto monacho, Arnulfo de Guilcio, Frotmundo caprario, Andrea molnerio, Martino de Creciniaco, Andrea fabro, Aremburge, uxore Guidonis de Croio.

DCCLXIX. — Vers 1090. — NOTICE DE L'ABANDON PAR DREUX DUREDENT DE LA REVENDICATION INTENTÉE PAR LUI SUR UN DEMI ARPENT DE TERRE SIS A LA ROCHE. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 28.)

Droco Dure Dent calumniabat dimidium arpentum terre Sancto

(1) Date fixée par la présence du moine Motbert.

(2) Sur le cartulaire de Gouis, voyez tome I, p. 329, note.

Albino apud Rupem, dicens eam in vadimonio datam Motberto monacho[1] pro tribus minis siliginis.

Quam postea concessit monachis.

Pro quo Motbertus monachus dedit ei unum sextarium avene.

Videntibus et audientibus his : Ernulfo Porta Carnem, Garino Hirco, Gauterio nepote ejus, Hugone Exclama Villanum, Andreas Guensebis.

DCCLXX. — 1082-1106. — NOTICE DE LA RESTITUTION FAITE A SAINT-AUBIN PAR AIMERY DE COULON DE LA DÎME QUE L'ABBAYE TENAIT EN DON DE SÉCHER DE PARCÉ ET QU'IL S'ÉTAIT INJUSTEMENT APPROPRIÉE. (Pancarte du XIIe siècle, Bibliothèque d'Angers, ms. 752, fol. 5.)

Sicherius de Parcé dedit Sancto Albino et monachis ejus decimam terre suae, et filius ejus, Adamus, donum patris sui libenter annuit. Quam longo tempore solidam et quietam tenuerunt monachi.

Sed Adamo, filio Sicherii, in Apuliam profecto, Haymericus de Corrum, de cujus casamento erat et terra et decima, abstulit supradictam decimam monachis Sancti Albini.

Quam parvo tempore in dominio tenuit, et, timens inde periculum sibi, reddidit eam Girardo abbati et Motberto monacho, dum Deristallo Andecavem simul venirent, inter Duristallum et Bellum Videre.

Hoc viderunt et audierunt : Hadimarus Malzpetit et Johannes, filius Johannis de Bellum Videre.

DCCLXXI. — 1082-1106. — NOTICE DU DON DE LA TERRE DE MALPAIRE FAIT A SAINT-AUBIN PAR HUBERT DE DURTAL. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 19.)

Hubertus de Duristallo dedit pro anima sua et pro animabus parentum suorum in elemosina Girardo abbati et monachis Sancti Albini per manum Motberti monachi, obedientie Guilgiaci prepo-

(1) Nous avons assigné a cette pièce la même date qu'au numéro CCCIII à cause de la présence du moine Motbert.

siti, decimam terre Malaparie silve, que jam extirpata et eradicata atque secata erat et adhuc extirpanda et secanda erit.

Dedit etiam unam mansuram terre de eadem silva, que jam erat complanata.

Abbas autem dedit ei pro charitate unum equum valentem duodecim libras denariorum.

Huic sunt testes isti : Hersendis, soror ipsius Huberti, Tegrinus de Troea et Isembardus, frater ejus, Tetbaudus de Troea, Haimericus de Corlon, Rainnaldus de Marinniaco, Hugo de Javarliaco.

DCCLXXII. — 1105, 8 décembre, Angers. — CHIROGRAPHE RELATANT L'ACCORD ÉTABLI ENTRE GUILLAUME DE HUILLÉ ET SAINT-AUBIN AU SUJET DES PAROISSIENS DE DURTAL. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 289, fol. 147 ; copie, Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 34.)

Cum in necessariis rebus utile sit oblivionem fugere, congruum valde videtur quolibet scripto memorie tradere quod posteritati novimus profuturum esse.

Committimus igitur huic scripto quod quidam miles, Willelmus, nomine de Ulliaco, calumniabatur monachis Sancti Albini quosdam parrochitanos de ecclesia de Duristallo, dicens eos pertinere ad jus sue ecclesie Ulliacensis.

Quam calumniam ipse Willelmus atque quatuor sui fratres, Rainardus, Raherius, Eudo et Gaufridus, gratanter dimiserunt et in perpetuo monachis habere concesserunt, apud Duristallum, coram Huberto, de eodem castro domino, et Aviscia, uxore sua, presente etiam Girardo abbate, cum istis monachis : Hugone Mansello, Frotmundo de Viriaco, Rotberto Parvo, tunc temporis ejusdem obedientie priore, Walterio de Lovaignis ;

De laicis autem videntibus etiam et audientibus istis : Gaufrido de Claris Vallibus, Huberto filio Frotmundi, Willelmo Granario, Pagano Burgevino, Harduino de Baraceio, Hildegario presbitero, Fulcone presbitero, Hainrico, Rainerio canberlano abbatis, Firmato, famulo monachorum, et multis aliis.

Postea vero, paucis diebus transactis, ut res ipsa in majori auctoritate atque firmitate in perpetuo haberetur, idem Willelmus cum supradictis fratribus et Marsa, matre sua, atque Maria, sorore ejus, presentavit se in capitulo Beati Albini in die octavarum sancti Andree apostoli, id est VI idus decembris, ubi etiam, pro remedio animarum suarum atque parentum suorum, omnes simul viva et aperta voce quod apud Duristallum concesserant annuerunt, tali siquidem pacto, ut si ipse Hubertus aut alius heres ejusdem castri ipsum castrum amplificare et agmentare vellet, monachi nichil amplius invadant, nisi quantum presens castelli firmitas eis attribuit, nisi permissione supradicti Willelmi hoc fecerint.

Pro hac tamen concessione dedit eis abbas Girardus beneficium et societatem loci Sancti Albini omniumque monachorum, et insuper predicto septem libras denariorum.

Videntibus in eodem capitulo et audientibus testibus istis subscriptis : Hainrico, clerico de Sancto Petro, Rainerio, clerico de Super Ponte, Fulchrardo de Treviis, Rainerio canberlano abbatis, Samazolo, Rainaldo Recordello, Artuso, Firmato, Hainrico, Warino nepote Hatonis monachi, Giraldo, Landrico Baboa, Bisillario.

Actum Andecavis, anno ab incarnatione Domini MCV, indictione XIV, VI idus decembris, Fulcone Juniore atque Gaufrido, ejus filio, cognominato Martello, consulibus, cathedre Andecavensi Raginaldo episcopo presidente.

DCCLXXIII. — 1109, 10 septembre, Saint-Aubin. — NOTICE DE LA CONFIRMATION ACCORDÉE A SAINT-AUBIN PAR ÉTIENNE DE MONTSOREAU DE TOUTES LES ACQUISITIONS DE L'ABBAYE DANS LES FIEFS DE SA FAMILLE. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 18.)

Anno ab incarnatione Domini MCIX, indictione II, IV idus septembris, venit Stephanus de Montesorello in capitulo Sancti Albini ; ibique, susceptis orationibus et societate loci, concessit Deo et sancto Albino et monachis ejus omnia que de beneficio Hucberti, avunculi ejus, vel aliorum parentum suorum, dono vel

emptione acquisierant vel acquisituri erant, promittens etiam quod eadem, quoad viveret, contra adversarios omnes defenderet quantum in ipso est et adquietaret.

Hoc viderunt et audierunt : Paganus Pernerii, Warinus Pulsatus, Babardus coquus, Warinus nepos Hatonis, Godefredus sellarius, Odo Birotarius.

DCCLXXIV. — Vers 1110, 26 février, Durtal. — NOTICE DU DON FAIT A SAINT-AUBIN D'UNE PARTIE DES DÎMES DES MOULINS DE L'ÉTANG DE DURTAL. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 23.)

Hubertus, filius Fromundi [1], gravi langore vexatus et ad extrema perductus, Sancti Albini factus est monachus.

Quem monachi Sancti Albini susceptum et statim defunctum Andecavis deportari fecerunt et in proprio cimiterio sepelierunt.

Cujus fratres, Ulricus, filius Fromundi, et Guillelmus de Vallibus, simul cum filio ejusdem Huberti, nomine Fromundo, et filia, que dicebatur Falca, elemosinarius quoque ejus et Hamelinus de Troata concesserunt Sancto Albino ejusque monachis, pro anima ipsius Huberti, decimam sue partis de molendinis qui sunt vel erunt in stagno Duristalli.

Hoc beneficium Hubertus de Campania, dominus Duristalli, laudavit et auctorizavit apud eumdem castrum, III kalendas martii.

Audientibus et videntibus : Fromundo de Viriaco, Heliordo de Troata, Hamelino de Troata, Drogone Redoeto.

DCCLXXV. — Vers 1110. — NOTICE DE L'ACQUISITION PAR SAINT-AUBIN DE LA TERRE DE MONTAIGU. (Pancarte du XIIe siècle, Bibliothèque d'Angers, ms. 752, fol. 5.)

Beringerius Pancevaldus terram de Monte Agut dederat Sancto Albino et monachis ejus. Et de illa terra habebat censum Stephanus de Alvercio, videlicet decem et octo denarios.

(1) « Hubertus, filius Frotmundi » figure déjà dans les chartes CCCXIV et CCCXV : notre acte DCCLXXIV est donc un peu postérieur à celles-ci.

Hunc censum vendidit idem Stephanus Motberto monacho Sancti Albini decem solidos denariorum. Et Tegrinus, de cujus foevo erat, istud concessit, et uxor Tegrini, ea de causa, maxime quia Tigrinus supradictum Stephanum de decem solidis in plegium miserat, sed eum incurrere permiserat; et ob hoc permisit ut de foevo ejus, sicut supradictum est, se adquietaret.

Hujus rei testes sunt isti : Beringerius Pancevalt et Haimarus Malzpetit, Isenbaldus de Troeia.

DCCLXXVI. — Vers 1110. — NOTICE DE L'ACQUISITION PAR SAINT-AUBIN D'UN ARPENT DE TERRE SITUÉ A GOUIS. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 12.)

Unum arpentum terre in parrochia Guilcii, prope domum Gualterii Planta Cors situm, calumniabantur monachis Sancti Albini Algerius de Sancto Germano et Jofredus Barré. Sed tandem, consiliis bonorum adquiescentes, dictam terram et silvam ejus Sancto Albino concesserunt, tempore Quadragesime, censum annuum, id est duos denarios, unusquisque eorum libente inde accipientes.

Hujus rei sunt testes : Jofredus de Campiniaco, qui tunc illius obedientie erat prepositus et cui predicta concessio facta est, et Hildegarius presbiter, Guillelmus quoque Daribart.

DCCLXXVII. — Vers 1110. — NOTICE DU DON FAIT A SAINT-AUBIN DE LA DÎME DE DEUX ARPENTS DE TERRE. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 26.)

Osanna, uxore Huberti fabri, defuncta, et a monachis Sancti Albini apud Guiltium sepulta, vir ejus, predictus Hubertus, dedit Deo et sancto Albino decimam de uno arpento terre, de quibus monachi reddunt censum Drogoni Duro Denti, et de alio arpento, qui est ad Puteum.

Monachi vero pro hac re defunctam illam de quinque solidis, quos illa ad opus Sancti Gervasii promiserat, adquitaverunt.

Donum supradictarum rerum predictus Hubertus super altare

sancti Gervasii misit, et filius ejus, Garinus, qui et ipse, pro concessione istarum rerum, octo denarios habuit.

Hoc viderunt et audierunt : Gurhannus et Radulfus et Rotbertus, monachi, atque Garinus presbiter et Arnulfus Portans Carnem et Guillelmus Daribart.

DCCLXXVIII. — Vers 1110. — NOTICE DE L'ABANDON FAIT A SAINT-AUBIN PAR AUGIER TESTART DE DEUX DENIERS DE CENS A LUI DUS PAR LES MOINES. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 26.)

Algerius de Sancto Germano, cognomento Testardus, accipiebat duos denarios de censu a monachis Sancti Albini per singulos annos de dimidium arpentum terre qui est a Rupim, hos Sancto Albino guirpivit, accipiens proinde beneficium fratrum et duos solidos in charitate, quos ei Gurhannus monachus dedit, ejusdem loci prepositus.

Hujus rei testes sunt : Gurhannus et Gaufridus de Campiniaco atque Aimerico Arragevins.

DCCLXXIX. — Vers 1110. — NOTICE DU DON FAIT A SAINT-AUBIN DE LA DÎME DES MOULINS DE L'ARGLANCE. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 23.)

Molnerii Pagani de Corlum dederunt monachis Sancti Albini in elemosinam decimam partis sue de molendinis ejus, qui sunt in Allentia.

Hanc cum monachi qui sunt apud Guiltium aliquandiu tenuissent, Paganus de Corlum, molendinorum dominus, eamdem decimam monachis calumniatus est.

Sed Moyses monachus, pacifice locutus cum eo, dedit ei quadraginta solidos in charitate, et impetravit ab eo ut non solum decimam quam molnerii dederant concederet, sed etiam ut totam decimam ipsorum molendinorum et piscium ibi captorum Sancto Albino in elemosinam daret.

Hoc circa kalendas martii factum concessit Dionisia, uxor ipsius Pagani, que pro hac re habuit unam sommam vini.

Hanc elemosinam etiam Aimericus, filius ejus, concessit, qui inde habuit duos solidos.

Hoc quoque concesserunt due filie ejus, que duodecim denarios proinde habuerunt.

Hujus rei testes sunt : Hildegarius decanus, Warinus presbiter de Malaparia, Ingelbaldus Botachre, Guillelmus, filius ejus, Richardus fornerius.

De hominibus ejus : Rotbertus de Dizé, Orricus de Charlo.

DCCLXXX. — Vers 1110. — NOTICE DE LA RESTITUTION FAITE A GUÉRIN LE ROUX DE LA MOITIÉ DE LA DÎME DE BRÉ. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 28.)

Guarinus Rufus de Braia, quadam vice ira commotus, abstulit monachis Sancti Albini medietatem decime de Braia, quam pater ejus olim Sancto Albino donaverat.

Tandem vero, culpam suam recognoscens, supradictam decimam Sancto Albino in elemosinam et reddidit et dedit, accipiens proinde in karitate a Gaufrido de Campiniaco decem solidos.

Hoc concessit uxor ejus, Adelait.

Hujus rei testes sunt : Walterius pistor, Radulfus Anglus, Rotbertus corvesarius, Adelardus de Capella, Morhendis, Bernardus faber, Ingelbaldus Bothacre[1].

DCCLXXXI. — Vers 1110. — CHIROGRAPHE CONSTATANT UN DON FAIT A SAINT-AUBIN PAR GUÉRIN DE LA PRESLE, LORS DE SON ENTRÉE A L'ABBAYE. (Copie, B. N., latin 17126, p. 123.)

Sciant . . . quod Guarinus de Pratella, quando monachus factus est, dedit Sancto Albino duodecim solidos annui census, pro quibus ipse reddebat Roberto de Dizeio[2], ad cujus feodum pertinebant, tres solidos.

(1) Le nom de ce témoin nous autorise à placer cet acte auprès du numéro DCCLXXIX, dans lequel il figure également.

(2) La mention de ce nom nous autorise à placer cet acte auprès du numéro DCCLXXIX, dans lequel il figure à titre de témoin.

DCCLXXXII. — Vers 1110, 31 octobre et 2 novembre, Gouis. — NOTICE DU DON D'UNE DÎME FAIT A SAINT-AUBIN PAR HÉLIODORE DE TROO. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 18.)

Heliordus de Troata habebat dimidiam partem decime de tota mansura terre Hugolini Pancevaldi. Hanc decimam Deo et sancto Albino, pro anima sua et pro anima patris sui, in elemosinam dedit quia vinearum de pressorio et charitatem denariorum proinde vellet habere. Dedit igitur illi Gurhannus monachus, prepositus de Guilcio, illam vineam que pro hac re petebat, et sex libras denariorum in charitate.

Quapropter ipse Heliordus decimam predicte terre totam ex integro Sancto Albino, ut diximus, in elemosinam dedit ; et hujus rei donum super altare de Guilcio cum uno ramulo lauri misit.

Hoc apud Guilcium vigilia Omnium Sanctorum factum viderunt et audierunt : Gurhannus, Gaufridus de Campiniaco et Rainaldus Girberti, monachi.

De aliis : Hildegarius presbiter, Guarinus presbiter, Rainaldus Grangevalt, Haimericus molnerius, Guillelmus Cospelins, Ingebaldus Botacre.

Postea uxor Heliordi, nomine Helizabet, venit apud Guilcium IV nonas novembris, ibique predictum donum viri sui libentissime concessit. Habuitque ipsa pro hac re viginti solidos.

Hujus rei testes sunt : Hildegarius et Fulco presbiteri, Guarinus Hircus, Johannes filius Guydonis, Odo Cahurellus, Aimericus Aragevins, Winemannus, Jofredus Cavallonius.

DCCLXXXIII. — Vers 1110. — NOTICE DU DON FAIT A SAINT-AUBIN D'UNE PARTIE DES DÎMES DES MOULINS DE L'ÉTANG DE DURTAL. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 24.)

Benedictus molnerius, cognomento Russellus, terminum sortitus vite, a monachis Sancti Albini apud Guiltium sepulture traditus est. Pro cujus anima, Milexendis, uxor ejus, filia Andree molnerii, dedit Deo et sancto Albino ejusque monachis decimam

sue partis de molendinis qui sunt vel erunt apud stagnum Duristalli. Et quia hoc bono animo fecit, dedit ei Gurhannus monachus, illius obedientie prepositus, quindecim solidos in charitate, et filiis ejus, Rainaldo et Rotberto, atque filie illius, nomine Roste, unam minam sigule, que et ipsi eamdem pariter concesserunt elemosinam.

Dedit etiam predicta Milexendis monachis Sancti Albini in plegium illos molendinos de stagno, quod ab omni calumnia eis istam decimam adquietaret.

Hoc viderunt et audierunt :

De parte monachorum : Guarinus monachus, Rotbertus monachus, Aimericus Arragevins ;

De parte altera : Herveus molnerius.

DCCLXXXIV. — Vers 1110. — NOTICE DU DON D'UN ARPENT DE TERRE SIS A GOUIS, FAIT A SAINT-AUBIN PAR OZANNE DE LAVAZÉ. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 24.)

Ozanna de Lavazaiaco habebat ad censum unum arpentum terre juxta terram altaris de Guiltio. Hunc Deo et sancto Albino ejusque monachis donavit ; et hujus rei donum super altare sanctorum Gervasii et Protasii misit, expetens pro hac re beneficium monachorum, et clara voce eamdem terram ab omni calumnia se adquietaturam coram omnibus protestans. Gurhannus ergo monachus et alii monachi ibidem habitantes susceperunt eam in beneficium loci sui et ei viginti quinque solidos in charitate dederunt.

Hujus rei testes sunt : Arnulfus Portans Carnem, Stephanus de Auvers, Aimericus Arragevins et alii plures.

DCCLXXXV. — Vers 1110. — NOTICE DE L'ACHAT FAIT PAR SAINT-AUBIN DE TROIS QUARTIERS DE TERRE SIS ENTRE DURTAL ET GOUIS. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 25.)

Gurhannus monachus, prepositus de Guiltio, emit de Guarino,

filio Guitburgis, tres quarterios terre qui sunt prope tuschiam que est inter Duristallum et Guiltium, solidos quindecim.

Hoc concessit filius ipsius Guarini, nomine Arnulfus, et filia que dicebatur Donna, quibus singulis dedit predictus monachus quatuor denarios pro hac concessione.

Hanc terram contra omnes calumnias promisit idem Guarinus monachis Sancti Albini se adquietaturum, et de hac re dedit eis in plegium quicquid de illis tenebat.

Hoc vidit et audivit : Drogo Redoet, qui simul cum predicto Guarino istud verbum denarravit.

De parte nostra affuerunt testes : Aimericus Arragevins, Guillelmus filius Richeldis, Papinus furnerius, David burgensis.

DCCLXXXVI. — Vers 1110. — NOTICE DU DON FAIT AUX MOINES DE SAINT-AUBIN PAR GEOFFROY BEAUSSIER, A L'ARTICLE DE LA MORT, DES DROITS DE PANAGE QU'IL PERCEVAIT SUR LEURS PORCS DANS LA FORÊT DE CHAMBIERS. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 27.)

Jofredus, cognomento Belserius, apud Duristallum usque ad mortem infirmatus, rogavit monachos Sancti Albini ut eum mortuum Andecavis deferrent et in cimiterio suo sepelirent, deditque eis partem suam de pasnagio quam habebat de porcis eorum in silva de Camberiis.

Hoc donum concessit Petronilla, uxor ejus. Hoc etiam concesserunt Tisons et Carbonellus atque Arrabita, filii ejus, et filia, nomine Balduca.

Hujus rei testes sunt : Hildegarius presbiter, Mauricius Coherius, Johellus de Booleto, Andreas Socherels, Aimericus Arragevins [1].

Hoc donum, consilio virorum supradictorum, dedit ipse Jofredus in elemosinam Sancto Albino, per singulos annos, pro anima sua et parentum suorum.

(1) C'est le nom de ce témoin qui nous permet d'assigner à cette pièce la date approximative placée en tête.

DCCLXXXVII. — Vers 1110. — NOTICE DU DON FAIT A SAINT-AUBIN D'UN DEMI ARPENT SIS PRÈS LA GRANGE DE BALLÉE. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 25.)

Ingebaldus, filius Bernardi de Monte Acuto, calumniabatur monachis Sancti Albini dimidium arpennum terre juxta grangiam de Balaiaco. De qua re fecit cum eo concordiam : Gurhannus monachus dedit quippe ei duos solidos in charitate, at ille pro hac charitate predictam terram solidam monachis et quietam concessit, presente et hoc etiam concedente Heliordo, ipsius Ingebaldi domino, de cujus fevo ipsa quoque terra erat.

Hoc viderunt et audierunt : Hildegarius presbiter et Drogo Redoetus.

DCCLXXXVIII. — Vers 1110, un 29 juin. — NOTICE D'UN ÉCHANGE DE DÎMES FAIT PAR LES MOINES DE GOUIS. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 25.)

Monachi Sancti Albini de Guiltio habebant in cultura sua que est juxta viam que duxit ad Bazogias, dimidiam modiatam decime de qua litigabat cum eis Drogo, filius Burchardi, dicens non debere eos tantum decime ibi habere. Hoc autem dicebat quia ipse ex utraque parte juxta eos decimas accipiebat.

Monachi autem, nolentes cum eo litigare, sed potius pacifice cum eo agere, fecerunt de hac re cum ipso concordiam et quia isdem Drogo eis non minima beneficia promittebat, predictam decimam ei solidam et quietam concesserunt, accipientes ab eo in mutuationem aliam decimam non quidem equevalentem, decimam scilicet de oschia, que est ad puteum de Guiltio, et decimam illius terre que ducit ad Balaiacum, a duobus nuchariis usque ad grangiam, quantum tenet ortus et mansio domorum ibi positarum, et etiam ultra, de illa terra que est ad levam quam separat ab alia terra via que ducit ad terram de Landa.

Hanc mutuationem cum predicto Drogone fecerunt monachi

Gurhannus et Gaufridus de Campiniaco atque Rotbertus Marbodi, die natali apostolorum Petri et Pauli.

Hoc gratanter concessit idem Drogo et uxor ejus, Hodierna.

Hujus rei testes sunt : Guillelmus Daribart, David burgensis, Herveus molnerius, Aimericus Arragevins.

DCCLXXXIX. — 1111, 19 juin-29 août. — NOTICE DES CONDITIONS DANS LESQUELLES LA DÎME DES MOULINS DE GOUIS FUT TRANSFORMÉE EN UN DROIT DE JOUISSANCE TOUS LES DIX JOURS. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 21.)

Notum sit omnibus quod monachi Sancti Albini habebant antiquitus decimam de molendinis de Guiltio et locum ut primi molerent post illam annonam que ante adventum eorum moli incepta esset.

Visum est autem eis, quia decima illa non recte, sicut debebatur, eis reddebatur ; et expetierunt a dominis molendinorum ut, pro decima, omnem redditum molendinorum decimo die Sancto Albino concederent.

Anno igitur MCXI ab incarnatione Domini, indictione IIII, die festivitatis sanctorum Gervasii et Protasii, convenerunt apud Duristallum, in domum Hildegarii presbiteri, Gurhannus monachus, ejusdem obedientie prepositus, et Gaufridus de Campiniaco et ipse monachus, super hoc sermone rogantes Rotbertum de Fulgeriaco et Heliordum, predictorum molendinorum dominos. Qui ambo nobilissimi viri, consiliis bonorum virorum adquiescentes, tandem peticionibus monachorum assensum prebuerunt et concesserunt ut, sicut ipsi monachi Sancti Albini apud Guiltium habitantes molendinos domini Huberti de Duristallo decimo die habent, ita similiter molendinos de Guiltio decimo die cum nocte subsequenti haberent, ita ut, apparente luce diei decimi, eos acciperent et, transacta nocte sequenti, apparente luce, eos dimitterent.

Hoc verbum concessit ibi Rotbertus de Fulgeriaco et duo filii ejus, Odo et Hubertus.

Hoc verbum concessit ibi Heliordus et Helizabeth, uxor ejus. Et quia hoc bono animo pariter concesserunt, predictus Gurhannus monachus largitus est eis omnibus in charitate de pecunia monasterii : Rotberto de Fulgeriaco, triginta quinque solidos ; Odoni, filio ejus, quinque ; Huberto clericulo, filio Rotberti juniori, quatuor ; Heliordo, viginti quinque solidos ; et Helisabet, uxori ejus, quinque.

Hoc viderunt et audierunt : Hildegarius presbiter, Bruno presbiter, Gervasius de Troata, Guillelmus Daribart, Warinus Hircus, Aimericus Arragevins, Burchardus Goinus, Gislebertus forestarius.

Tehildis quoque, predicti Rotberti de Fulgeriaco conjux, suprascriptam rem eodem modo quo maritus suus et eadem determinatione apud Fulgeriacum libenter et benigne concessit.

Ubi tunc affuerunt duo filii ejus majores, Odo et Rotbertus, qui et alibi et ibi eamdem rem concesserunt.

Pro hac concessione habuit ipsa Tehildis de pecunia Sancti Albini quindecim solidos, et filius ejus, Rotbertus, quinque.

Hujus rei testes sunt : Gurhannus et Gaufridus, monachi, Hildegarius, presbiter de Fulgeriaco, Warinus Hircus, Ingelbaldus Bothacre.

Milexendis etiam, Andree molnerii filia, Benedicti molnerii uxor, concessit suam partem de predictis molendinis decimo die Sancto Albino cum nocte subsequenti, excepta parte molnerii junioris. Et habuit pro hac re quindecim solidos, et filii ejus cum filia quinque.

Hoc per manum Rotberti de Fulgeriaco predicta Milexendis fecit, qui et concessit ut si ipsa Milexendis, vel heredes ejus, aliquando a dominis propter forsfacta molendinis privarentur, tamen pro hoc monachi nunquam illorum decimo die partem perderent.

Die igitur festi sancti Sixti, venit ipsa Milexendis cum duobus filiis suis, Rainaldo et Rotberto, et filia, nomine Rosta, in claustro Sancti Gervasii de Guiltio ; ibique predictam rem, sicut supra descripta est, concessit ipsa et filii ejus supranominati et filia.

Hoc viderunt et audierunt : Gaufridus de Campiniaco et Rainaldus Girberti atque Rotbertus, monachi.

Ubi etiam affuerunt alii testes : Hildegarius presbiter, Paganus de Corlon, Stephanus de Lavaziaco, Guillelmus Daribart, Aimericus Arragevins, Ingelbaldus Bothacre, Herveus molnerius, Johannes Meschinot molnerius.

Supradictorum molendinorum de Guiltio quartam partem Hugo de Avesiaco possidebat. Et iste igitur, sicut et ceteri supradicti molendinorum domini, suam partem de illis decimo die cum nocte subsequenti monachis Sancti Albini concessit, ipse scilicet et uxor ejus, nomine Orieldis.

Pro qua re dedit et illis Gurhannus monachus triginta solidos.

Hec concessio facta est anno superius notato, die Decollationis sancti Johannis Baptiste, apud capellam de Malaparia.

Hujus rei testes sunt : Gurhannus monachus, Walterius de Malmuthum, Durandus Pichardus, Petrus faber, Radulfus Anglus, Normandus Frontins, Ingelbaldus Bothacre, Rotbertus corvesarius.

DCCXC. — Vers 1111 [1]. — NOTICE DES DONS FAITS AU PRIEURÉ DE GOUIS PAR AYMERI DE COULON. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 12 et 30.)

Sciant presentes et futuri quod erat contentio inter nos et Haimericum juniorem de Chorlon de quibusdam rebus quas nobis violenter auferebat, que hujusmodi finem in Dei voluntate habuit.

Predictus itaque Haimericus omnes consuetudines cunctorum hominum suorum et decimam duorum molendinorum in fluvio Allencia et decimam cujusdam terre ultra Ledam fluvium et terragium de Boceio nobis ex integro concessit. Calumniam quoque cujusdam prati apud Capellam nostrarumque domorum quas hominibus nostris apud eamdem Capellam facere prohibebat, jure nostro cognito, omnino dimisit.

(1) Date assignée à cause de la présence de Robert de Fougeré, qui figure dans la pièce numérotée DCCLXXXIX.

Et de his rebus quas diximùs donum super altare sanctorum martyrum Gervasii et Protasii ad confirmationem et stabilitatem hujus rei apud Guilcium cum clavibus domus monachorum pro munere posuit.

Proinde Gaufridus, tunc prior obedientie illius, dedit illi viginti solidos in charitate.

Hujus rei testes sunt isti : Garinus prior, Paganus Marcoardi, Johannes elemosinarius, Moises.

De militibus : Paganus de Locé, Rotbertus de Fulgeriaco, Herbertus de Auveriis.

De famulis nostris : Fulcoius de Capella[1], Paganus corvesarius, Hamelinus, Adelardus Maldotus.

DCCXCI. — Vers 1111[2]. — NOTICE DE L'ACHAT PAR GEOFFROY DE CHAMPIGNÉ DU QUART DE LA DÎME D'UNE TERRE APPELÉE LAVAU. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 28.)

Gaufridus de Campiniaco emit quartam partem decime de terra que vocatur Lavallum de Ernulfo Porta Carnem, octoginta solidos dans ipsi, uxori vero ejus et filiis quinque, sorðrio quoque Stephano quinque, Heliordo autem, domino ejus, decem.

Hanc emptionem viderunt et audierunt : Heliordus, Rollandus de Monte Almo, Radulfus Marcoardus, Garinus Hircus, Raina[l]dus Gramevandus, Goslinus de Vezinis, Gauterius et Johannes filii Osmundi, Orricus clericus, Martinus Parvus.

DCCXCII. — 1107-1120, Gouis. — NOTICE DE L'ABANDON CONSENTI PAR UN NOMMÉ LE SAGE DE TOUTES SES PRÉTENTIONS CONTRE LES MOINES DE GOUIS. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 18.)

Quidam homo Heliordi militis, nomine Sapiens, multis moles-

(1) La copie du folio 30, faite d'après un autre original, ajoute ici : « Paganus Bonelli. »

(2) Date assignée à cause de la présence de « Warinus Hircus », qui figure dans la charte numéro DCCLXXXIX.

tiis monachos Sancti Albini apud Guilcium infestabat. Dicebat enim quod monachi omni anno ei tres sextarios vel quatuor annone per consuetudinem debebant prestare. Dicebat etiam quia monachi per consuetudinem boves suos sibi prestare debebant ad excolendam terram suam. Insuper affirmabat quod monachi censum quatuor solidorum, quem ei debebant, cum duplicatu deberent reddere quotienscumque sibi necessitas accidisset.

Hec omnia cum monachi minime recognoscerent, diu discordia inter eos pro his rebus fuit.

Contigit autem, miserante Deo, ut cum Archembaldus abbas illuc aliquando perrexisset, concordia de his rebus hoc modo fiere.

Dedit ei supradictus abbas decem solidos in charitate. Ille autem omnes supradictas querelas, pro hoc dono, ex toto dimisit, et quicquid de beneficio ejus monachi habebant in elemosinam esse concessit.

Hoc apud Guilcium factum viderunt et audierunt : Heliordus miles, Hucbertus faber, Guillelmus Dalibart, Samazollus, Adelardus filius Solini.

DCCXCIII. — 1107-1120. — NOTICE DE L'ABANDON PAR GUÉRIN, DIT LE SAGE, DE TOUTES SES PRÉTENTIONS SUR LES TERRES DU PRIEURÉ DE GOUIS. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 27.)

Guarinus, cognomento Sapiens, monachos Sancti Albini vehementer inquietabat pro quibusdam rebus quas ad censum de illo habebat, expectens quasdam res per consuetudinem quas monachi eum injuste petere affirmabant.

Cumque pro hac re inter monachos et predictum Garinum multum diuque contencio fuisset, veniente aliquando Archembaldo abbate Sancti Albini apud Guiltium, concordia hujusmodi inter eos facta est :

Gurhannus, monachus, prepositus de Guiltio, jubente abbate, decem solidos illi in charitate dedit. Pro qua charitate predictus

Guarinus omnes querelas quas monachis inferebat omnino guirpivit, et concessit ut de his rebus quas monachi de illo ad censum habebant nichil illi ulterius responderent, nisi de proprio censu solummodo.

Hoc viderunt et audierunt : Heliordus de Troata, Guillelmus Daribart, Aimericus Arragevins.

DCCXCIV. — Vers 1115[1]. — NOTICE DE L'ACQUISITION PAR LE PRIEUR DE GOUIS DE HUIT DENIERS DE CENS. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 30.)

Noticie posterorum litteris annotare censuimus ne quod a nobis inpresentiarum agitur successioni nostre per ignorantiam occultetur.

Quod Brientius de Calumine, Sancti Albini monachus, de Guiltio tunc temporis procurator et prepositus, de Aalet Dalibardissa octo denarios emerit, de cujus casamento tota querela erat, pro quibus etiam nummis ipsa Aalet tres siliginis sextarios a predicto Brientio acceperit. Quatuor enim illorum de censu erant, quatuorque de talleata de quodam terre arpento quod Paganus de Guiltio, qui Flochardus cognominatur, ab ipsa Aalet et a marito suo, Guillelmo Dalibardo, prius emerat et quod idem Paganus Beati Albini ecclesie pro se monachari contulerat.

Hanc autem emptionem atque venditionem omnes filii ejus, pro matris sue voluntate suaque necessitate, libenter concesserunt, quorum hec sunt nomina : Paganus, Pipinus, Stephanus Robet.

Hoc audierunt et viderunt : Durandus de Guiltio, Ingelbaudus Bothacrel, Herbertus Trochinus, Rainaldus molnerius, Bellus Homo, Guillelmus Arragevin, Calopinus monachorum famulus, Pichardus Eschacarius, Guillelmus clericus.

(1) Cet acte est postérieur au numéro DCCLXXXVIII, daté *vers 1110*, dans lequel Guillaume Dalibart est cité au nombre des témoins.

DCCXCV. — Vers 1115. — NOTICE DU DON FAIT A SAINT-AUBIN D'UN SIXIÈME DE LA DÎME DE BRÉ. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 28.)

Lanbertus Buferle, filius Gauterii Primi, habebat quamdam sextariam decime in Braia, quam dedit et concessit in elemosinam Sancto Albino et suis monachis pro anima sua et pro animabus antecessorum. Et inde super altare sanctorum martyrum Gervasii et Protasii cum ecclesie clavibus donum gratanter posuit. Quare Brientius et Gorentonius monachi dederunt ei in charitate viginti et octo solidos.

Hoc concessit Guarinus de la Praella, de cujus fevo erat, et uxor ejus ac filius.

Hoc viderunt et audierunt : Torpinus de la Praella, Yvo de Bugneyo, Lambertus fossarius, Guillelmus Arragevins[1], Gaufridus graniarius et filius Hanchart, Haimericus filius Alburgis, Lisoius de Cellula, Ulgerius minimus, Calopinus monachorum famulus, Richardus filius Barbote, laici.

Brientius, Gorantonius, Rotbertus, monachi.

Postea vero Gervasius, filius Guarini de Praella, donum idem calumniavit, dicens quindecim solidos, quorum decem matri et sibi quinque promissi fuerant ut concederent, non habuisse.

Cujus rei causa, Guillelmus de Credone monachus, tunc decimator, tres ei solidos dedit et quiete et absolute concessit.

Hoc viderunt et audierunt : Gaufridus de Charzeio prior, Guillelmus et Stephanus et Hugo de Valle Christiani, monachi.

Et de famulis : Paganus corvesarius, Stephanus filius Auburgis, Malosius et Jerardus.

DCCXCVI. — 1116, v. s., 18 mars-6 avril, Saint-Aubin. — NOTICE DU DON FAIT A SAINT-AUBIN PAR HUBERT DE CHAMPAGNE, DES

(1) C'est la présence de ce témoin, ainsi que celle de « Calopinus », qui permettent de placer cet acte auprès du numéro DCCXCIV dans lequel tous deux figurent également.

DÎMES DU PÉAGE ET DU MARCHÉ DE DURTAL. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 35.)

Anno Incarnationis dominice MCXVI, indictione IX, III idus martii, venit Hubertus de Campania solus in capitulum Sancti Albini ut commendaret se orationibus fratrum qui ibi serviunt Deo nocte ac die. Cui concessit domnus Archembaudus abbas cum assensu totius capituli ut, quoad viveret, per singulas septimanas unam missam in conventu pro eo cantarent. Post mortem vero ipsius, tantum facerent pro eo quantum pro uno de monachis suis et anniversarium ejus semper in monasterio solemniter agerent.

Quod ille cum magna gratiarum actione suscepit, atque in eodem loco donavit Deo et sancto Albino ac monachis ejus, pro anima sua ac parentum suorum quorum ipse tenebat hereditatem, decimam denariorum de pedagio Duristalli et de mercato similiter, nam antea monachi decimam de molendinis et de aliis reditibus ejusdem castelli habebant.

Ex hoc dono protinus investivit dominum Archembaudum, abbatem, cum cultello Harduini elemosinarii ; ac deinde super altare dominicum Beati Albini pro majori auctoritate manu sua posuit.

Huic dono interfuerunt : Richardus de Lavallo.

De famulis monachorum : Adelardus cellararius, Samazollus famulus prioris, Guarinus Parvus.

Cumque idem Hubertus egrederetur de capitulo, invenit ad ostium claustri, in locutorio, homines suos qui prestolabantur eum : Hamelinum de Troata, Gillebertum de Chingeio, Mauricium Coerium, Guidonem Falteri, Guarinum presbiterum, cognomento de Malaparia. Quibus statim donum quod fecerat per ordinem narravit.

Hujus doni testes sunt isti, qui licet in capitulo non fuerunt, tamen ex ore ipsius omnem rem protinus omnes pariter audierunt.

Elapsis postea paucis admodum diebus, eodem mense, VII kalendas aprilis, venit Stephanus de Monte Sorello in capitulum Sancti Albini, ibique predictum donum avunculi sui Huberti, libenti animo et bona voluntate concessit.

Hoc viderunt et audierunt : Bernerius canonicus Sancti Mauricii, Lisoius de Podio, Rainaldus filius Theelini de Lusdo.

De nostris : Rotbertus prepositus, Adellardus cellararius, Guarinus Parvus, Rainaldus Vitulus, Morellus cocus, Arrabith nepos Hatonis monachi, Guillermus infirmarius.

Sequenti in proximo mense, id est III nonas aprilis, venit Gosfridus de Claris Vallibus, nepos ejusdem Hucberti, in capitulum Sancti Albini, ibique concessit nobis ex integro donum et elemosinam avunculi sui et quicquid de beneficio ejus in ipsa die habebamus. Atque ex ipsa concessione domnum Archembaldum abbatem cum virga quadam investivit, ac deinde super altare dominicum ejusdem Sancti pro majori firmitate manu sua misit.

Hujus rei testes : Mainerius de Sancto Laudo, Giraldus prepositus, Aimericus Chamalliart, Gervasius de Monsteriolo, Drogo Redoet ;

De nostris : Rotbertus prepositus, Gosbertus Aquila, Guillelmus cementarius, Samazollus famulus prioris, Guarinus Modicus, Guillermus Buschet.

Quarta iterum ab hac die, videlicet VIII idus ejusdem mensis, venit Paganus de Claris Vallibus, frater Grosfridi, nepos et ipse domni Hucberti, in capitulum Sancti Albini, ibique concessit et ipse supradictum donum cum omni integritate, atque ex ipsa concessione domnum Archembaldum abbatem cum virga quadam investivit ac deinde super altare dominicum ejusdem Sancti pro majori firmitate manu sua misit.

Hoc viderunnt et audierunt isti : Gervasius de Troata, Drogo Redoet.

De nostris : Guarinus frater Aldulfi, Adelardus Sorini, Guarinus Pulsatus, Guarinus Modicus, Sarracenus frater ejus, Paisant hospitarius, Gualterius hospitarius, Herbertus Bicola, Bernardus elemosinarius, Gualterius Rodenz.

DCCXCVII. — Vers 1120[1]. — NOTICE DE L'ACHAT PAR SAINT-AUBIN DE LA PART DES DROITS DE MOUTURE SUR LES MOULINS DU

(1) Pour fixer cette date, il faut remarquer que Milsent n'avait encore, en 1111, que deux fils et une fille (Voir le numéro DCCLXXXIX).

CHATEAU DE DURTAL QUI APPARTENAIT A MILSENT, ÉPOUSE DE BENOIT LE MEUNIER. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 26.)

Milexendis, uxor Benedicti molnerii, post mortem viri sui vendidit Gurhanno monacho totam illam partem molneriate molendinorum stagni de castello quam illa de monachis Sancti Albini tenebat. Accepitque pro hac re a supradicto monacho quatuor libras denariorum et unum sextarium sigule.

Hanc venditionem concesserunt quatuor filii ejusdem Milexendis, quorum nomina hec sunt : Rainaldus, Rotbertus, Guillelmus, Arnulfus. Quorum duo primi habuerunt pro hac re singuli duos solidos, alii duo singuli duodecim denarios ; filia quoque ejusdem Milexendis, nomine Rosta, eamdem rem concessit et duos solidos proinde habuit.

Hoc viderunt et audierunt cum Gurhanno monacho : Gaufridus de Campiniaco, Walterius carpentarius et Rotbertus Niger, monachi, atque Hildegarius presbiter.

De laicis : Heliordus de Troata, Guillelmus Daribart, Garinus Hircus, Aimericus Arragevins, Guillelmus Coispelinus, Ingelbaldus Bothacre, David burgensis, Guillelmus filius Richeldis, Herveus molnerius.

DCCXCVIII. — 1121-1127. — NOTICE DU DON FAIT AU PRIEURÉ DE GOUIS DE CERTAINS USAGES DANS LA FORÊT DE CHAMBIERS. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 27.)

Tempore Hamelini abbatis, cum quidam adolescentulus de Credone, nomine Johannes, filius Goscii de Pont Lagot, vellet monachus fieri, Titio de Credone, propinquus ejus, dedit pro eo in elemosinam Sancto Albino, in bosco suo de Chambers, per singulos annos, ad opus monachorum de Guiltio, quatuor quercus et duas fagos et boscum mortuum ad ignem proprium et ad furnum eorum, et suam partem pasnagii de dominicis porcis predicte obedientie.

Sed pasnagium se dedisse postea denegavit ; quod tamen, accep-

tis quinque solidis a Moyse, preposito ipsius loci, benigne tandem concessit et hoc et supradictum donum denuo in elemosinam confirmavit.

Audientibus et videntibus :

De parte ejus : Goscio de Pont Lagot, Rotberto Maminot, Barboto forestario, Rotgerio carnifice et Natho, filio ejus.

De nostris : Moyse monacho, Guarino presbitero, Laidet.

DCCXCIX. — 1118, 1129 ou 1135[1], un dimanche, 14 juillet. — NOTICE DE L'ABANDON DE LEURS REVENDICATIONS SUR LA DÎME DE GOUIS CONSENTIE PAR ÉTIENNE ET JOUBERT DE LAVAZÉ. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 17.)

Stephanus et Gosbertus de Lavaziaco calumniabantur monachis Sancti Albini decimam de Guilcio. Tandem ergo Rotbertus Modicus, illius obediencie prepositus, datis eis viginti solidis, fecit ut predictam calumniam dimitterent et decimam, quam calumniabantur, Sancto Albino benigne concederent.

Hanc concessionem, apud Guilcium, die dominico, II idus julii, factam, viderunt et audierunt :

Monachi : Rotbertus Modicus, Bernardus Lisoii et Jordains.

De laicis : Andreas Socherels, Stephanus de Auvers, Arnulfus Porta Carnem, David famulus.

DCCC. — 1132. — NOTICE DE L'ABANDON A SAINT-AUBIN DE LA TAILLE DE LA TERRE DONNÉE PAR ARNOUL DE GOUIS. (Copie, B. N., latin 17126, p. 120.)

Gualo, filius Gisleberti de Chingiaco, dimisit talleiam quam requirebat de terra quam Arnulfus de Guitio, pro filio suo Guarino, dederat.

Anno MCXXXII.

Testes : frater ejus, Artins.

(1) Notre numéro DCCXCVI, daté de 1116, contient une mention de « Robertus Modicus ». La pièce DCCXCIX lui est postérieure puisqu'elle contient le même nom accompagné de la qualification de « prepositus ». D'autre part, le 14 juillet a été un dimanche en 1118, 1129 et 1135.

DCCCI. — 1127-1154, un 7 décembre. — NOTICE DU DON FAIT A SAINT-AUBIN PAR EUDES DE FOUGERÉ DE TROIS CHÊNES A PRENDRE CHAQUE ANNÉE DANS SA FORÊT DE CHAMBIERS. (Cartulaire de Gouis, B. N., 5447, fol. 11.)

Septimo idus decembris, venerunt in capitulum Sancti Albini tres milites fratres, Odo de Fulgeriaco, Robertus et Cadillo; ibique accipientes beneficium fratrum, de manu Roberti abbatis dedit ex illis major natu, Odo, in elemosinam Sancto Albino, concedentibus aliis, per singulos annos tres quercus in bosco suo de Canberiaco.

De hac elemosina memoratum abbatem cum una virgula revestierunt, et eandem virgulam super altare sancti Albini posuerunt.

Hoc autem actum est in tempore Gaufridi, filii Fulconis, regis Jherusalem, sub Ulgerio episcopo.

Videntibus et audientibus : Guidone Carbonello, Morello coco, Rainaldo Vitulo, Halopé, Petro coco, Brientius.

Istud donum quidem apud Guiltium primitus supradicto abbati fecerant ubi affuit frater eorum quartus, nomine Philippus, qui hoc ibi cum ceteris benigne concessit.

Videntibus et audientibus :

Ex parte illorum : Rainaldo molnerio, Rufellus frater ejus, Chabrario, genere eorum, Pagano de Malicornant.

Ex parte monachorum : Briencio, priore illius loci, Hildeberto bajulo, Garino presbitero, Chalopino famulo.

DCCCII. — 1147. — NOTICE DE L'ACCORD ÉTABLI ENTRE SAINT AUBIN ET GEOFFROY DE CLERVAUX, ACCOMPAGNÉ DE SON FILS, HUBERT ; CEUX-CI CÈDENT A L'ABBAYE CERTAINS DROITS SUR DURTAL ET GOUIS. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 289, fol. 15 ; copie, Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 36.)

Posterorum noticie presentibus litteris tradere statuimus ne quod a nobis inpresentiarum agitur, successioni nostre per oblivionem occultetur.

Temporibus igitur Gaufridi comitis, Fulchonis regis Jerosolimorum filii, et Ulgerii, Andegavensis presulis, facta est concordia inter monachos Sancti Albini et Gaufridum de Claris Vallibus, de quibusdam rebus quas apud Duristallum ipse prefatis monachis injuste auferebat.

Concessit itaque ipse Gaufridus et filius ejus, Hucbertus, ut per totum Duristalli pagum de quibuscumque rebus dominus Duristalli habet consuetudinem decima die, sine ulla contradictione, consuetudinem suam monachi quiete in perpetuum possideant, scilicet : pedagium per terram et aquam decimi mercati, omnes costumas hominum dominicorum ubicumque omnibus diebus vendentium vel ementium, extraneorum autem tantummodo apud Guiltium vel apud Capellam vendentium vel ementium, omnes consuetudines omnino habeant.

Permisit etiam et jussit molendinos de stagno Duristalli, tam estate quam hieme, nullo resistente, molere.

Qua de causa accepit a monachis centum solidos in caritate ; filius ejus, Hucbertus, viginti solidos.

Hoc viderunt et audierunt isti : Gervasius de Lavallo, Helias Lagrisce, Paganus de Libois, Setguinus de Ascia, Gaufridus de Roca, Peloquinus de Marrigné, Matheus Collon, Haimericus Collon, Paganus Trenchant, Fulco de Silliaco, Harduinus de Dalmeriaco, Gaufridus filius alterius, Hamelinus Babin, Hugo de Libois, Guarinus de Pratella, Stephanus de Lavazé, Hucbertus de Lavallo, Chalopinus de Crozilla, Grossinus Bovio.

Ex parte nostra : Brientius prior, Eudo Redonensis, Andreas presbiter, magister Philippus, Durandus de Goit, Gosbertus Folechat, Haimericus et Stephanus, frater ejus, Chalopinus.

Actum apud Duristallum, in aula domini Gaufridi, anno MCXLVII ab incarnatione Domini.

DCCCIII. — 1150. — NOTICE DE LA DÉCISION PRISE PAR GEOFFROY PLANTAGENET EN FAVEUR DES MOINES, AU SUJET D'UN MOULIN ÉTABLI PAR EUX A SEICHES. (Copie, B. N., latin 17126, p. 122.)

Notum fieri volumus . . . . quod quidam miles, nomine Goffe-

rius, in terra quam tenebat de abbate Sancti Albini apud Chalié, in parrochia Cepie, unum molendinum edificavit . . . . De quo cum orta esset calumnia, hanc fregit Gaufridus comes, qui Mosteriolum destruxit, anno MCL.

Testes : Gaufridus de Cleriis, Engelardus prefectus Andegavis.

DCCCIV. — 1157-1189. — NOTICE DU DON FAIT A SAINT-AUBIN PAR ROBERT, FILS D'EUDES DE FOUGERÉ, DU QUART DES MOULINS ET DE LA PÊCHE DE GOUIS. (Copie, Archives de Maine-et-Loire, H. 289, fol. 6, et Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 32.)

Quoniam vita brevis est et memoria labilis, si quid memoriter retinere volumus literis commendamus.

Eapropter memorie sequentium notandum esse dignum duximus quod Rotbertus, filius Odonis de Fulgereto primogenitus, Spiritus Sancti gratia afflatus, pro remedio animae suae parentumque suorum, Deo et sancto Albino et monachis ejus quartam partem molendinorum et piscaturae de Guilcio, in quibus medietatem habebat, in eleemosynam donavit.

Haec autem retinuit, ut monachi illius partem facerent, ipse vero in molendinis nihil mitteret, et tamen quartam partem emolumenti ipsorum acciperet.

Sane hoc donum benigne concesserunt Joannes, Jacquelinus, Odo, fratres illius, cum Philippo, avunculo eorum, et Lucia, matre ipsorum ; et, una cum supradicto Rotberto, de jamdicto dono Lucam, tunc temporis priorem de Guilcio, cum clavibus monasterii investierunt et easdem claves super altare beatorum martyrum Gervasii et Protasii portaverunt.

Huic rei interfuerunt testes isti : Haimericus de Guilcio et Stephanus frater ejus, Hodobertus faber, Guillelmus Florie, Richeldis molendinaria et Odo, gener ejus, Petrus de Quercis, Guillelmus Luscus.

Ut autem donum istud ratum et illibatum in perpetuum permaneret, sequenti die, Andegavem pergentes, supradicti de supra-

dicto dono Guillelmum abbatem in capitulum cum quadam virgula revestierunt.

DCCCV. — Vers 1170[1]. — NOTICE DE DIVERS DONS FAITS A SAINT-AUBIN A L'OCCASION DE L'ENTRÉE EN RELIGION D'HENRI AMISET. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 32.)

Quoniam bonum est oblivionem fugere et ea que memoria digna sunt bonum est litteris commendare, eapropter, presenti scedula mediante, noticie presentium relinquimus futurorum quod quidam homo, nomine Amiset, a monachis Sancti Albini ut filio suo, nomine Henrico, monachum induerent expetiit et impetravit, sane tanto eorum beneficio non ingratus existens, hujus rei gratia census quos habebat apud Changere Deo et sancto Albino et monachis ejus in elemosinam donavit ; quod Thomas le Meschin, de cujus fevo erat, ad duodecim denarios census et totidem de talleata, quando eam faceret, eisdem monachis benigne concessit.

Videntibus et audientibus istis : Guarino de Pratella, Herberto de Boeletis, Guillelmo Gaudini, Drogone de Vezins, Guerrino filio Amiset ;

Ex parte monachorum : Luca priore Guilcii, Radulfo Saporato monacho ;

Haimerico de Goiz, Petro de Quercis, laicis.

Item dedit quodam pratum ad caudam stagni de Duristallo quod Guillelmus Gaudini, de cujus casamento pratum existebat, concessit, et ibi tantum duos denarios de censu ad festum sancti Albini sibi retinuit.

Hoc etiam Herberto de Boeletis de quo ipse tenebat concedere fecit.

Hoc viderunt et audierunt isti : Haimericus de Goiz, Corcol pelliparius, Guerrinus filius Amiset.

Item memorie sequentium notandum est quod Guerrinus, supradicti Amiset filius, pro Henrico, fratre suo, dedit Deo et sancto Albino duos solidos et sex denarios annui census de dimi-

(1) Époque où Luc était prieur de Gouis.

dio arpento vinee Rainaldi de Ballolio ad Andecavinam, et duos denarios ad festum sancti Albini.

Actum est hoc, concedente Odone de Malicornia ad cujus fevum respiciebat vinea illa.

Hujus rei interfuerunt testes subscripti : Matheus Corloine, Rainaldus de Bolenge et plures alii.

DCCCVI. — Vers 1175[1]. — NOTICE DES DONS FAITS AU PRIEURÉ DE GOUIS PAR FRESLON, CHAPELAIN DE BAZOUGES. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 31.)

Quoniam indesinenter labitur humana mortalitas memorie, posteritatis nostre litterarum apicibus quibus eadem viget memoria mandamus quod Freslonus, capellanus de Basogiis, quamdam terram quam habebat prope culturam monachorum de Guiltio, pro monachatu filii sui, nomine Isembardi, Deo et sancto Albino et monachis ejus in elemosinam donavit.

Huic donationi Guarinus de Pratella, ad cujus fevum terra illa respiciebat, applausit et supradictum donum benigne concessit. Cujus rei gratia a priore Guilcii, Luce nomine, decem solidos in charitate suscepit. Concessit, inquam, sed tali conditione ut de jamdicta terra, pro omni servicio atque consuetudine, a supradictis monachis septem denarios annui census haberet et totidem de talleata, quando eam faceret.

Hoc viderunt et audierunt isti : Andreas presbiter, Guarinus frater ejus, Haimericus de Goiz, Petrus de Quercis, Stephannus de Goiz.

Item supradictus Freslonus monachis Sancti Albini quemdam boscum apud Ordesellam donavit ; sed Herbertus Bochart, de cujus fevo existebat, concedere noluit.

Aliquanto autem tempore elapso, Fulcherius de Treviis, prior Guiltii effectus, supradicto Herberto septem solidos dedit et talem pacem cum eo fecit quod supradictum boscum monachis libenter concessit. Hoc etiam Rotbertus de Dizeio, de quo Herbertus

(1) Époque où Foucher était prieur de Gouis.

sepedictum boscum tenebat, concessit; et proinde a predicto Fulcherio priore quinque solidos in charitate habuit.

Huic rei interfuerunt testes subscripti : Haimericus de Corlon, Herbertus de Alveriis, Guillelmus de Coldreio, Guillelmus de Prisciniaco presbiter, Guillelmus Salvarici, famulus monachorum.

Et notandum quod de bosco isto debent monachi Herberto Bochart octo denarios annui census et totidem de talleata, quando eam fecerit.

DCCCVII. — Vers 1175[1]. — CHIROGRAPHE CONSTATANT LE DON D'UN CENS FAIT A SAINT-AUBIN PAR GARIN DE LA PRESLE. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 289, fol. 22, et copie, Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 42.)

Sciant presentes et presentium successores quod Guarinus de Pratella, quando monachus factus est, dedit Deo et sancto Albino duodecim solidos annui census, pro quibus ipse reddebat Rotberto de Dizeio, ad cujus feodum predicti census pertinebant, tres solidos pro recompensatione servicii, et duos solidos sex denarios pro talleata. Interim supradictus Robertus prefatos census calumpniatus est monachis, asserens quod ipse, pro jamdictis censibus, ab ipso Guarino debitum homonagium habuisset.

Cum autem hujusmodi contentio utrobique emersisset, tandem idem Robertus veniens in capitulum Sancti Albini, accepto beneficio ecclesie illius, sepedictos census cum vendis et omni vicaria monachis concessit imperpetuum possidendos; tali equidem conditione ut, pro eo quod requirebat hommagio, monachi duos solidos prefatis tribus solidis adicerent, et sic quinque solidos ipsi Roberto vel ejus eredibus annuatim persolverent.

Homines qui predictam censivam possident consuetas talleatas per manus prioris de Guizio reddent. Si autem monachi de ipso

(1) Date fixée par la présence simultanée de Guérin de la Presle et de Robert de Dissé, lesquels figurent au nombre des témoins dans l'acte numéro DCCCVI.

feodo contra Robertum in aliquid excesserint, in ipsius curia quantum justicia dictaverit prior de Guizio respondebit.

Hoc viderunt et audierunt : idem Robertus ;

De clericis : Gaufridus de Scorsis, Paganus Picot, Herbertus Sailhan ;

De laicis : Odo de Alenthé, Rosel d'Enfernet, Tebaudus de Breez, Radulfus de Vallis, Radulfus de Mergot et alii multi.

DCCCVIII. — 1165-1189. -- LETTRES DANS LESQUELLES ÉTIENNE, SÉNÉCHAL D'ANJOU, RELATE L'ABANDON PAR GEOFFROY D'AUVERS DE TOUTES LES MAUVAISES COUTUMES QU'IL AVAIT PRÉTENDU IMPOSER AUX MOINES DE GOUIS. (B. N., latin 5447, fol. 38.)

Ego, Stephanus, siniscallus Andegavensis, omnibus ad quos littere iste pervenerint salutem.

Sciatis quod quedam controversia inter priorem de Guilcio et Gaufridum de Avers diu fuit agitata super quibusdam consuetudinibus quas Gaufridus de Avers in feodis que monachi de eo tenent exigebat, et postea in hunc modum pacificata fuit et sedata.

In die enim assignato, coram Girardo de Cleeriis et Matheo vicario, qui locum domini regis et mei ibidem obtinuerunt, ex utraque parte, precepto meo, apud Durestallum convenerunt, ut coram eisdem utriusque partis causa ibidem judicio terminaret. Ibique predictus Gaufridus, divina stimulatione compulsus, consilio et ammonitione proborum et discretorum qui intererant, omne jus Sancti Albini recognovit consuetudinesque illas quas a monachis exigebat injuste, in manu domni Guillelmi, abbatis Beati Albini Andegavensis, qui cum melioribus monachis suis ibidem aderat, dimisit et quitavit ; ita quod predictus Gaufridus et heredes sui nec talliatam, nec vendas, nec vicariam, nec sanguinem, nec duellum amplius poterint in omnibus feodis clamare que monachi de sepedicto Gaufrido tenent, feodo Guillelmi Gaudini excepto, monachi eidem pro omni servicio reddentibus decem et octo denarios Andegavensium, in festo sancti Albini, kalendis

marcii, et charitatem trium justiciarum vini et trium micarum ad Pascha et similiter ad Natale.

Si vero talliata a principalibus dominis super feoda illa legitime fuerit constituta, prior de Guilcio solummodo reddet duodecim denarios.

Hec omnia predicta Gaufridus de Avers et coheredes sui absolute et integre concesserunt pacifice monachis in perpetuum possidenda.

Propter quod habuit de priore de Guilcio, Gaufrido de Alencé, quadraginta solidos in charitate.

Hujusmodi pax coram me, apud Andegavem, in aula domini regis, in plenaria curia recitata fuit et ex utraque parte concessa.

Hoc viderunt et audierunt isti : Mauricius de Creonio, Philippus de Saucogné, Nivardus de Rupeforti, Stephanus Mieta, Petrus de Troe, Guillelmus Rollandi, Matheus vicarius, Gaufridus de Cannis et plures alii.

Et ut firmius haberetur, sigilli mei testimonio confirmavi.

DCCCIX. — 1165-1189, Durtal. — NOTICE DE L'ABANDON FAIT A SAINT-AUBIN PAR GEOFFROY D'AUVERS DE TOUTES LES MAUVAISES COUTUMES QU'IL AVAIT PRÉTENDU IMPOSER AU PRIEURÉ DE GOUIS. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 37.)

Posterorum utilitati consulentes, eorum memorie litterarum apicibus quibus eadem memoria viget commendamus quod quedam contentio erat inter monachos de Guiltio et Gaufridum de Auvers de quibusdam malis consuetudinibus, vicaria scilicet, talleata, vendis, quas Gaufridus a monachis in feodo, quod de eo tenent, exigebat. E contra monachi Gaufridum vel antecessores ejus in feodo illo illas consuetudines nunquam habuisse affirmabant.

Ad hanc igitur litem diruendam, ad hanc contentionem pacificandam convenerunt, die apud Duristallum assignata, Guillelmus, abbas Sancti Albini, cum quibusdam de monachis, et Gaufridus de Auvers, cum amicis et adjutoribus suis.

Audita igitur utriusque partis in plenaria curia querela, Gau-

fridus predictus a sapientibus, qui ibi non pauci aderant, rogatus et ammonitus ut a monachis nisi quod justum esset expeteret, divinitus inspiratus omnes predictas consuetudines, quas a monachis injuste requirebat, dimisit, et totum feodum quod monachi de eo tenent, retentis sibi solummodo decem et septem denariis et obolo de servicio, liberum et quietum ab omni consuetudine eisdem monachis perpetuo possidendum concessit. Insuper etiam talleatam, quam a Fulcherio priore injuste habuerat, manu propria in manu Guillelmi abbatis coram omnibus qui aderant reddidit.

Quia vero ad hoc agendum secum denarios non habuit, eos ibidem a Herberto de Booletis adcomodavit.

Hoc viderunt et audierunt testes subscripti :

De monachis : Guillelmus abbas Sancti Albini, Mainerius cellararius, Brunus de Cucheio hostiarius, Fulcherius prior Guiltii, Hildegarius.

De laicis : Eliordus de Troeia, Herbertus de Booletis, Rollandus de Parcé, Radulfus faber, Hugo de Libos, Guarinus de Praella, Haimericus de Corlon.

Hoc autem actum est apud Duristallum, die Mercurii, in plenaria curia, in porticu domus Gervasii de Troeia.

DCCCX. — Vers 1177[1]. — NOTICE DU DON DE LA DÎME D'UNE TERRE SISE A GOUIS, FAIT A SAINT-AUBIN PAR ROBIN DE LA CHAISE. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 28.)

Notum sit presentibus et futuris quod Robinus de Casa et Eva, mater ejus, dederunt in elemosinam Deo et sancto Albino decimationem cujusdam terre, que est juxta domum Girardi Denaticus, secus Daguenetaria, illudque donum posuit super altare beatorum Gervasii et Protasii cum clavibus ecclesie.

Postea vero veniens Andegavim, illud donum super altare Sancti Albini deposuit ; et ne super hac terra ingrati monachi

(1) Un seul nom permet d'assigner à cette pièce une date approximative : c'est celui d' « Hildegarius », qui figure dans l'acte numéro DCCCIX.

viderentur, Hildegarius monachus septem solidos eis in charitate contulit.

Hoc viderunt et audierunt : Rannulfus et Augerius de Capella et Richardus.

De monachis : Rogerius sacrista, et Simon et Hildegarius.

DCCCXI. — 1190, août. — ACTE PAR LEQUEL HUBERT DE CHAMPAGNE FAIT DON AUX MOINES DE GOUIS D'UN DROIT D'USAGE DANS LA FORÊT DE CHAMBIERS. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 39.)

In nomine sancte et individue Trinitatis unde omne bonum procedit.

Ego, Hubertus de Campania, filius viri illustris, Gaufridi de Claris Vallibus, ad memoriam successorum meorum ea que continentur in presenti carta scripto precepi commendari ne per ignorantiam traderentur oblivioni.

Igitur presentibus et futuris innotescat quod grandevus et senio defatigatus, cernens vite mee terminum propinquare, recordans etiam quia omnia pretereunt preter amare Deum ; insuper dominici illius precepti memor : « Date elemosinam et ipsa orat pro vobis », pro salute anime mee necnon pro animabus patris et matris mee et filiorum meorum, dono in elemosinam Deo et sancto Albino et ejus monachis in obedientia Guilcii habitantibus calfagium in foresta mea de Chambers, videlicet, singulis diebus, duas summas de branchis, quantum unus asinus poterit portare.

Hoc autem donum hac de causa maxime facio ut, tam in vita quam in morte, particeps efficiar omnium beneficiorum abbatie ; et, cum ad patres meos adpositus fuero, nomen meum cum nominibus aliorum benefactorum ascribatur in martirologio.

Verum ne donationem istam benigne ac simpliciter et pro Dei amore a me factam aliquis de heredibus meis, vel de mea progenie, cupiditate terrena vel aviditate peccunie, per seipsum aut per suos, sive per extraneos, audeat infringere aut aliquo ingenio presumat auferre vel inminuere, cartam istam ad majorem confirmationem communio sigilli mei auctoritate.

Quicumque autem contra hujus donationis mee auctoritatem unquam agere presumpserit aut aliquo modo pejorare eam attemptaverit, inprimis iram Dei omnipotentis incurrat et cum Juda traditore damnationem accipiat et ab hereditate mea alienus existat.

Actum est hoc anno ab incarnatione Domini MCXC, indictione VIII, mense augusti.

Testibus istis quorum nomina subscripta sunt : Rainaldo domino Castri Gunterii, Guillelmo fratre ejus, Philippo de Chivré, Gaufrido de Ramo Forti, Guillelmo de Laval Guiul, Bilum, Josleno Fauter, Hamelino de Gobiz, Michaele de Gobiz, Roberto de Pinel, Liziardo du Gres, Matheo Gales, Johanne Gales, Fulcone de Chingé, Russello Glé, Jaguel Bollart, Bibens Vinum.

Ex parte monachorum : Jaguelino abbate tunc temporis, Odone de Chucé, magistro priore de abbatia et predicta obedientia, scilicet Goiz, Gaufrido sacrista.

De famulis monachorum : Johanne d'Argene, Haimerico Borrau, Radulfo famulo magistri prioris.

Insuper ut donum istius elemosine majoris auctoritatis robore fulciretur, et in sua stabilitate posset in perpetuum permanere, Radulfus, tunc Andegavorum venerabilis episcopus, ad precum nostrarum instantiam, donationem istam ratam habere voluit et sigilli sui munimine confirmavit.

DCCCXII. — Vers 1190. — NOTICE DE L'ACCORD PASSÉ ENTRE HUGUES DE MATHEFELON ET LE PRIEUR DE GOUIS RELATIVEMENT A LA PROPRIÉTÉ DES FOSSÉS DU PRIEURÉ. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 289, fol. 18, et copie, Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 40.)

Sciant presentes et futuri quod quedam contencio, que inter Hugonem de Matefelon et Odonem de Chuceio, magistrum priorem abbatiae Sancti Albini et priorem de Goiz, orta est super fossata que ipse prior c[irca su]a prata fecerat, incipientia a Stulticia Picherii usque ad domum monachorum, sopita est in tranquillum, ta[li] siquidem modo quod prefatus Hugo de Matefe-

lon concessit eidem priori et sequacibus ejus predicta fossata ad opus obediencie de Goiz, soluta et quieta in pace possidenda.

Et ne isdem prior de tanto beneficio ingratus haberetur, dedit prefato Hugoni duos cyphos argenteos, et Huberto, patri suo, qui et ipse hoc donum concessit, quinquaginta solidos.

Hoc viderunt et audierunt : Simon de Chement et Gaufridus, filius ejus, Paganus Babin et plures alii.

DCCCXIII. — Vers 1190. — ACTE DANS LEQUEL HUGUES DE MATHEFELON RELATE L'ACCORD ÉTABLI ENTRE LUI ET LE PRIEURÉ DE GOUIS AU SUJET DES FOSSÉS CREUSÉS PAR LES MOINES. (Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 40.)

In Dei nomine.

Ego, Hugo de Mathefelon, filius Hucberti de Campania, presentibus et futuris notum fieri volo quod quedam contentio orta est inter me et Odonem, priorem Guilcii, pro quibusdam fossatis que circa prata sua et per prata fecerat ; quod dicebam pro garenna mea et patris mei fieri non debere. Econtra, ipso asserente quod bene licebat ei prata sua claudere et per ea aquam Liddi derivare.

Tandem in hunc modum pacem fecimus benivola compositione.

Concessi in elemosinam supradicto priori et obedientie de Guilcio quatinus fossata illa que facta fuerant, et si qua alia facere circa prata sua vellent, monachi de cetero in pace et quiete perpetualiter possiderent. Pro charitate et patri meo, Hucberto, qui et ipse hanc elemosinam concessit, quinquaginta solidos Andegavensis monete.

Huic concessioni a me et a patre meo facte interfuerunt isti : Symon de Chemenz, Gaufridus, filius ejus, Paganus Babin et plures alii.

Ut autem elemosina mea et patris mei in futurum firma sit et stabilis et a successoribus meis inviolabilis, scriptum istud sigilli mei auctoritate communiri feci.

DCCCXIV. — 1198. — CHARTE DANS LAQUELLE LES DÉLÉGUÉS DU

PAPE INNOCENT III, RENAUD, ABBÉ DE SAINT-SERGE, ET NICOLAS DE LA GUERCHE, RELATENT L'ACCORD INTERVENU, EN PRÉSENCE DE PIERRE, ÉVÊQUE DE SAINT-MALO, ENTRE GEOFFROY D'AUVERS, CHEVALIER, ET LES MOINES DE GOUIS AU SUJET D'UNE REDEVANCE ANNUELLE DE TROIS SETIERS DE BLÉ QUE GEOFFROY AVAIT TOUT D'ABORD REFUSÉ DE PAYER. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 289, fol. 17, et copie, Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 38.)

R[aginaldus], Dei gratia abbas Sancti Sergii, magister N[icholaus] de Guircha, omnibus fidelibus presentem paginam inspecturis in Domino salutem.

Dum inter monachos Beati Albini, ex una parte, et Gaufridum de Auvers, militem, ex altera, causa verteretur super tribus sextariis annui anonagii, quos idem monachi ab eo exigebant, ille reddere nolebat, tandem ex precepto Innocentii papae tertii, hec causa parvitati nostre terminanda est commissa.

Siquidem, assensu utriusque partis et nostro, in presentia venerabllis patris nostri, domini P[etri], Macloviensis episcopi, eorum causa, Deo volente, in hanc formam pacis sopita finem accepit.

Predictus Gaufridus miles prescriptum anonagium esse monachorum Beati Albini apud Goizium habitancium recognovit, et, corporali fide in manu jamdicti episcopi et in nostra data, quamdiu vineam stanno de Duristallo adjacente tenuerit, aut heres ipsius, sepedictum anonagium priori de Goiz reddet annuatim, in Nativitate Beate Marie.

Actum est hoc Andegavis, apud Beatum Albinum, anno gratie MCXCVIII.

Teste sepedicto pontifice P[etro] Macloviensi, archidiacono ejus, G., ipsius capellano, Roberto sacrista, magistro Johanne, monachis Sancti Sergii ;

Ex parte monachorum Sancti Albini : domno Gaufrido abbate, Fulcone cellarario, Gaufrido censario, Hugone tunc temporis priore de Guilcio ;

Ex parte militis : Hugone Babin et pluribus aliis.

Et ut concordia ista rata et inconcussa permaneat, sigillorum nostrorum auctoritate presentem paginam fecimus communiri.

Valeat.

PRIEURÉ DU LION-D'ANGERS

DCCCXV. — 1130-1144. — LETTRE PAR LAQUELLE GEOFFROY DE LÈVES, ÉVÊQUE DE CHARTRES, LÉGAT DU SAINT-SIÈGE, PROHIBE LA PERCEPTION DU CENS ANNUEL IMPOSÉ AUX MOINES DU LION-D'ANGERS, ET ORDONNE LA LEVÉE DE L'INTERDIT PROMULGUÉ A CE SUJET. (Copie du XIIe siècle, Bibliothèque Mazarine, ms. 4310, fol. 35.)

G[aufridus], Dei gratia Carnotensis episcopus, Apostolice Sedis legatus[1], R . . . . , venerabili Andecavensis ecclesie archidiacono, et Hu . . . . , decano, salutem in Domino.

Quod a sanctis patribus inhibitum est et a Romane sedis pontificibus sollempniter sub anathemate condempnatum, nobis aut vobis rectractare non licet nec a quocumque minore debet rescindi.

Quapropter eam pravam et antiquam consuetudinem de relevandis post decessum alicujus designate persone ecclesiis a beate memorie papa, Ur[bano], et ejus successore, domno Paschali, dudum prorsus abolitam et damnatam innovare vel restituere vel ejus aliquam adinvenire compositionem plane symoniacum est et hereseos ab omnibus improbande notam incurrit.

Unde vestre fraternitati apostolica auctoritate et nostra per presentia scripta mandando precipimus quatinus abhominabilem illam et ignominiosam consuetudinem de annuo censu apud Legionem a fratribus nostris monachis Beati Albini exigendo prorsus omittatis, et interdictum quem in predicti loci ecclesiam pro extorquendo hujusmodi censu promulgastis, post acceptas has litteras sine dilatione solvatis et ne ulterius ad nos predicti

(1) C'est en acceptant comme exacte la durée assignée par le *Gallia* à la légation de Geoffroy de Lèves que nous arrivons à dater cet acte entre 1130 et 1144.

monachi fatigentur hujus rei causa modis omnibus caveatis. Alioquin flagitii tanti piaculum graviter in vos compellemus ulcisci.

DCCCXVI. — 1145. — NOTICE DU DON FAIT PAR SAINT-AUBIN, SOUS RÉSERVE D'HOMMAGE ET DE CENS, A GUICHARD DE NEUVILLE, D'UNE MASURE SISE A LA CHAUSSÉE. (Copie, B. N., latin 17126, p. 89.)

Notum . . . . quod Wischardus Haimonis, miles egregius, cum plures masuras terre incultas apud Cocheium haberet, molestia corporis tactus, unam de illis in elemosinam Sancto Albino et ejus monasterio, cingulo militie deposito et habitu monachi assumpto, dedit . . . .

Illo autem de carcere carnis educto, dicta terra de Chocheio in jus Guischardi de Nova Villa transiit, qui e vestigio a Roberto, Sancti Albini abbate, masuram ab equivoquo suo Wischardo defuncto monachis datam, sub denominato servitio et fidelitate hominagii concedi postulavit.

Abbas petitioni illius adquievit, tali conditione ut hominagium abbati ipse et successura ei in perpetuum posteritas faceret et quinque solidos annuatim pro servitio redderet . . . .

Actum in capitulo Sancti Albini, anno MCXLV, indictione VIII.

Audientibus : Oliverio de Nova Villa, Tisonio de Credonio, Radulfo de Gret, Haimone Andegavino, Petro Balort.

PRIEURÉ DE LUCHÉ

DCCCXVII. — S. d. — NOTICE DU DON FAIT PAR HUGUES DE FLACÉ AUX MOINES DE SAINT-AUBIN DE L'EMPLACEMENT DE L'ANCIENNE CHAPELLE DE LIGRON, A CHARGE D'Y ÉDIFIER DANS L'ANNÉE UNE NOUVELLE ÉGLISE. (Copie, B. N., latin 17126, p. 139.)

Hugo de Floiaco donavit monachis Sancti Albini locum cujusdam ecclesiole que vocatur Ligrunnus. Ecclesia namque antiquitus destructa erat . . . . Donavit et totum presbiteratum ipsius ecclesiole . . . . tali conventione ut, in ipso donationis anno, facerent ecclesiam de lignis, et in ipsa ecclesia missa cantaretur diebus dominicis et festis . . . .

Istud concessit Ascelina, uxor ejus, et Herveus, filius ejus.

Hanc cartam confirmavit Frotgerius Berolus et uxor ejus, Dia, et filius ejus, Gaudinus.

Testes : Mauritius de Roziaco . . . .

DCCCXVIII. — S. d. — NOTICE DU DON FAIT PAR THIBAUT CROCHIN, CHEVALIER, AUX MOINES DE SAINT-AUBIN, DE L'EMPLACEMENT DE LA CHAPELLE DE SAINT-LAUMER, D'UNE FONTAINE ET DE DEUX ARPENTS DE TERRE. (Copie, B. N., latin 17126, p. 139.)

Ne succedentibus . . . .

Quidam miles, nomine Tetbaudus, rore divini fontis imbutus, donavit Sancto Albino cujusdam ecclesiole locum, beati Launomaris nomine dedicatam, et unam fontanam cum duobus arpennis terre . . . . solutos ab omni consuetudine.

Testes : ipse Tetbaudus Crochinus cum uxore sua, Tetbaudus foristarius, cognatus ejus.

DCCCXIX. — 1162. — LETTRES DANS LESQUELLES GUILLAUME DE PASSAVANT, ÉVÊQUE DU MANS, RELATE L'ACCORD ÉTABLI AU

SUJET DE DÎMES ENTRE SAINT-AUBIN ET LE PRÊTRE DESSERVANT L'ÉGLISE DE LUCHÉ. (Copies authentiques de 1482 et 1603, Archives de la Sarthe, H. 267, fol. 29 et 31.)

Ego, Guillermus, Dei gratia Cenomannensis episcopus, universis ecclesie filiis notum fieri curavimus quod, cum inter monachos Sancti Albini de Andegavis et presbiterum ecclesie de Lucheio super quibusdam decimis diu contentio extitisset, tandem in presentia nostra de contentione illa sic composuerunt.

Omnes decime illius ecclesie, et acquisite et acquirende, proprie monachorum remanerent.

Si autem in redimendis decimis illius ecclesie necesse esset pecuniam intervenire, pecunia illa a monachis data, presbiter in acquisitione illarum pro posse suo elaboraret.

Terra etiam de Ciconia, quam Johannes Chamalardus in recompensatione cujusdam decime dedit, propria etiam monachorum remaneret.

Vinea vero que presbiterii erat, que super quartum arpenni aliquantulum major erat, sicut ipsa erat in proprietate presbiterii rediret. Cum presbiter pro medietate sua jure constituto unum modium annone et alterum vini annuatim habuisset, in compositione ista statutum est quod presbitero, pro mediatione sua, duo modii annone ad mensuram aree, sicut antea fuerat, et unus modius vini et dimidius a priore illius loci annuatim darentur, sexdecim sextarii siliginis et octo frumenti, dimidius modius vini albi et modius etiam rubei.

Alia vero ab hiis que diximus, sicuti presbiteri erant, ita ejus propria remanerent.

Si autem alia, preter decimas, presbiter ecclesie illius acquireret, acquisita illa propria presbiteri essent.

Testes sunt :

Philippus decanus Sancti Juliani, Yvo magister scolarum, Esgaretus capellanus, Andreas canonicus, Hamelinus presbiter de Lucheio et Garinus decanus de Cerencio.

Guillelmus, abbas Sancti Albini, Turpinus prior, Johannes prior de Lucheio, Brunus monachus.

Parochiani ejusdem ecclesie : Robertus Jalon, Garinus de Galaranda, Paganus Cellum Narinum, Andreas de Alneto.

Anno ab incarnatione Domini MCLXII.

PRIEURÉ DU LUDE

DCCCXXI. — 976, avril. — CHARTE PAR LAQUELLE GEOFFROY GRISEGONELLE RESTITUE A L'ABBAYE DE SAINT-JOUIN DE MARNE LA PROPRIÉTÉ DE L'ÉGLISE DE SAINT-JOUIN DU LUDE [1]. (Original, cabinet de M. Hucher ; copie, B. N., latin 17126, p. 85. — Imprimé par Cauvin, *Géographie ancienne du Diocèse du Mans*, p. LXVII, et *Revue du Maine*, t. XXV, p. 128.)

Cum veritatis Evangelica vox per seipsam fideles quosque ammoneat dicens : « Operamini dum dies est ; venit hora in qua nemo potest operari », hoc videlicet apertius commonere satagens, quod per apostolum suum postmodum docere voluit : « Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei » ,illos nimirum fidei domesticos signare cupiebat qui, cultui ecclesiastico insistentes, divinam religioni operam dare cotidianis famulatibus non desistunt.

Haec, ego, in Dei nomine, Gozfredus, Andegavensium comes, perpendo considerans et considerando perpendens, illud quoque non ignorans que cum sit maximum et precipuum opus ex rebus sibi competentibus aecclesias sanctorum potentum quemlibet ditare, proximum vero et vicinum misericordiae si ea que injuste retinentur in sanctis locis restituantur, idcirco ego, plenissima voluntate, ut in die judicii magni vitae aeternae refrigerio potiri merear, absolutus peccatorum quibus adstrictus teneor nexibus, reddo caenobio sanctorum Jovini atque Martini, sito in pago Pictavoensi, ubi ipsorum pretiosa corpora quiescunt sanctorum, aecclesiam que nuncupatur Lusedus, in pago Andegavensi ; quam scilicet aecclesiam quondam avus noster, Fulco, genitorque noster ejusdem nominis, occasione Nortmanicae

(1) Ce document, que son antiquité rend si important, n'a pas pris place dans le *Cartulaire de Saint-Jouin*, publié par M. de Grandmaison au tome XVII (1854) des *Mémoires de la Société de statistique des Deux-Sèvres*.

persecutionis destructam, injusto ordine tenuerunt ; postmodum quoque ipse easdem res tenui ut supradixi.

Pro remedio animae meae sive genitorum meorum, eandem supranominatam ecclesiam Lusdum eisdem sanctis Dei Jovino atque Martino, abbati quoque ipsius monasterii, venerabili Arnusto, et congregationi sub eo Deo et sanctis ipsius militanti reddo ; ita ut ab hodierna die rectores ipsius monasterii teneant atque possideant, et in jure et dominatione ipsius monasterii, sicut antiquitus a viro illustri Maurino tradita fuerat, sine contradictione ullius persone revertatur.

Si quis vero, quod futurum esse non credo, si ego ipse aut ullus de filiis aut heredibus meis, sive aliqua postmodum persona fuerit quae contra hanc redditionis mee cartam venire conatus fuerit et ei calumpniam inferre temptaverit, inprimis iram Dei Patris omnipotentis et Filii et Spiritus Sancti, beatorumque Jovini atque Martini et omnium sanctorum incurrat et cum Juda proditore, Anna et Caipha atque Pilato damnationem accipiat, et sua repeticio irrita fiat, et insuper in congregationi illi socio fisca auri libras ducentas, argenti libras octingentas coactus exsolvat.

Actum Pictavum urbe.

Signum Gosfridi comiti, S. item Gosfredi, S. Rainaldi episcopi, S. item Rainaldi vicecomitis, S. Radulfi, S. Savarici, S. Aimerici vicecomitis, S. Suttardi, S. Gulferii, S. Roberti, S. Freerico, S. Cadeloni, S. Drogoni, S. Gauterio, S. Aimericus, S. Odulgarius, S. Sulpicii, S. Ascelinus, S. Judeoni, S. Adelardi.

Data in mense aprilio, anno vicesimo secundo regnante Lothario rege.

DCCCXXII. — Vers 1060. — NOTICE DES DONS FAITS A MARMOUTIER PAR MACOUARD, FILS DE SIMON DU LUDE, AU MOMENT OU IL APPORTAIT AUX MOINES LE CORPS DE SON FRÈRE RENAUD, TUÉ A CHATEAU HAMELIN. EMMELINE, SA MÈRE, ÉPOUSE DE GAUTIER DE PARNAY, ET GEOFFROY CHAMAILLARD APPROUVENT SA DONATION[1]. (Imprimé, par Marchegay, *Archives d'Anjou*, II, 84.)

(1) Cet acte étranger à Saint-Aubin est indiqué ici à cause de ce qu'il renferme de renseignements précieux sur la maison du Lude.

DCCCXXIII. — Vers 1090. — ACTE PAR LEQUEL HUBERT, VICOMTE DU MAINE, D'ACCORD AVEC SA FEMME ET SES FILS, CONFIRME A SAINT-AUBIN LA POSSESSION DE LA CHAPELLE DE SAINT-AUBIN AU LUDE. (Copie, B. N., latin 17126, p. 82.)

Signum Huberti vicecomitis ✝.
Signum Hermengardis vicecomitisse ✝.
Signum Radulfi ✝.
Signum Herberti ✝.
Signum Guillelmi ✝.
Signum Dionisii ✝.
Dominus dicit : . . . .

Ego, Hucbertus, per Dei gratiam simul et progeniem Cenomannensium vicecomes, confirmavi cum uxore mea et filiis meis donum quod Hamelinus presbiter Sancto Albino dedit, capellam videlicet apud Lusdium constructam in honore Dei et ipsius sancti, quam de me tenebat. Adauxi viridarium, et auctoramentum de omnibus ad casamentum meum pertinentibus quas acquirere poterunt, excepta perdicione servicii mei . . . .

Coram videntibus : Herberto Sicca Bota, Lamberto camerario.

DCCCXXIV. — Vers 1090[1]. — NOTICE DE LA CONCESSION FAITE AUX MOINES DE SAINT-AUBIN, DU CIMETIÈRE DE SAINT-JOUIN DU LUDE POUR Y BATIR LEUR PRIEURÉ, ET DE L'ACHAT D'UN TERRAIN SUR LEQUEL LES HABITANTS CONSTRUISIRENT L'ÉGLISE NOTRE-DAME ET OUVRIRENT UN CIMETIÈRE. (Copie, B. N., latin 17126, p. 84.)

Quando monachi Beati Albini apud Lusdum primitus habitare ceperunt, necdum congruam habitationem habentes nec ad suum tenorem amplam, rogatu Algerii monachi, honorati viri de Lusdo quesierunt quomodo cimiterium matris ecclesie Beati Jovini ad

(1) Pour assigner cette date, nous nous fondons uniquement sur la présence dans l'acte du nom de Hubert de Champagne.

constructionem claustrorum vel domorum suorum omnino haberent.

Hoc ut fieret, Berengarius de Lusdo donavit sexaginta solidos denariorum Huberto de Campania ut hoc concederet. Quod concessit ; eosdemque solidos Avitie conjugi sue donavit, ipso die quo eam in matrimonium sumpsit.

Ut cimiterium eidem ville non deesset, Lancelinus Dives et Hilpericus emerunt terram ad cimiterium foris villam, ubi homines de Lusdo ecclesiam Beate Dei Genitricis construxerunt, monachis Beati Albini illic prima sacra in fundamento jacientibus, et episcopus Andecavensis cimiterium benedixit.

DCCCXXV. — 1082-1106. — NOTICE DES ACQUISITIONS FAITES PAR SAINT-AUBIN DANS LA CHATELLENIE DU LUDE, AVEC L'APPROBATION DE HUGUES DE CLEFS, FILS DE GIRARD DE CLEFS, ET DE RICHEUT, SA MÈRE. (Copie, B. N., latin 17126, p. 82.)

Cum manifestum . . . . quidam miles, Hugo nomine, Mainerius cognomine, vendidit abbati Girardo de monachis Sancti Albini in castellaria Lusdi castri, super Ledum flumen, in loco qui dicitur Bozal, unam mansuram terre, excepta medietate decime ; et auctorizavit quicquid monachi acquirere poterunt.

Addidit etiam trium arpentum vinearum decimam inter Bozal et Lusdum . . . .

Hugo, filius Girardi siniscalli, de cujus fevo erat illa terra, et Richildis, mater ejus, gratanter auctorizaverunt . . . .

Auditores : Fulco Chamallardus, Huchertus de Locaiaco, Matfredus de Coro, Ingelbaldus forestarius.

DCCCXXVI. — 1082-1106. — NOTICE DES CONCESSIONS FAITES AUX MOINES DU LUDE PAR ISEMBART DE THOUARCÉ AU MOMENT DE FAIRE LE PÉLERINAGE DE ROME, A LA SUITE D'HUBERT DE DURTAL, SON SEIGNEUR. (Copie, B. N., latin 17126, p. 82.)

Non est . . . . scribimus itaque Isembardum, nepotem Isembardi de Toartiaco, adversus Girardum abbatem et monachos

Sancti Albini olim iratum fuisse, et malum quod eis facere poterat perpetrasse. Res enim quas Sancto Albino donavit, quando fratrem suum Stephanum ad monasterium ut monachus ibi fieret, adduxit, velut eas dedisset, auferre temptavit.

Postea, Romam ire volens cum Huberto, domino suo, de Durostallo, beneque intelligens bonum quod agere disponebat nichil sibi proficere nisi prius de injuria monachis illata veniam peteret, Andecavum venit cum Isembardo, avunculo suo ; et ad ipsius arbitrium pacem cum monachis fecit et res quas donavit qualibet causa ulterius arripere presumar . . . .

Factum in claustro Sancti Albini.

Audierunt : Hucbertus de Champania, Gaufridus de Meduana, Tetbaldus Infans de Jarziaco et Hugo custos ejus, Adelardus frater Clarenbaldi, Warinus Fesardus, Tetbaldus de Troea.

DCCCXXVII. — 1082-1106. — NOTICE DE LA CONFIRMATION PAR TISON ET CARBON, PETITS-FILS DE GEOFFROY BEAUSSIER, DES DONS FAITS PAR CELUI-CI AUX MOINES DU LUDE. (Copie, B. N., latin 17126, p. 83.)

Tempore Girardi abbatis, quidam miles, nomine Herbertus Balserius, Sancti Albini factus est monachus ; et dedit in elemosinam Sancto Albino et monachis prope castellum Lusdum terram quam nominant Moillentrune, juxta quam erant pascue, quas noas dicunt, et arbores ; quas post mortem Herberti Balserii cepit calumniari monachis filius ejus, Jofredus.

Quo mortuo, Ticio et Carbo, filii ejus, vexabant monachos de Lusdo. Tandem Hugo de Valle Christiano, prior ipsius castri, concordiam de his fecit cum eis, et dicti fratres ex toto dimiserunt et habuerunt in caritate viginti solidos.

Testes : Gervasius Gaudini, Radulfus Gaudini, Peloquinus Daganault.

DCCCXXVIII. — Vers 1095, Le Lude. — NOTICE DE L'ABANDON FAIT PAR LES ENFANTS D'UN NOMMÉ LANCELIN DE TOUS LEURS DROITS

SUR SAINT-JOUIN DU LUDE, ABANDON RATIFIÉ PAR LA VICOMTESSE ERMENGARDE ET PAR LE VICOMTE GUILLAUME, SON FILS. (Copie, B. N., latin 17126, p. 84.)

Ad noticiam . . . . Hubertus, Lancelini filius, et Rainaldus Perdiels, frater ejus, et Paganus de Texula [1], qui habebant sororem, nomine Lebergam, donaverunt Sancto Albino in elemosinam quidquid in ecclesia Sancti Jovini de Lusdo habebant, id est terciam partem de panibus . . . .

Actum apud Lusdum, coram Hermengarde vicecomitissa et filio ejus, Guillelmo vicecomite, qui hoc annuerunt.

DCCCXXIX. — 1113, 25 juin, Angers. — CHARTE DANS LAQUELLE RENAUD DE MARTIGNÉ, ÉVÊQUE D'ANGERS, RELATE L'ACCORD PAR LEQUEL L'ABBAYE DE SAINT-JOUIN DE MARNE RENONCE, AU PROFIT DE CELLE DE SAINT-AUBIN, A TOUTES SES PRÉTENTIONS SUR SAINT-JOUIN DU LUDE, MOYENNANT L'ABANDON QUI LUI EST FAIT DE LA CHAPELLE DE LA GUERCHE EN SAINT-BRÉVAIN. (Copie, B. N., latin 17126, p. 87.)

Ego, Rainaldus, Andegavensis episcopus, dilectis in Christo abbatibus, Archembaldo, Sancti Albini, et Radulfo, Sancti Jovini....

Cum longa inter monachos Sancti Jovini esset querela super ecclesia Sancti Jovini de Lusdo, quam monachi Sancti Albini possidebant, et monachi Sancti Jovini ex jure antiquissimo reposcebant, anno MCXIII, indictione IV, epacta I, concurrentibus II, Paschali II papa, Hludovico Philippi, rege Francorum, Fulcone Juniore, comite Andecavensi, VII kalendas julii, inter utrumque monasterium pax convenit.

Habebant monachi Sancti Albini, in territorio Nannetensi, matricem ecclesiam Sancti Brevdani, infra cujus terminos monachi Sancti Jovini capellam in castello Guirchie non satis canonice possidebant.

Ipsam capellam monachi Sancti Albini reposcebant . . . .

(1) Ou « Tessuta ».

In capitulo Sancti Mauritii, presidente domno Radulfo metropolitano nostro, etiam Marbodo, Redonensi episcopo, monachi Sancti Albini concesserunt monachis Sancti Jovini capellam Guirchie . . . . et monachi Sancti Jovini, quicquid in ecclesia Lusdiensi habere dixerant, eis concesserunt . . . .

Testes : domnus Radulfus Turonensis archiepiscopus, Marbodus Redonensis episcopus ; ego, Rainaldus, Andecavensis episcopus, Gaufridus abbas Vindocinensis, Petrus abbas.

DCCCXXX. — Vers 1124[1]. — CHARTE PAR LAQUELLE RENAUD DE MARTIGNÉ, ÉVÊQUE D'ANGERS, A LA SOLLICITATION D'EMMELINE, SA NIÈCE, FAIT UN DON AUX MOINES DU LUDE. (Copie, B. N., latin 17126, p. 87.)

Ego, Rainaldus, Dei gratia Andegavorum episcopus, ... censum viginti solidorum singulis annis in Lusdensi ecclesia constitutis, abbas Sancti Albini, Emmelinus, et monachi supplicantes ut illis darem decem solidos de prefato censu . . . . dedi eis . . . .

Audierunt : domnus abbas Iterius Burguliensis, Roaudus de Vitré, Tetbaudus de Belmont, Mainerius de Sancto Lauro.

DCCCXXXI. — 1120-1127. — NOTICE DE LA RENONCIATION PAR RAOUL MACOUARD AUX PRÉTENTIONS QUE, DU CHEF DE SA FEMME, FILLE DE GUY DE FROMENTIÈRES, IL AVAIT ÉLEVÉES SUR CE QUI AVAIT ÉTÉ DONNÉ AUX MOINES DU LUDE PAR GEOFFROY, FILS DE LANCELIN. (Copie, B. N., latin 17126, p. 85.)

. . . . Gaudefridus, filius Lancelini, donavit sancto Albino et monachis ejus aput Ludium commanentes, in elemosinam aput Ludium . . . .

Mortuo Godefrido, accidit ut Radulfus Marcoardi duceret uxorem filiam Guidonis de Frumentariis, per quam fevus ille ad Radulfum pervenit, et dictam elemosinam monachis calumpniatus est. Sed

(1) La mention d'Itier, abbé de Bourgueil, conduit à dater cet acte de la dernière année du pontificat de Renaud (V. *Gallia,* XIV, 660).

abbas Sancti Albini, Hamelinus, cum ad castrum Ludii venisset, venit ad eum Radulfus, predictus miles, et ibi totum dimisit . . . .

Viderunt : . . . . Herbertus de Lusdo, Rainbertus de Aza . . . .

De laicis : Hubertus de Locae . . . et alii.

DCCCXXXII. — 1156. — NOTICE RELATANT LE DON DE LA DÎME D'UN MOULIN FAIT A SAINT-AUBIN PAR ROSCELIN, VICOMTE DU MAINE. (Copie, B. N., latin 17126, p. 84.)

Anno ab incarnatione Domini MCLVI, venerabili Hugone sub abbatis officio rem publicam monasterii beatissimi Albini Andegavensis administrante, Roscelinus, vicecomes Bellimontis, vir valde venerandus, Dei amore ductus, venit in capitulum nostrum cum Radulpho, fratre suo, et pro [1] filiis suis, Richardo et Guillelmo, et aliis militibus suis, et ibique, pro sua et pro parentum suorum salute, annuentibus predicto fratre et filiis, decimam molendini quem in stagno Rioi construxerat, ecclesie nostre cum decima anguillarum in elemosina, nulla pactione precedente, libere largitus est.

De quo videlicet munere, tam ipse quam frater ejus et filii nominati, Fulconem, tunc monasterii nostri priorem, cum quadam virgula investierunt, et candelam [et] virgulam super altare dicti monasterii Beati Albini simul pro testimonio posuerunt.

Hoc viderunt et audierunt testes subscripti : Hubertus Ribola, Hubertus Jalum, Artaudus cellararius, Benedictus de Lochum, Rainaldus Creste, Guaignardus de Sartrino, Sigebrannus, Fulco de Mairone et multi alii.

DCCCXXXIII. — 1165-1177. — CHARTE PAR LAQUELLE RICHARD, VICOMTE DE SAINTE-SUZANNE, D'ACCORD AVEC LUCIE, SON ÉPOUSE, ET RAOUL, SON FILS, OCTROIE A L'HOSPICE DE RAILLON LE DROIT DE FAIRE MOUDRE AU MOULIN DES MOINES LES GRAINS DE CEUX DE SES VASSAUX QUI VOUDRAIENT Y RECOURIR. (Copie, B. N., latin 17126, p. 130.)

Omnibus . . . . Ricardus, vicecomes Sancte Susanne, salutem.

(1) *Corr.* cum.

Dedi, pro salute anime mee et antecessorum meorum et heredum, domui infirmorum de Rallo, assensu Lucie, uxoris mee, et Radulfi, filii mei, quod ad molendinum illorum quique voluerint bladia sua molenda quiete et libere poterunt deportare.

Litteris annotari feci et sigilli mei munimine roborari [1].

Valete.

DCCCXXXV. — Vers 1170. — NOTICE DE LA RESTITUTION AUX MOINES DU LUDE DE LA DÎME D'UN FOURNIL. (Copie, B. N., latin 17126, p. 85.)

Notum . . . . Radulfus Marcoardi et Paganus de Castellulo furnile quoddam commune aput Lusdium habebant ; de quo monachi Sancti Albini decimam accipiebant. Vendidit uterque partem suam duobus hominibus, et nolentes pagare decimam . . . . ante dominum Gaufridum de Claris Vallibus, qui tunc erat aput Ludium in mota sua, venerunt . . . . dixitque quod Radulfus Marcoardus erga monachos injuste ageret . . . .

Audierunt : . . . . Fulcho de Monte Macrino.

DCCCXXXVI. — Vers 1170. — NOTICE D'UN DON DE CENS FAIT AUX MOINES DU LUDE PAR GEOFFROY DE SOBZ. (Copie, B. N., latin 17126, p. 87.)

Quoniam . . . . quidam miles de Lusdo, nomine Gaufridus de Soz, pro remedio anime sue et uxoris sue, Juliane, quinque solidos census Sancto Albino et monachis ejus Sancte Marie de Lusdo deservientibus contulit in elemosinam . . . .

[Testis :] Paganus de Monte Machrin.

DCCCXXXVII. — 1157-1189. — NOTICE DES DONS FAITS AUX MOINES DU LUDE PAR PAULIN, DESSERVANT DU LUDE, A LA VEILLE DE SON DÉPART POUR LA TERRE SAINTE. (Copie de 1777, Archives de la Sarthe, H. 294.)

Quidam presbiter, Poelinus nomine, serviens ecclesie Sancti

(1) Le dessinateur de Gaignières a joint à la copie de cet acte un dessin du sceau qui y était appendu, sceau resté jusqu'ici inédit.

Jovini de Ludio, habebat quàsdam res pertinentes ad altare, id est viginti solidos et quamdam terram, que est ultra Rioi, cum vineis et pratis et censu, et medietatem decime vini de predicta parrochia, et decimam vitulorum et porcellorum, et quartam partem milii et panicii, et quartam partem agnorum, et totam decimam de feodo Seuthon, de omnibus rebus decimariis. Hec omnia possidebat Poelin sine ulla calumpnia.

Volens itaque Jherosolimam profixisci, donavit Deo et sancto Albino et monachis ejus, pro salute anime sue, quamdam partem de his rebus : scilicet viginti solidos de altari et totam decimam de feodo Seuthon, et medietatem terre que est ultra Rioi, in terris, in pratis, in vineis et censu, excepta vinea Poelini dominica, de qua monachi habent medietatem decime.

Pro supradicta autem vinea, habent monachi aliam vineam dominicam ad Chancé, et medietatem quarte partis agnorum, et medietatem decime vitulorum et porcellorum, et medietatem quarte partis milii et panicii, et unum arpentum terre ad Chancé dominicum, sine ullius partitione, et medietatem decime de vineis de Panfol, et medietatem decime de vineis de Cuita.

Illud quoque sciendum est quod ubicumque Poelinus habebat totam decimam, monachi habebant medietatem, ubi vero Poelinus medium et monachi accipiunt quartum.

Hanc elemosinam fecit Deo et sancto Albino et ejus monachis Poelinus pro Jerosolimis proficiscens. Accepit tamen ab Algerio monacho, qui tunc preerat illi obedientie, novem libras et unum palefridum de quatuor libris caritative.

Hoc donum annuit Hubertus de Campania, ad cujus feodum ecclesia illa pertinebat, qui pro auctoramento habuit viginti solidos.

Paganus autem Binet, de cujus feodo erat terra Poelini, partem illam terre quam Poelinus monachis dederat, annuit illis, tali conditione ut reliquam partem que Poelino remanserat, idem Poelinus, vel successor ejus, de monachis teneret sicut de Pagano tenuerat, servitiumque omnino redderet quod ante reddere consueverat ; monachi vero redderent pro dicto Pagano quinque

solidos annui census, ad Natale, eumque cum duobus militibus, [semel] in anno, procurarent honorifice.

Hoc auctorisavit sepedictus Paganus, pro Dei amore et salute anime sue. Accepit tamen sexaginta novem solidos ab Algerio monacho in caritate

Uxor autem illius hoc concessit, que pro auctorisamento quatuor solidos accepit.

Hoc viderunt et audierunt : Bartholomeus presbiter, Bernardus presbiter, Henricus clericus, Alcho clericus, Algerius monachus, Hilduinus monachus, Hubertus de Campania, Gervasius frater ejus, Hubertus filius Fromundi, Gaufridus Velserius, Tretinus, Hamericus Latro, Guillelmus Babonius filius Poelini, qui hoc annuerunt, et fidejussores sui : Bernardus Manselli, Ulricus filius Fromundi, Robertus Marcoardi et multi alii.

Actum est hoc apud Ludium, in pressorio Elemosine.

DCCCXXXVIII. — 1157-1189. — ACTE PAR LEQUEL, EN PRENANT L'HABIT RELIGIEUX, BORREL LE FORGERON FAIT UN DON AUX MOINES DU LUDE. (Copie de 1777, Archives de la Sarthe, H. 294.)

In Domini nomine, ego, Burrellus faber, monachus Sancti Albini deveniens, sollicitus de salute anime mee et parentum meorum et filii mei, Gaufridi, dono Deo et sancto cujus professus sum, in elemosinam, ad victum monachorum Sancte Marie de Lusdo servientium, decimam totius partis mee quam habeo in duobus molendinis de Riohi.

DCCCXXXIX. — 1157-1189. — NOTICE DES DONS FAITS AUX MOINES DU LUDE PAR HARPIN ENOS, LEUR CONFRÈRE. (Copie de 1777, Archives de la Sarthe, H. 294.)

Profuturum posteritati nostre arbitrantes, quod nostris actum est temporibus, ob labilem hominum memoriam, huic scripto commendare cupivimus ; sciatque presens etas et futura quod quidam miles Ludesis, cognomento Harpinus Enos, susceptus in

monachum a Gaufrido armario, qui obedientiam Sancte Marie de Lusdo in manu sua habebat, dedit Deo et sancto Albino, ad victum monachi Sancte Marie servientis, in elemosinam totam decimam suam quam habebat ad Ponfol, et pane et vino et ceteris fructibus, unde exit decima, de tota terra dominica culta et inculta et ad feudum suum pertinente, que est intra duas vias publicas, sicut eam Petra Frixa separat superius et veteris dominii inferius; decima quoque molendini sui et . . . . denarii annui census, quos reddebat ei vicarius de Ponfol, et quatuor denarii de arpento Vitalis Corbin cum duobus denariis, quod Guillelmus unctuarius debebat ei de vinea et de pressorio domui monachorum Sancti Jovini contiguo.

Addidit etiam huic dono . . . . et dimisit, quos reddebat ei annuatim pro servitio predicte Sancte Marie, de terra Gaufridi Fulvi que est apud Rochetas, et decimam eidem terre.

Hec omnia donavit prefatus Harpinus Deo et sancto Albino et monachis ejus, sicut ea habebat, libera et quieta absque ulla servitii et exactionis retentione, concedente hoc donum et faciente Gaufrido, filio suo majore, datis sibi a Gaufrido armario viginti quinque solidis Andegavensium et uxori sue . . . quinque solidis, pro concessione, ipsique Harpino vestitura monacho congruente filioque ejus juniori, Stephano videlicet, sex denariis Andegavensis monete.

De hoc dono saisivit Gaufridus supradictus Gaufridum armarium in porticum monachorum Sancti Jovini, cum quodam baculo, quem super altare ejusdem Sancti posuit, pro testimonio.

Huic dono interfuerunt isti, quorum nomina subscripta sunt :

Monachi : Robertus Cenomannensis prior, Matheus de Fixa, Vito Andegavensi, Johannes, Amlerius.

Clerici : Rivallonius capellanus, Roscelinus, Mainardus, Harduinus, Laigerius, Gaufridus, Lancelinus, Sagaritius de Monte Maigin, Johannes Verdia, Johannes Bocher, Petrus Verdia, Guillelmus unctarius, Benedictus unctarius, Guillelmus prior, Rainaldus Cormerel, Herveius corduanarius, Guillelmus Cenomannensis, Bruno de Ponfol, Marinus de Ponfol, Thebaudus Fortin, Johannes

Amiota et frater ejus, Lambertus, Walterius de Haustes et alii multi.

DCCCXL. — 1157-1189. — NOTICE DE LA RATIFICATION PAR GEOFFROY HARPIN DES DONS FAITS PAR SON PÈRE, ENOS, AUX MOINES DU LUDE. (Copie de 1777, Archives de la Sarthe, H. 294.)

Paucisque post donationem istam diebus evolutis venit supradictus Harpinus Andegavi, cum filio suo, Gaufrido, et Henrico Mallet, petens ut monachili habitu indueretur quomodo juxta posse ad domnum Guillelmum abbatem a Gaufrido armario imperatum est. In cujus presentia, recapitulatis seriatim donis sepedicti Harpini, Gaufridus, cujus supra memoriam egimus, de omnibus donis que pater suus donaverat apud Lusdum ipse concesserat, cum uno baculo abbatem investivit, seque donum patris sui et suum inviolabiliter observaturum et juxta posse suum contra omnes homines defensurum, in manu Petri Gillonis affidavit.

Videntibus et audientibus istis :

De monachis : Roberto le Bigot, Rogerio sacrista, Agapeo, Huberto elemosinario, Gaufrido censario, Moise, Petro de Sancto Mauricio, Johanne Bone ;

De laicis : Guillelmo infirmario, Rainaldo de Segreto, Henrico Mallet et multis aliis.

DCCCXLI. — 1157-1189. — NOTICE DES DONS FAITS AUX MOINES DU LUDE PAR GEOFFROY HARPIN, POUR L'AME DE SON FRÈRE, ÉTIENNE, ENSEVELI DANS LE CLOÎTRE DES RELIGIEUX. (Copie de 1777, Archives de la Sarthe, H. 294.)

Eodem etiam anno quo hec que suprascripsimus gesta sunt, junior filius Harpini, monachi nostri, Stephanus, in lectum egritudinis decidens, a Matheo de Fixa, qui tunc preerat obedientie Sancte Marie, in monachum est receptus, defunctusque juxta ecclesiam in claustro monachorum honorifice est sepultus.

Ob cujus anime remedium frater ejus Gaufridus Harpin dedit Deo et monacho Sancte Marie servienti quatuor denarios annui census et decimam de vinea que est ad Rochetas, cum omni liberalitate qua censum et decimam possidebat.

De isto dono saisivit supradictus Gaufridus altare Beate Marie, cum ipso manipulo altaris, tota parrochia vidente.

Quia vero suprascriptus Stephanus parrochianus erat de Diceio, Guiscelinus, qui tunc presbiter erat, pro concessione moniagii et testamenti, habuit a Matheo totum jus suum et quatuordecim ... de legato.

DCCCXLII. — 1157-1189[1]. — EN RETOUR DE SES DONS A SAINT-AUBIN, UN NOMMÉ HATON EST ASSOCIÉ PAR L'ABBÉ GUILLAUME AUX PROFITS SPIRITUELS DE L'ABBAYE. (Copie, Archives de la Sarthe, H. 267, fol. 5.)

Hato, quando moriebatur, donavit Sancto Albino, per assensum atque consilium Hucberti de Porrien et uxoris ejus, Hildeburge, medietatem decime et sepulture de terra Algerii, et domnus Willelmus revestivit eum de beneficio Sancti Albini.

Et de hoc testis est Hamelinus venator.

DCCCXLIII. — 1189-1191. — CHIROGRAPHE RELATANT DANS QUELLES CONDITIONS MARSILLE DU LUDE FUT INVESTI POUR DIX ANNÉES DU PRIEURÉ DE SAINT-JOUIN DU LUDE. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 109, fol. 216.)

Quoniam in tantum diminute sunt veritates a filiis hominum ut quod hodie factum est cras factum esse denegetur, eaque fideliter et illibate conservare volumus ex antiquorum usu testimonio litterarum commendamus.

Teneat igitur presentium futurorumque memoria quod ego, Jaguelinus, Dei gratia abbas Sancti Albini, cum assensu tocius capi-

(1) L'Inventaire des Archives de la Sarthe date cette pièce de la fin du XIe siecle ; mais le Guillaume qui y figure ne saurait être un autre personnage que l'abbé de Saint-Aubin portant ce nom.

tuli nostri, concessimus Marsilio de Lusdio obedientiam nostram Sancti Jovini, apud Lusdum, que nimis alieno ere gravabatur, cum omnibus ad eam pertinentibus vita comite possidendam; [tali] eo siquidem tenore quod duos ex monachis nostris, quorum unus sacerdos, alter clericus, secum honorifice, prout decet, tenebit et eisdem victum honorifice ministrabit. Nec etiam silendum esse decernimus quod, sciente domino abbate, vel mandato ipsius, de decem libris Andegavensis monete onus debiti, excepta usura, per annum allevabit : ita ut, transacto decem annorum spatio, obedientia ab omni debito immunis habeatur.

Domnus autem abbas ad sublevandam obedientie inopiam, quinquaginta solidos, quos in obedientia singulis annis accipiebat, usque ad decem annos perdonavit.

Illud etiam notum fieri volumus quod prefatus Marsilius omnes costumas abbatie integre persolvet, videlicet : ad festivitatem Beate Marie Assumptionis faciendam, quinquaginta solidos persolvet; ad corvesium et pellitias viginti solidos; infirmario et famulo prioris unum sextarium siliginis; armario nostro duodecim denarios. Hec que diximus singulis annis persolvet domno abbati et priori et ballivis abbatie et famulis abbatie necessaria. Aliis vero illic divertentibus, ea que in domo fuerint diligenter ministrabit. Ipse vero se in manus nostras et omnia que a die donationis sue adquirere potuerit in communi capitulo condonavit et manu propria condonationem servaturum fideliter propria manu juramento firmavit. Insuper decimam suam, quam de feodo Guillermi de Curceio tenet, et quinque solidos annui census nobis in perpetuum dedit.

Hoc factum fuit audientibus istis : Odo magister prior, Bardulfus prior claustri, Johannes cantor, Gaufredus sacrista, Robertus hospitalarius et Willelmus Baristaut, Hugo Pi . . . . Seignoret, Hubert Ointier, Roscelin, Durant de Pinceio, Johannes . . . nie et plures alii.

DCCCXLIV. — Vers 1200. — CHARTE PAR LAQUELLE RAOUL, VICOMTE DE SAINTE-SUZANNE, OCTROIE A L'HOSPICE DE RAILLON LE DROIT DE FAIRE MOUDRE AU MOULIN DES MOINES LES GRAINS

DE TOUS CEUX DE SES VASSAUX QUI VOUDRONT Y RECOURIR. Copie, B. N., latin 17126, p. 131.)

Omnibus . . . . Radulfus, vicecomes Sancte Suzanne, salutem. Ego dedi domui infirmorum de Rallone, assensu matris mee et hominum meorum, in manu monachorum Sancti Albini quod ad molendinum illorum quicumque voluerit bladia sua molenda quiete et libere poterunt deportare . . . .

Interfuerunt : Garinus de Glapion, Eudo de Cort Alarru, Guillelmus filius Radulfi militis.

De clericis : Garinus de Curte Arrevel, magister Hubertus, domnus Gaufridus, abbas Sancti Albini, in cujus manu hoc donum fuit concessum.

. . . . feci sigilli mei munimine roborari.

Valete.

DCCCXLV. — Vers 1200. — CHARTE PAR LAQUELLE, D'ACCORD AVEC SA MÈRE, LA VICOMTESSE LUCIE, RAOUL, VICOMTE DE SAINTE-SUZANNE, FAIT DON A SAINT-AUBIN DE LA CHAPELLE DE RAILLON, AFIN QU'IL Y SOIT ÉTABLI UNE LÉPROSERIE. (Copie, B. N., latin 17126, p. 130.)

Omnibus . . . . Radulfus, vicecomes Sancte Suzanne . . . .

Ego, annuente matre mea, Lucia vicecomitissa, pro amore Dei et pro anima patris mei, Richardi, et pro animabus antecessorum meorum, pro salute etiam anime matris mee et mea et heredum meorum, consilio habito cum militibus et hominibus meis, dedi in perpetuam elemosinam Deo et sancto Albino Andegavensi capellam Sancte Marie de Raallon et domum, cum omnibus ad eam pertinentibus, in terris, aquis, molendinis, liberam et quietam.

Sciendum quod dicti monachi tenebunt in dicta domo leprosos qui in castro Ludii vel in parrochia Ludensi sive in parrochia Diceii fuerint mansionarii, quibus providebunt necessaria secundum loci institutionem. Si autem de his que habere debent aliqua contentio emerserit, cum consilio meo emendabitur a monachis.

Preterea leprosi illi, qui ad habitandum in dicta domo venient,

de tenementis suis aut de mobilibus eam, secundum posse suum, augmentabunt.

Insuper monachi nullum de hominibus meis recipient ad favenda herbergagia sine mea voluntate. Si autem extraneos susceperint, immunes et liberi erunt ab omni exactione et vicaria et costuma, excepta talliata mea.

Hoc donum, sicut suprascriptum est, feci ego, Radulfus vicecomes, ad petitionem Radulfi Veron, capellani dicti loci, et Guidonis de Taumeisin et Guillelmi de Genestolio et Gervasii clerici et aliorum leprosorum in prefata domo commorantium.

Quod ut firmum sit, sigilli mei communivi auctoritate.

Videntibus et audientibus istis :

De militibus : Garino de Glapion, Eudone de Curte Alarrun, Guillelmo filio Radulfi.

De clericis : Garino de Curte Arrevel, magistro Huberto, magistro Oisel, Radulfo de Peston, clerico.

De monachis : Gaufrido, abbate Sancti Albini, in cujus manu hoc datum fuit, Odone magistro priore, Gaufrido sacrista, ... Nicolao de Chanflor, Guillelmo de Chanflor, Guidone de Taumeisin, Durando de Pincé et Johanne de Bauducé et Johanne Bohort, laicis, et aliis.

PRIEURÉ DE MALICORNE

DCCCXLVI. — S. d. — NOTICE DE L'ACCORD ÉTABLI ENTRE LE PRIEUR DE MALICORNE ET LE CURÉ DE MÉZERAY AU SUJET DES DÎMES DE CETTE DERNIÈRE PAROISSE. (Copie de Marchegay, d'après un original du cabinet Grille, B. N., français, nouv. acq. 5027, fol. 346.)

Quoniam ea que scripta sunt tardiori transeunt oblivione, utile nobis visum est ut successoribus nostris notum fiat in posterum presenti cartule commendare qualiter, post multas reclamationes diu agitatas, Fromundus, prior Malicornie, et Lambertus, capellanus Miseriaci, benivola tandem finierint compositione.

Lambertus tractum decime annonalis tocius parrochie Miseriacensis, quem ad capellaniam pertinere reclamabat, monachis quitavit ut ubicumque voluerint decimam suam trahant : ita tamen quod modiationem suam, mensura qua venditur et emitur mensuratam, unum videlicet modium sigule, in domo sua deportari faciant.

Predicto autem Lamberto concessum est a monachis ut decimam vini parrochialis in domo sua trahat, exinde terciam partem et tractum legitime accipiens ; duas vero partes habebunt monachi, quas in domo eorum faciet deportari.

Alterutra quoque reclamatio primitiarum et oblationum altaris sic sedata est.

Omnes primitie parrochiales capellani erunt, exceptis primiciis agnorum, porcellorum, lane et canabi, de quibus monachi duas partes habebunt.

De oblationibus vero altaris, in quinque festis annalibus, videlicet Natali Domini, Purificatione Beate Marie, in Pascha, festivitate Omnium Sanctorum, festivitate Beati Martini hiemalis, monachi duas partes capient, capellanus terciam.

DCCCXLVII. — 1056-1060. — NOTE DE LA VENTE FAITE A SAINT-AUBIN D'UNE TERRE SISE A ARTHEZÉ. (Copie, B. N., latin 17126, p. 155.)

Quidam miles, Simon nomine, vendidit Sancto Albino quandam terram, sitam in villa que vocatur Artisiacus.

Theoderico abbate . . . .

DCCCXLVIII. — 1068-1096. — NOTICE DE L'ABANDON DES REVENDICATIONS DONT LA TERRE DE BOUSSE ÉTAIT L'OBJET DE LA PART D'AUGIER DE BUIGNON ET DE SES NEVEUX. (Copie, Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 13.)

Si posteris nostris et posterorum filiis prodesse volumus, oportet ut res temporis gestas que memoria digne sunt, qualicumque scripto ad eorum noticiam transmittamus.

Unde placuit nobis huic pagine inserere quod quidam miles, nomine Algerius de Buinon, cum duobus nepotibus suis, qui sub uno nomine Fulcones nominantur, super quandam obedientiam Sancti Albini calumniam mittebat, cui Conborniacus nomen est.

Qua diu permanente, tandem per manum vicecomitis de Lusdo fecerunt concordiam cum Algerio et Fulcone, nepote suo de Buinon.

Venerunt itaque in capitulum Sancti Albini, et ibi devenerunt fratres monachorum, dimissa calumnia in presentia predicti vicecomitis et Roberti Burgundionis et Raginaldi de Credone, filii ejus. Habuerunt tamen inde decem libras denariorum Cenomanensium.

Alter autem Fulco de Masuncellis apud Castrum Gunterii tandem calumniam dimisit.

Hoc viderunt et audierunt homines isti : Hubertus Rainaldus Caput Ursi, Goslenus de Nuilliaco, Isembertus serviens, laici.

DCCCXLIX. — 1127-1146. — NOTICE DE L'ABANDON PAR LES MOINES D'ARTHEZÉ DE LA BANDE DE TERRAIN NÉCESSAIRE A

HUGUES DE CLEFS POUR ATTEINDRE L'ÉGLISE DONT L'ACCÈS LUI ÉTAIT DIFFICILE ; HUGUES A POUR ÉPOUSE HODIERNE, POUR FILS GIRARD, EUDES ET HERVÉ, ET POUR FRÈRE GEOFFROY. (Copie, B. N., latin 17126, p. 155.)

Inter cetera regalia Sancto Albino collata, villam in pago Andegavensi, cui Artesiacus nomen est, regalis serenitas contulit ; contigit autem militem quendam Hugonem de Cleeriis[1] domum et terram ibidem terre monachorum contiguam possidere, sed difficilem meatum de domo sua ad ecclesiam in prefata villa constitutam habere. Hujus igitur necessitatis causa compulsus, abbatem Robertum adiit et ab eo ut quandam terram inter domum suam et burgum monachorum sibi concederet, ubi calciatam faceret, qua ad ecclesiam commearet et stagnum et molendinum, si pateret, constitueret.

Quod concessit ei abbas . . . .

Testes Gaufridus de Cleeriis, Gaufridus de Teissé, Girardus Catus, ... uxor Hugonis, Hodierna et tres filii ejus, Girardus, Odo, Herveus ; Matheus filius Luce de Balgeio.

DCCCL. — 1165. — ACTE PAR LEQUEL PÉAN DE MONDOUBLEAU EST AUTORISÉ A FAIRE DIRE LA MESSE DANS LA CHAPELLE DE SON MANOIR. (Copie, B. N., latin 17036, p. 105.)

Notum . . . . Ego, Willelmus, Cenomannensis episcopus, et

(1) Cet acte est précieux parce qu'il fait connaître la composition de la famille d'Hugues de Clefs, célèbre par l'existence du traité qui lui est attribué « *de majoratu et seneschalcia Franciae comitibus Andegavorum collatis* », traité qui contient des erreurs historiques telles que, malgré sa confection contemporaine de la vie même d'Hugues, on a pu le qualifier d'absolument apocryphe. Voir son texte dans les *Chroniques des comtes d'Anjou*, p. 387-394, sa critique par Mabillon, pages XLIX-LI de ce même volume, et les études toutes récentes que lui ont consacrées MM. Bémont (*Etudes du Moyen-Age, dédiées à Gabriel Monod*, p. 253-260) Luchaire, (*Bibliothèque de la Faculté des Lettres de Paris*, fascicule III, p. 1-39) et Delisle, (*Journal des Savants*, mai 1897, p. 316.) En 1146 pour la première fois, un document qualifie Hugues de sénéchal de la Fleche : notre acte, où ce titre ne lui est pas donné, est donc antérieur à cette date.

Willelmus, abbas Sancti Albini, concessimus Pagano de Monte Doblet ut in capella quam juxta domum suam construxerat, missam haberet, sed nisi a presbitero de Malicornia vel ab uno monachorum ; et tale dominium et partem qualem habent jamdicti monachi in ecclesia de Malicornia, talem habebunt in capella.

Firmiter tenere predictus Paganus et filii ejus, Patricius et Hugo, promiserunt.

Anno MCLXV.

Audientibus : Philippo decano, Mauricio archidiacono . . . . Helia de Fissa et aliis.

DCCCLI. — 1160-1180. — LETTRES DANS LESQUELLES ÉTIENNE DE MARÇAY, SÉNÉCHAL D'ANJOU, RELATE L'ACCORD ÉTABLI ENTRE SAINT-AUBIN ET PATRICE DE SOURCHES AU SUJET DU PRIEURÉ DE MALICORNE. (Copie, Bibl. d'Angers, ms. 859, t. II, pièce 3, nº 4.)

Stephanus, siniscalus Andegavis, omnibus fidelibus ad quos littere iste pervenerint, salutem.

Sciatis quod quedam controversia erat inter monachos Beati Albini et Patricium de Chaorcis super quibusdam rebus ad prioratum Malicornie pertinentibus, de qua controversia ad firmam pacem et concordiam coram me ita convenerunt.

Patricius de Chaorciis concessit et dimisit in pace monachis omnia que ab antecessoribus ejus illis in elemosinam data fuerant, videlicet :

Decimam omnium furnorum suorum ;

Decimam molendini Girart, qui est in Vezana, et molendini Fanerez et omnium aliorum molendinorum castri de Malicornant ;

Decimam omnium censuum et vendarum, decimarum, costumarum et piscaturarum, ubicumque sint in Sarta ;

Decimam omnium reddituum tocius castelli et castellanie ad ipsum Patricium de Chaorciis et ad heredes suos pertinencium ;

Decimam eciam cenagii in piscibus et in denariis.

Concessit insuper ut quos monachis placuerit ad conbram suam quam habent in garenna, cum omnibus ingeniis ad piscan-

dum, faciant piscari et cum tramallio ; in festo vero Pasche Floridi et ad festum Omnium Sanctorum et ad Natalle Domini et ad festum sancti Silvestri, et in omnibus adventibus abbatis Sancti Albini apud Malicornant, monachi per totam garennam et ad conbram suam cum omnibus ingeniis piscatoriis et cum tramallio faciant piscari cum uno chalanno et quantum piscium poterint capere capiant.

Preterea sciendum est quod monachi in obediendia Malicornie existentes, de bosco Gastine ad calfagium suum capient sufficienter, ad edificia eciam sua construenda et ad omnes alios usus domus sue, vidente famulo domini Patricii. Si vero famulus submonitus noluerit ire, monachi non minus capient quantum opus eis fuerit de bosco, sive viridi sive sicco ; habebuntque in eodem bosco in pastione porcos suos dominicos liberos a pasnagii solucione.

Insuper Patricius de Chaorciis quietavit monachis et prioratui Malicornie in perpetuum unam procurationem quam exigebat feodaliter in obediencia semel in anno, videlicet in festo Silvestri ; duasque domos que sunt in platea ubi barbetaria fuit, monachis in pace dimisit et quietavit.

Oblivioni eciam non est tradendum quod quicquid exit redditus de omnibus molendinis anonagiisin Sarta existentibus, a vesperis diei sabbati usque ad vesperas diei dominice sequentis, habebunt monachi ad illuminandum de oleo ecclesiam Sancti Silvestri. Si vero non servierint honeste de oleo, videlicet sex lampades, quarum una die noctuque ardebit, dominus Patricius sasibit redditum illum qui statutus est ad luminare.

Sciendum est eciam quod omnes homines costumarii quibus ab ipso Patricio vel ab antecessoribus ejus costume sue perdonate sunt, vel heredes sui, perdonabunt et reddent monachis omnes costumas, in sua decima septimana, sicut alii homines costumarii.

Pro hac quoque concessione et recognicione recti monachorum, accepit prefatus Patricius a monachis manuatim decem libras Andegavensis monete ; concessumque est ei ab omni capitulo ut

habeat annuatim in festo Omnium Sanctorum quadraginta solidos Andegavensium de priore Malicornie.

Patricius vero de Chaorciis et omnes sui heredes nullam costumam neque talliam neque aliquam aliam exactionem a priore et monachis Malicornie et hominibus illorum exigent, neque aliquam violenciam vel gravamen eis facient aut inferent, neque fieri permittent; sed ab omnibus impugnacionibus et exactionibus, ab omni violentia et tallia et vicaria et ab omnibus aliis consuetudinibus erunt monachi omnesque homines eorum omnino liberi et quieti.

Si autem aliquis [de] hominibus monachorum [qui] tenet de domino Patricio ad censum vel ad servicium forefecerit, que ei de illa censiva vel de servicio dominus Patricius judicabit se in illa censiva vel in illo servicio, salvo omni feodo monachorum et libero.

Nec pretermittendum quod decima Arteseii excambiata est ab abbate et conventu prioratui Malicornie pro decima Ligronnii; et quod quatuor monachi sacerdotes debent assidue prioratui Malicornie deservire.

DCCCLII. — Vers 1190. — ACCORD ÉTABLI ENTRE SAINT-AUBIN ET SIMON, FILS D'IVON, AU SUJET DE CERTAINS DROITS SUR MALICORNE. (Copie de M. L. Delisle, d'après un original du cabinet Letellier, B. N., français, nouv. acq. 5027, fol. 335.)

In nomine Domini nostri Jesu Christi et Salvatoris mundi.

Utile est posteris nostris assignare litteris concordiam quam Simon, filius Uvonis, cum monachis Beati Albini fecit.

Cum enim ipse Simon cimiterium de Malicornant et viridarium quod deforis est omnesque burgi consuetudines de cimiterio ibi noviter constructo, tam infra cimiterium quam extra, totamque patris sui elemosinam eis injuste calumniaretur, magis ac magis monachos Beati Albini inquietare cepit et persequi.

Monachi igitur, illius calumpnie controversiam ferre non valentes, per Thomam, monachum suum, prefati castri obedientiole priorem, de predicta calumpnia ipsum Simonem ad placitandum

vel ad concordiam commoverunt. Sed tamdem predictus Simon causam suam novit esse deteriorem, monachorumque causam esse valentiorem et idcirco magis ei placuit concordia quam placitandi disceptatio. Pacem igitur talem cum monachis fecit.

Omnes burgi costumas totamque patris sui elemosinam eis benigne concessit ipse et Amelina, uxor sua, et filius nomine Thomas, omnemque calumpniam quam de patris elemosina ibi et alibi monachis inferebat in pace dimisit ; et, preter hoc, eis concessit ut de cimiterio et novo burgo vel veteri, tam in cimiterio quam extra, tamquam de suo ipsi monachi agerent amodo quidquid vellent, et a totius burgi manssoriis absque ulla suorum contradictione, omnes consuetudines exigerent et acciperent.

Pro hac autem concessione et concordia, Thomas monachus, illius loci prepositus, ipsi Simoni decem solidos denariorum dedit et filio ejus, Thome, duodecim denarios.

Hoc autem donum et hanc concordiam Robertus Fessardus[1] et Maheldis, uxor sua, de quorum casamento tota erat elemosina, concesserunt. Et pro hoc ipso idem Robertus a priore castri quemdam palefridum rehabuit et quinque solidos denariorum.

Hoc viderunt et audierunt :

Ex parte monachorum : Thomas, Radulfus Mala Tusca, monachi ; Gaurinus, Turginus, sacerdotes ; Waudinus decanus, Hamelinus, Fulco de Breschangiaco, Goscelinus, laici ;

Ex parte vero laicorum : Basilius, Hugo, Herveus de Flocio, Hamelinus, Robertus de Boeria, Ernulfus Zochart, Basilius Cato, Adam molendinarius.

(1) Robert Fessart, nommé dans cet acte, était le fils aîné de Foucoi Fessart (voir numéro CCCXXXI).

PRIEURÉ DE SAINT-OUEN DU MANS

DCCCLIII. — 1082-1107, un 21 mars. — NOTICE DU DON DE L'ÉGLISE SAINT-PIERRE-L'ENTERRÉ FAIT A SAINT-AUBIN PAR GUILLAUME RIBOUL ET PAR GERSENT, FEMME D'HUBERT RIBOUL. (Copie, Cartulaire de Gouis, B. N., latin 5447, fol. 20.)

Scire volumus posteros nostros quod Guillelmus, Ribola cognominatus, donavit Deo et sancto Albino et abbati Girardo, pro anima sua, medietatem unius ecclesie apud Cenomannem, sic solidam et quietam sicut ipse habebat. Nominatur autem ipsa ecclesia Sanctus Petrus Interratus.

Garsendis quoque, uxor Huberti Ribole, donavit et ipsa Deo et sancto Albino, pro anima viri sui et sua ac filiorum suorum, alteram medietatem predicte ecclesie, totam ex integro sicut ipsa habebat. Concessit quoque monachis Sancti Albini quicquid de fevo suo, dono vel emptione, adquirerent.

Annuit hec Gaufridus, filius ejus, qui cum matre sua accepit ab abbate Girardo societatem et beneficium loci Beati Albini, in capitulo ejusdem Sancti ; promittente tunc predicta matrona quod duos filios suos, qui aberant, hec faceret concedere.

Actum hoc fuit apud Andegavem, in capitulo Beati Albini, die festivitatis sancti Benedicti abbatis in marcio, post vesperas.

Huic donationi interfuerunt : Gaufridus Mulot, Petrus de Campo Caprario, Rainaldus filius Rotberti mariscalli ;

De famulis monachorum : Warinus cellalarius, Samazollus, Hatto cellalarius, Archembaldus Quatre Bos, Hubertus de Pavea, Guillelmus Partenais.

DCCCLIV. — 1098, 16 décembre, le Mans. — ACTE PAR LEQUEL HILDEBERT DE LAVARDIN, ÉVÊQUE DU MANS, RATIFIE LE DON DE L'ÉGLISE SAINT-OUEN A SAINT-AUBIN. (Copies, B. N., latin

17126, p. 164 et 333[1]. — Imprimé par Dom Piolin, *Histoire de l'Église du Mans*, III, 695.)

Hildebertus, sancte Cenomannensis ecclesie devotus sacerdos, dilectis fratribus Girardo, abbati Sancti Albini, et universe congregationi sub ejus cum Christo domino famulanti, salutem et pacem.

Quoniam ipsius veritatis voce proximum omnem tanquam nos ipsos diligere precipimus, pias vestre dilectionis petitiones charitative suscipimus affectu.

Cum, alio anno, miles quidem, nomine Fulcoius de Mortereis conversationis vestre propositum eligeret, addidit etiam dare vobis ecclesiam Sancti Audoeni, que menibus pene contigua est Cenomannicis, quam ipse et predecessores ejus innumeris annis hereditario jure possederant.

Qua in re cum pro ipso religionis incremento omnibus congratulandum sit fidelibus exoratis in nos et suppliciter obsecratis, ut ipsam laicalem donationem etiam nostre consensus auctoritatis corroboret, bene facitis et quod debetis facitis dantes honorem Deo et nobis ne ad commissa vestro pastoratui ovilia rigidis vos cervicibus significetis ingressos presertim.

Cum ipsa eadem ecclesia a majoribus nostris Cenomannicis episcopis fundata et monachorum usibus deputata indubitanter credatur, unde nostris temporibus bene actum laetamur, dum quod, mortalium varietate, monachis scriptum fuerat, nunc monachorum religioni restitutum videmus, vestre igitur bone voluntatis paterno animo suscipientes intuitum, concedimus vobis et universe posteritati vestre jamdictam ecclesiam, cum omnibus decimis et oblationibus et ceteris ad eam pertinentibus, ea conditione ut canonicis ipsius nostre matris ecclesie, quorum communis assensus nobiscum pariter in hac re concordat, quinque solidos annui census, in signum debite subjectionis exsolvatis. Qui solidi, si ad constitutum terminum, qui est idibus

(1) La première de ces copies est de Gaignières ; la seconde de Dom Thareau.

decembris, aliqua intercedente occasione, redditi aliquando non fuerint, infra diem octavum sine causatione recipientur.

Hujus autem concessionis nostre presentem scripturam testem relinquimus, ut sit memoriale sempiternum omnibus nostris vestrisque successoribus.

Et ut hoc nostre auctoritatis argumentum inviolabilem obtineat vigorem, sigillo ecclesie nostre fecimus consignari.


Si aliqua forte persona cujuscumque auctoritatis, post cognitum hoc nostre constitutionis preceptum, contra illud venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non digna satisfactione emendaverit, honoris proprii seu proprietatis omissionem incurrat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac domini nostri Jhesu Christi aliena fiat ; atque in examine ultimo, cum sinistra parte, damnationi subjaceat. Defendentibus autem et conservantibus sit pax et portio cum capite nostro Jhesu Christo, cui est honor, cum Patre et Spiritu Sancto in secula sempiterna.

Amen. Amen. Amen.

Legimus. Amen.

Firmavimus. Amen.

Salvis justiciis et redditibus ecclesiasticis, in duobus solidis synodi et decem et octo denariis circate.



Datum Cenomannis, per manum Gradulfi cancellarii, XVII kalen-

das januarii, anno Incarnationis dominice MXCVIII, indictione VI, episcopatus domni Hildeberti anno secundo [1].

DCCCLV. — 1111. — LETTRES PAR LESQUELLES HILDEBERT DE LAVARDIN, ÉVÊQUE DU MANS, CONFIRME LES POSSESSIONS DE SAINT-AUBIN DANS SON DIOCÈSE. (Vidimus de 1482, Archives de la Sarthe, H. 267, fol. 21.)

Quantis quibusve studiis monasticae religioni requiem sanctorum devotio providerit, pontificum indulta privilegiorum gratia latere non permittit. Ad ostendendum quippe quam sollicitus eorum affectus erga sancta extiterit monasteria, non solum proprias eis conferre possessiones, sed etiam ab aliis collatas tueri ac defendere curaverunt.

Eorum, ego, Hildebertus, Cenomannorum episcopus, et veneratus devotionem, et exempla secutus, ecclesias quas in Cenomannensi episcopatu monasterio Sancti Albini a Christi fidelibus collatas praedicti fratres monasterii usque ad nostra tempora possederant, cum decimis et oblationibus et reliquis reditibus ecclesiasticis, Sancto Albino concedimus et nostrae auctoritatis pagina in perpetuum possidendas confirmamus, quibus id etiam ex uberiore gratia indulgemus, ut salvis his consuetudinibus et redditibus quos in praefatis ecclesiis vel in eorum sacerdotibus possidebat mater ecclesia, mutationes personarum quas relevationes appellamus ab eis deinceps excludantur.

Earum autem ecclesiarum nomina haec sunt :

Sanctus Martinus de Luchiaco,

Sanctus Sivester de Malicornant,

Sancta Maria de Ligrone, et in ejus parrochia Sanctus Launomarus,

Sanctus Martinus de Miseriaco,

Sanctus Petrus de Avessiaco,

Sanctus Petrus de Ulmis,

(1) Ce document est complet, et il ne faut pas y ajouter les lignes qui figurent à sa suite, à la page 696 du tome III de l'*Histoire de l'Église du Mans*. Ce dernier texte est complètement étranger à l'acte que nous publions ici.

Sanctus Albinus de Loconaco cum menbris suis,
Sanctus Albinus de Fracteto,
Sancta Maria de Basilgia Gunduini,
Sanctus Petrus de Cripta,
Sanctus Gervasius de Basilgia juxta Criptam,
Sanctus Gervasius de Coloniis,
Sanctus Gallus juxta Colonias,
Cenomannis civitate : intra muros, Sanctus Petrus ; extra muros, Sanctus Audoenus.

Concessio haec anno ab incarnatione Domini MCXI, nostrae sedis XV, Ludovico rege, facta hanc obtineat firmitatem, ut quisque eam infirmare tentaverit, non solum ejus praescriptio irrita, sed et ipse perpetuo anathemate percussus habeatur.

DCCCLVI. — 1111. — CHARTE PAR LAQUELLE HUGUES, DOYEN DU CHAPITRE DU MANS, RENONCE A TOUS LES DROITS QUE POUVAIT AVOIR LE CHAPITRE SUR LES POSSESSIONS DE SAINT-AUBIN SITUÉES DANS LE DIOCÈSE DU MANS. (Imprimé dans l'édition du *Liber albus capituli Cenomannensis*, nº CX.)

Hugo, decanus sancte Cenomanensis matris ecclesie, et commune capitulum, Archembaldo abbati et universe congregationi Sancti Albini, salutem.

Ecclesiam beatorum martyrum Gervasii et Protasii, in vico quem Colonias vocant sitam, ad patrimonium nostre matris ecclesie ex antiquo jure pertinere, multorum relatione didicimus. Hanc vobis et posteris vestris concedimus ut quicquid in ea habuistis vel habetis in decimis, oblatione, sepultura aliisque rebus, perpetuo jure habeatis, et in adquisitione relique partis quam nundum habuistis, jus nostrum damus. Astatione quoque processionis et misse, quam a vobis semel in anno exigebamus, ab hac die et deinceps vos et locum vestrum absolvimus. Hospitia etiam et refugia que in domibus vestris, velut ex debito et consuetudine exigere solebamus, ex hoc die in perpetum dimittimus, contenti vestra fraterna caritate et spontanea amicitia.

Preterea, concedimus vobis, firma et illibata, in eternum integre

possidenda, quecumque in Cenomanensi episcopatu hactenus monasterium vestrum habuit vel habere dinoscitur, in ecclesiis et possessionibus et quibuscumque rebus in quibus hec propriis nominibus exprimenda censuimus :

Sanctum Martinum de Luchiaco,

Sanctum Silvestrum de Malicornant,

Sanctam Mariam de Ligrone et, in ejus parrochia, Sanctum Lauromarum,

Sanctum Martinum de Miseriaco,

Sanctum Petrum de Avesiaco,

Sanctum Petrum de Ulmis,

Sanctum Albinum de Loconaco, cum membris suis,

Sanctum Albinum de Fracteto,

Sanctam Mariam de Basigia Gunduini,

Sanctum Petrum de Cripta,

Sanctum Gervasium de Basilgia juxta Criptam,

Sanctum Gallum juxta Colonias,

Cenomannis civitate : intra muros, Sanctum Petrum ; extra muros, Sanctum Audoenum, salvo censu quem pro eadem ecclesia Sancti Audoeni per singulos annos nobis exsolvitis.

Hujus itaque concessionis nostre presentem scripturam testem relinquimus. Quam etiam ad firmitatis plenitudinem cyrographo roborari decernimus.

Recitatum Cenomannis in sollempni capitulo matris ecclesie et concessum ab omnibus qui aderant canonicis, in presentia domni Hildeberti episcopi.

Anno ab incarnatione Domini MCXI, indictione IV, Ludovico Philippi, rege Francorum, consule autem Andecavorum et Cenomannorum Fulcone Fulconis Junioris.

DCCCLVII. — 1143-1187. — LETTRES PAR LESQUELLES GUILLAUME DE PASSAVANT, ÉVÊQUE DU MANS, CONFIRME LES POSSESSIONS DE SAINT-AUBIN DANS LE DIOCÈSE DU MANS. (Vidimus de 1482, Archives de la Sarthe, H. 267, fol. 33.)

Guillelmus, Dei gratia Cenomannensis episcopus, universis fidelibus, salutem.

Nos predecessorum nostrorum vestigiis inhaerentes et juxta exempla eorum non solum proprias religiosis personis conferre possessiones, sed etiam ab aliis collatas pia consideratione tueri cupientes, notum fieri curavimus predecessorem nostrum piae recordationis Hildebertum, episcopum Cenomannensium, sicut et literis ejus didicimus, ecclesias quas monachi Sancti Albini Andegavensis, in episcopatu Cenomannensi, sibi a fidelibus collatas, temporibus ejus juste possidebant, cum decimis et oblationibus et aliis redditibus ecclesiasticis, monasterio Sancti Albini concessisse et in perpetuum possidendas confirmasse, cui id etiam ex uberiore gratia indulsit, ut, salvis consuetudinibus et redditibus quos in praefatis ecclesiis vel in eorum sacerdotibus possidebat, mater ecclesia Cenomannensis, mutationes personarum, quas relevationes appellamus, ab eis deinceps excludantur.

Earum autem ecclesiarum nomina hec sunt :

Sanctus Martinus de Luchiaco,

Sanctus Silvester de Malicornia,

Sanctus Martinus de Miseriaco,

Sanctus Petrus de Avesiaco,

Sanctus Petrus de Ulmis, Sanctus Albinus de Loconiaco, cum membris suis,

Sanctus Albinus de Frateto,

Sancta Maria de Basilgia Gondoini,

Sanctus Petrus de Cripta,

Sanctus Gervasius de Basilgia juxta Criptam,

Sanctus Gervasius de Coloniis,

Sanctus Gallus juxta Colonias,

Cenomannis civitate : infra muros, Sanctus Petrus Interratus ; extra muros, Sanctus Audoenus,

Sancta Maria de Ligrone, in ejus parrochia Sanctus Launomarus. Verum predicta parrochia de Ligrone, temporibus nostris, auctoritate Alexandri tertii pape, duabus ecclesiis parrochialibus est divisa, quarum una, sicut prius, appellatur Sanctae Mariae de Ligrone, altera vero Sancti Johannis de Curcellis.

Has igitur ecclesias, cum decimis et oblationibus et aliis redditibus suis ecclesiasticis, quas monachos Sancti Albini juste possi-

dere, et a memorato predecessore nostro monasterio eorum confirmatas intelleximus, eidem monasterio concedimus et nostrae auctoritatis pagina in perpetuum confirmamus, statuentes ut si quis injuste contraire attentaverit, non solum ejus presumptio irrita, sed et ipso perpetuo anathematis vinculo astrictus teneatur.

DCCCLVIII. — 1190-1214. — ACTE PAR LEQUEL HAMELIN, ÉVÊQUE DU MANS, CONFIRME LES POSSESSIONS DE SAINT-AUBIN DANS SON DIOCÈSE. (Copie, Archives de la Sarthe, H. 267, fol. 22.)

Hamelinus, Dei gratia Cenomannensis episcopus, omnibus presentem paginam inspecturis salutem.

Notum fieri volumus quod nos venerabilium predecessorum nostrorum, Ildeberti et Willelmi, Cenomannensium quondam episcoporum, vestigiis inherentes, monasterio Sancti Albini, ejusdem monasterii religiositate pensata, ecclesias quarum nomina in presenti pagina inveniuntur subscripta, cum decimis et oblationibus et aliis redditibus ecclesiasticis, quos usque ad tempora nostra juste et pacifice possederunt monachi illius monasterii, concedimus et in perpetuum confirmamus, salvo in omnibus jure et consuetudine matris ecclesie Cenomannensis, sicut predicti predecessores nostri hoc ipsum per authentica sua, que nos diligenter inspeximus, eidem monasterio concessisse et confirmasse noscuntur.

Quarum ecclesiarum hec sunt nomina :
Sanctus Silvester de Malicorna,
Sanctus Martinus de Lucheio,
Sanctus Martinus de Misereio,
Sanctus Petrus de Avesiaco,
Sanctus Petrus de Ulmis,
Sanctus Albinus de Locquenaio, cum membris suis,
Sanctus Albinus de Frateto,
Sancta Maria de Basogia Gonduini,
Sanctus Petrus de Cripta,
Sanctus Gervasius de Basogia juxta Criptam,
Sanctus Gervasius de Coloniis,
Sanctus Gallus juxta Colonias,

Apud Cenomannis, Sanctus Petrus Interratus et Sanctus Audoenus,

Sancta Maria de Ligrone,

Sanctus Launomarus,

Sanctus Johannes Evangelista de Corcellis.

Si quis autem confirmationi nostre temere et injuste presumpserit contraire, indignationem et iram Dei omnipotentis se noverit incursurum.

PRIEURÉ DE MÉRON

DCCCLIX. — 969, novembre. — CHARTE PAR LAQUELLE VITBOLD, ABBÉ DE SAINT-AUBIN, DONNE EN MAINFERME UNE VIGNE SISE A TERZAY, AU BORD DE LA DIVE. (Pancarte originale, Archives de Maine-et-Loire, H. 100, fol. 74.)

In Dei nomine, Witbaldus, abba ex monasterio Sancti Albini, notum immo et percognitum fore cupimus omnibus sancte Dei ecclesie fidelibus, tam presentibus quam etiam successoribus nostris, qualiter adiit nos quidam homo, nomine Heldegarius, et uxor sua, nomine Isemberga, cum infantibus suis, ut eis quandam vineam ad censum concederemus. Quod et fecimus, ea siquidem ratione ut, annis singulis, in censum persolvant, festivitate Sancti Albini quae est kalendas marcii, denarios octo. Habet autem ipsa terra arpennos duos et terminatur ex omni parte terra Sancti Albini, et est sita in villa Treciaco, prope fluvium Dive.

Quod si de ipso censu tardi aut negligentes extiterint, habeant licentiam legaliter emendandi et ipsam terram non perdant, sed habeant licentiam plantandi, aedificandi et in melius construendi ; aliae autem potestati non habeant licentiam venundandi nec concedendi. Post eorum vero obitum ad nostrum ex integro revertatur dominium.

Ut hec autem manufirmitas firma permaneat, manu propria firmavimus manibusque monachorum nostrorum roborari decrevimus.

Signum domini Witbaldi abbatis, S. Firmini monachi, S. Rustagni monachi, S. Alboini monachi, S. Girardi monachi, S. Tedeuini monachi, S. Arberti monachi, S. Geilonis monachi, S. Aldeverti monachi, S. Rotberti monachi, S. item Girardi monachi, S. Arberti monachi.

Johannes monachus Sancti Albini scripsit et subscripsit.

Data mense de novembri, anno xv regnante Hlotario rege.

DCCCLX. — Vers 1090. — NOTICE D'UN ACCORD ÉTABLI ENTRE GOSCELIN DE CHAMPCHEVRIER ET OLIVIER DU MESNIL, D'UNE PART, ET SAINT-AUBIN, DE L'AUTRE, AU SUJET DE LA POSSESSION DE PRÉS DONNÉS A L'ABBAYE PAR MACOUARD DU COUDRAY. (Original mutilé, Archives de Maine-et-Loire, H. 83, fol. 1.)

Omnibus presentibus et futuris cognitum esse volumus quia omnia prata que Goscelinus, monachus Sancti Albini, in feodo Marcoardi de Coldreio emerat et que idem Marcoardus Sancto Albino concesserat, post mortem ejus calumpniati sunt monachis Goscelinus de Campo Caprario et Oliverius de Mesnilio, qui honore ipsius Marcoardi adepti fuerant.

Deinde Archembaldus, abbas, et monachi Sancti Albini placitum cum eis acceperunt et in curiam donni Berlaii, tempore placiti, cum aliquantis amicis suis advenerunt.

In qua curia Goscelinus de Campo Caprario et Oliverius de Mesnilio advenientes, diu multumque super predictis pratis cum abbate et monachis contenderunt.

Tandem vero abbas et monachi, consiliis amicorum suorum adquiescentes, quia omnis justitia interiit, concordiam cum predictis militibus fecerunt et quadringentos solidos dederunt ut supradicta prata eis in elemosinam concederent.

Qui pro hoc dono omnem calumpniam quam monachis inferebant, guirpiverunt, et eadem prata Sancto Albino in elemosinam concesserunt.

Pro his pratis reddet monachus de Mairono, per singulos annos, tres solidos de censu supradictis militibus, et quando voluerint ipsi milites, eadem prata mensurabuntur, et tunc si amplius inventum fuerit de pratis unde debeant monachi majorem censum reddere, reddent tunc quantum rectum fuerit, et accipietur ab eisdem dominis, sine ulla occasione et sine ulla lite.

Hec concordia apud Mosteriolum, in domo donni Berlaii facta est, ipso Berlaio presente et Giraldo filio ejus.

Presentibus[1] . . . .

(1) La ligne qui suit est coupée, et tout le côté droit de la pièce rongé en partie.

DCCCLXI. — 1093-1101. — NOTICE DE LA RENONCIATION AU DROIT QUE HERBERT, VICOMTE DE THOUARS, PRÉTENDAIT POSSÉDER SUR MÉRON. (Copie, B. N., latin 17126, p. 183.)

Noverint . . . . quod vicarii Herberti, vicecomitis de Toarcio [1], requirebant sacramentagium a villanis de Mairono ; unde Girardum, abbatem Beati Albini, et monachos suos in curia prefati vicecomitis placitare fecerunt . . . .

Herbertus vicecomes, dimittens eis ex toto illud sacramentagium, ut nullus homo de Mairono reddet illud amplius vel domino vel vicario de Toarcio.

Hec acta fuerunt in domo Haimerici de Tellio, vicecomite donum sacramentagii in manum Girardi abbatis mittente.

Testibus . . . . Haimericus de Teglio . . . .

Postea quod idem vicecomes foras exivit, donum quod antea fecerat monachis, iterum coram omni curia sua concessit eis.

Audientibus : Radulfo de Aspromonte, Haimerico de Teglio, ... Tetbaldo de Bellomonte, Arnaldo de Pede Ylgerii, Papino filio Willelmi de Mota, Joscelino de Montibus, Michaele de Balneolis, Willelmo Barba, Herberto de Agris, Achardo de Medio Toarcio.

De monachis : Girardo abbate, Helinanno priore, Hucberto de

(1) C'est à M. Hugues Imbert que revient le mérite d'avoir établi la série des vicomtes de Thouars (Voir *Notice sur les vicomtes de Thouars*, 1867, et *Histoire de Thouars,* 1871). Mais il y a lieu de rectifier la date du décès d'Herbert inexactement fixée par lui. S'appuyant uniquement sur le *Fragmentum libri de fundatione prioratus de Casa Vicecomitis*, édité par Marchegay en tête de ses *Cartulaires du Bas-Poitou,* M. Imbert fait mourir Herbert à Jaffa le 5 des calendes de juin 1104. Or, la source indiquée porte : « v kalendas junii, IIII feria, in ebdomada Pentecosten », synchronismes qui ne se rencontrent qu'en 1102 et obligent à fixer définitivement le décès d'Herbert au 28 mai 1102, jour qui était bien effectivement le mercredi de la Pentecôte.

Quant à notre acte, il ne saurait être postérieur au départ d'Herbert pour Poitiers, lequel eut lieu vers le 20 mars 1101. Nous estimons même qu'il appartient aux premières années de sa domination sur Thouars, car nous y remarquons des noms de témoins qui se rapportent à cette période.

Castro Gunterii, Widone de Matefelon, Joscelino priore de Mairono.

DCCCLXII. -- 1101, après le 20 mars, Poitiers, au Pré-Royal. — NOTICE DU DON D'UNE CHAPE FAIT A SAINT-AUBIN PAR HERBERT II, VICOMTE DE THOUARS, QUI VENAIT DE PRENDRE LA CROIX. (Extrait du *Fragmentum libri de fundatione prioratus de Casa Vicecomitis*, publié par Marchegay, *Cartulaires du Bas-Poitou*, p. 6, d'après l'original des Archives de Maine-et-Loire, série H, Saint-Florent de Saumur.)

Cumque in pago Pictavo, in pratum Regalem dictum, ut inde iter arriperent, convenissent, quidam monachus Sancti Albini Andegavensis ipsum vicecomitem Herbertum ut quandam ex precioso pallio cappam, sub precio trecentorum solidorum illi commodatam, aecclesie predicte redderet benigne deprecatus est. Sed vicecomite nolente, nisi jam dicta pecunia sibi redderetur, monachus merens redire cepit. Pietate vero permotus vicecomes ad socios dixit : « En in via Domini pergimus et trecenti soldi cito pertransient ; meliusque est ut reddatur, ut ipsius sancti ac monachorum precibus adjuvemur. » Quod omnibus laudantibus, revocato monacho, gaudentem Deumque et illos benedicentem cum cappa remittunt.

DCCCLXIII. — 1106-1120. — LETTRE DANS LAQUELLE GEOFFROY, ABBÉ DE VENDÔME, SE PLAINT A L'ABBÉ ARCHAMBAULT DU MAUVAIS ACCUEIL DONT IL AVAIT ÉTÉ L'OBJET A MÉRON DE LA PART DU FRÈRE JOSCELIN. (Imprimé par Sirmond, *Goffridi, abbatis Vindocinensis, epistolae*, lib. IV, epist. 10 ; réimprimé dans Migne, *Patrologia latina*, CLVII, 156.)

DCCCLXIII *bis*. — 1106-1120. — LETTRE DANS LAQUELLE GEOFFROY, ABBÉ DE VENDÔME, INSISTE AUPRÈS DE L'ABBÉ ARCHAMBAULT POUR QU'IL SÉVISSE CONTRE LE FRÈRE JOSCELIN DONT IL AVAIT EU A SE PLAINDRE LORS DE SON PASSAGE A MÉRON. (Imprimé

par Sirmond, *Goffridi, abbatis Vindocinensis, epistolae*, lib. IV, epist. 11 ; réimprimé dans Migne, *Patrologia latina*, CLVII, 156.)

DCCCLXIV. — 1151, 10 juin, Saint-Aubin. — DIPLÔME PAR LEQUEL GEOFFROY PLANTAGENET ET SES FILS, APRÈS LA DESTRUCTION DE LA FORTERESSE DE MONTREUIL-BELLAY, RENDENT AUX POSSESSIONS DE SAINT-AUBIN TOUS LES PRIVILÈGES DONT GIRAUD BELLAY LES AVAIT PRIVÉES. (Copie, B. N., latin 17126, p. 175.)

In nomine sancte et individue Trinitatis unde omne bonum procedit, ego, Gausfridus, Fulchonis regis Jerosolimitani filius, et Dei gratia Andecavorum comes, ad memoriam successorum meorum, ne traderentur oblivioni, hec que secuntur scripto commendare precepi.

Noverint presentes et futuri quod, propter infidelitatem et intolerabilem sevitiam Giraldi Berlai, qua ipse super omnes ecclesias sue potestatis et eorum possessiones crudeliter exagitabat, castrum Mosterioli, gratia Dei, pereuntem obsedi, magnisque expensis et permaximis diuturnisque laboribus predicti castri menia destruxi, turrem et universa edificia tocius castri penitus eradicavi, Giraldum et qui cum eo erant captos retinui. Igitur, his ita viriliter peractis, recognoscens non meis meritis nec mea potestate, sed, Deo agente, ad laudem ipsius et ad vindictam malorum operum Giraldi hoc evenisse, sano consilio baronum meorum, statui ego ipse et duo filii mei, Gausfridus et Willelmus, ut omnes consuetudines et exactiones quas Giraldus et antecessores illius in obedientia Maironis immiserant radicitus quassarentur.

Preterea concessi ut predicta obedientia, secundum auctenticum privilegium antecessoris mei Grisagonella Gausfridi, quieta penitus ab omni consuetudine remaneret, retentis tribus tantummodo forfactis que predictus Gausfridus in privilegio suo de terra Sancti Albini retinuit, scilicet homicidium, raptum, incendium.

Hoc autem totum me fecisse, divina gratia inspirante, noverit universitas Ecclesie, pro salute solummodo anime mee, patris mei et matris mee et omnium antecessorum meorum.

Si quis autem, quod absit, ex heredibus meis vel de mea progenie, seu cupiditate terreni honoris vel aviditate alicujus pecunie, aut per se ipsum, aut per suos, aut per extraneos, contra hanc donationem et confirmationem, ut eas infringat, aliquo ingenio venire temptaverit, inprimis iram Dei omnipotentis, quisquis ille fuerit, incurrat, et cum Juda traditore dampnationem accipiat et ab hereditate mea alienus existat.

Actum in capitulo Sancti Albini, in presentia Normanni, Andecavensis pontificis, et Roberti, abbatis Omnium Sanctorum, tempore Rotberti, Sancti Albini abbatis, anno ab incarnatione Domini MCLI, indictione XIV, IV idus junii.

Videntibus et audientibus istis : Gaufrido et Willelmo, filiis meis, Gaufrido de Cleeriis, Hugone fratre ejus, Fulchone de Cleeriis, Brientio de Martiniaco, Warino de Belesmo, Gosleno Turonensi, Bareio de Saceio, Pipino Turonensi et aliis multis.

De clericis : magistro Vasleto archidiacono, Gaufrido Bibevinum, Thoma capellano, Gausfrido decano Sancti Laudi, Petro Fulberti.

De monachis : abbate Rotberto Sancti Albini, Guarino priore, Willelmo sacrista, Johanne elemosinario, Mainerio cellarario, Theoderico panetario, Willelmo Dolensi bajulo totoque conventu.

De familia monachorum : Arraudo, Pagano de Alodis, Gaignardo de Sartrino, Benedicto famulo, Brientio.

Hoc signum feci ego, Hainricus, et hanc cartam sigilli mei impressione confirmavi coram his testibus : Widone de Sabuleio, Gaufrido nepote ejus, Gosleno Turonensi, Pipino Turonensi, Bonello, Gualterio Fraser, Eudone Summeterrensi.

Signum | Hainrici
ducis | Normannorum
et comitis | Andecavorum

Signum | Gaufredi
filii | comitis

Signum | Willelmi
filii | comitis

Ego, Gaufridus, comes Andecavorum, hoc concessi in capitulo Sancti Albini et sigilli mei impressione confirmavi.

DCCCLXV. — 1153. — LETTRES PAR LESQUELLES GILBERT II DE LA PORÉE, ÉVÊQUE DE POITIERS, RATIFIE LA RESTITUTION FAITE AUX PROPRIÉTÉS DE SAINT-AUBIN DANS SON DIOCÈSE, DES PRIVILÈGES AUXQUELS ELLES AVAIENT DROIT. (Copie, B. N., latin 17126, p. 177.)

Quoniam ex antiquorum patrum traditione dirivatum novimus ut quidquid firmiter retinere vellent litterarum memorie commendarent, idcirco ego, Gislebertus secundus, Dei gratia Pictavensis episcopus, Rotberti abbatis Sancti Albini rogatu, libertates seu immunitates a nobili viro Gaufrido, Andecavensi comite, et filiis ejus, obedientiis suis de Mairono, super pravis et indebitis consuetudinibus eidem loco a Giraldo Berlaii et antecessoribus suis violenter impositis, post eversionem castri Mosterioli concessam et scripti sui munimine roboratam, domini quoque Eugenii pape auctoritate confirmatam, sicut ex scriptis ipsorum domini scilicet pape et predicti Gaufridi comitis intelleximus; et nos, quia in diocesi nobis concessa libertas seu immunitas illa est ecclesie reddita, ratam et firmam habemus et sigilli nostri auctoritate munimus.

Videntibus istis: magistro Arnaldo archidiacono, Chalone archidiacono, Petro archidiacono, Petro Willelmi capellano, Willelmo canonico.

Acta anno ab incarnatione Domini MCLIII, regnante Ludovico rege Francorum, Hainrico comite Andecavorum et duce Normannorum.

DCCCLXVI. — 1151-1189. — CHARTE PAR LAQUELLE HENRI II, ROI D'ANGLETERRE, DÉCIDE QUE LES MOINES DE MÉRON CONSERVERONT TOUS LES PRIVILÈGES DANS LESQUELS ILS AVAIENT ÉTÉ RÉTABLIS PAR GEOFFROY PLANTAGENET. (Copie, B. N., latin 17126, p. 181.)

Henricus, rex Anglorum et dux Normannorum et Aquitanorum

et comes Andegavorum, omnibus baronibus et justiciis et dapiferis et vicecomitibus et prepositis et viariis et fidelibus suis tocius Andegavie, salutem.

Sciatis quod de consuetudinibus quas Berlaius, filius Giraldi, exigebat a monachis Sancti Albini de Mairone et ab hominibus eorum, dedi et nominavi diem eidem Berlaio et predictis monachis ; et venerunt ad diem nominatum, apud Salmurum, et idem monachi disrationaverunt per cartam patris mei et per judicium curie mee quod ipsi vel homines sui nullam consuetudinem debebant Berlaio predicto ad castellum suum nec per terram suam, et disrationaverunt quod debebant habere vineas suas, quas habuerant tempore patris mei, et quod homines sui debebant habere prata sua et omnia patrimonia sua, sicut tempore patris mei habuerunt.

Quare volo et precipio quod ita sint quieti de predictis consuetudinibus, sicut eas in curia mea disrationaverunt ; et prohibeo ne quis eis inde injuriam vel molestiam faciat.

Testibus : Gosleno de Turonis dapifero, et Gaufrido de Cleeriis, et Hugone fratre ejusdem, et Roberto de Novo Burgo, et Briencio de Martineio, et Guarino de Belesmo, et Buchardo de Maroillio.

Apud Salmurum.

DCCCLXVII. — 1199 ou 1205[1], le 18 août, Angers. — ACTE QUI RELATE COMMENT UN PRÊTRE DU NOM DE JEAN FUT CHARGÉ DE L'ADMINISTRATION DE L'ÉGLISE DE MÉRON A LA PLACE D'UN NEVEU DE L'ABBÉ DE SAINT-AUBIN, TROP JEUNE POUR EXERCER LES FONCTIONS DE CURÉ. (Copie, B. N., latin 17126, p. 183.)

Gillebertus cantor et Garinus de Redonis et P[etrus] Fortis, canonici Andegavenses, omnibus . . . .

Cum Gaufridus abbas et conventus Sancti Albini ecclesiam de Meron, in Pictavensi diocesi, Gaufrido, nepoti ejusdem abbatis, contulissent, et domnus Mauricius, Pictavensis episcopus, eundem Gaufridum, qui minoris erat etatis, nollet recipere, idem Gau-

(1) Selon que l'acte a été passé sous Guillaume de Chemillé ou sous Guillaume de Beaumont.

fridus et amici sui Johannem de Pertunnai, presbiterum, vicarium fecerunt ejusdem ecclesie, tali pactione quod annuatim persolvat octo librarum pensionem prescripto Gaufrido vel patri vel fratri ipsius. Et cum Gaufridus ad etatem pervenerit, si ipse vel amici ipsam ecclesiam habere voluerit, praefatus Johannes presbiter eam Gaufrido vel amicis resignabit. Si vero, quod absit, contingeret eundem Johannem vel aliquem pro ipso resignationem ejusdem ecclesie maliciose disturbare, reservata est nobis et cuilibet nostrum auctoritas ut ipsum ad hoc faciendum per excommunicationis et suspensionis sententiam, remoto appellationis diffugio, compellamus, ita quod nec ad dominum papam nec ad alium super hoc possit habere recursum.

Hec omnia dictus Johannes presbyter se observaturum bona fide concessit, et manu propria juravit.

Presentes litteras fecimus sigillorum nostrorum munime communiri.

Actum apud Andegavum, in capitulo Beati Albini, XVI kalendas septembris, pontificatus domni Guillelmi, Andegavensis episcopi, anno secundo.

Testes : Odo magister prior, Johannes cantor, Johannes armarius, Martinus de Faia, ... Petrus de Turre et plures alii.

PRIEURÉ D'OUDON

DCCCLXIX. — 1127-1139, un 4 juillet. — NOTICE DE LA CONFIRMATION PAR GUILLAUME D'OUDON DE TOUS LES DONS FAITS PAR LUI A L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN. (Copie, B. N., français 22329, fol. 464. — Imprimé par Dom Lobineau, II, 339, et par Dom Morice, *Preuves*, I, 563.)

Notum sit quod dominus Briccius, Nannetensis ecclesie presul, domnus R[obertus], abbas Sancti Albini, atque Willelmus de Uldone, IV nonas julii, in solemnitate sanctorum Marcellini et Petri, apud Uldonem pariter convenerunt, ibique Willelmus illud donum quod de ecclesia Uldonis Deo et monachis Sancti Albini fecerat, confirmavit. Auxit etiam hoc donum de quadam terra ubi cimiterium et ecclesia et edificia monachorum construerentur; sed et illud concessit ut si homines in supradicta terra hospitari voluerint, immunes ab omni consuetudine existant, excepto quod, cum necesse fuerit, castrum ipsius excubabunt et in expeditionibus ubi ipse presens fuerit cum ipso ambulabunt. Si qui vero panem et vinum aut aliquid hujusmodi vendiderint, consilio prioris et cum bonis vadimoniis credulitatem eis facient.

Insuper et decimam piscature Uldonis et de boscis quantum necesse fuerit eis concessit.

Super omnibus vero istis sepedictus Willelmus et frater ejus, Gaufridus, mater etiam ejus, nomine Alexandria, et filius ejus major natu prefatum episcopum cum quodam cultello revestierunt, quem episcopus, cum dono et concessione ista, abbati tradidit ...

Dedit vero abbas in caritate Guillelmo quadringentos solidos, Gaufrido vero trecentos, Alexandrie quoque sexaginta et filio Willelmi majori unum equum.

Viderunt hoc :

Ex parte episcopi : Ticio archidiaconus . . .

Ex parte monachorum : Brientius elemosinarius, Gaufridus thesaurarius . . . .

Ex parte Willelmi : Eudo Catus, Rannulfus de Mascredia.

DCCCLXX. — 1138, 27 septembre, Angers. — LETTRES PAR LESQUELLES BRICE, ÉVÊQUE DE NANTES, REMET A SAINT-AUBIN L'ÉGLISE DE SAINT-MARTIN D'OUDON. (Copie, B. N., latin 17126, p. 166.)

Anno ab incarnatione Domini MCXXXVIII, indictione II, V kalendas octobris, die festi sanctorum Cosme et Damiani, ego Briccius, Dei gratia Nannetensis episcopus, veni Andegavum, in capitulum Beati Albini, ibique a domno Rotberto abbate et a fratribus accepi munus spirituale, beneficium scilicet ecclesie quod ibi fit . . . .

Dedi illis in elemosinam ecclesiam Sancti Martini de Super Uldonem, quam de manu laicali abstuleram, et que michi pontificali jure competebat.

De hac ecclesia domnum Rotbertum abbatem cum capello meo revestivi ; et in crastinum super altare Sancti Albini, cum cultello capellani mei, Radulfi, posui.

Postea, duxi predictum abbatem et tres monachos ejus, Petrum cellararium, Brientium elemosinarium et Rivallonum de Ver, in capitulum Sancti Petri Nannetensis, ubi, cum fratribus nostris canonicis, donum quod feceram enarassem, omnes concesserunt.

DCCCLXXI. — 1139. — NOTICE DE DIVERS DONS FAITS AU PRIEURÉ D'OUDON. (Copie, B. N., latin 17126, p. 167. — Imprimé par Dom Lobineau, II, 230, et par Dom Morice, *Preuves*, I, 578.)

Ad laudem et gloriam summme et individue Trinitatis, ecclesia in honorem piissimi confessoris Albini apud Uldonem fundata monachis ibi constitutis, crescente divini officii cultu, crevit et populi devotio . . . .

Tetbaldus Girbaudi, monachus factus, dedit terram ad Boscum Rainerii et terram suam que est ante domum leprosorum de feodo Guidonis Cavellein ; et Matheus Aufredi et uxor Buzenii et filii sui, de quorum feodo ipsa terra erat, benigne concesserunt.

Hoc factum apud Uldonem, in presentia Roberti abbatis, anno

Domini MCXXXIX, indictione III, viderunt : Petrus cellararius, Brientius elemosinarius, Rotbertus prior de Uldone, monachi.

Ex parte Tebaldi : Girbaudus pater ejus, Rainaldus frater ejusdem, Paganus de Bosco Rainerii et Normannus, avunculi sui.

Eodem anno, Guihenocus Burellus, habitum religionis induens, dedit Deo et sancto Albino quandam vineam que est ante domum monachorum, de qua dominus castelli complantum habebat.

Actum apud Uldonem, audientibus : Alexandra, mater Guillelmi de Uldone . . . .

Evolutis postea paucis diebus, Eudo Catus, Domino per infirmitatem pulsante, monachus factus, dedit quandam vineam in prospectu castelli plantatam et equum suum.

Hoc concessit : Oitia, uxor sua, et filie sue generque ejus, Matheus de Rialleio.

Hoc viderunt : Goscelinus Catus, Brientius Catus, Gaufridus de Sancto Martino.

Non multo post tempore, Rainaldus Cavellein, habitum monachi petens, donavit dimidiam partem omnium vinearum suarum...

Concedentibus Guidone Cavellein et fratre ejus, Guillelmo, ad quorum fevum predicta pertinebant . . .

Testes : Leevinus, Adamus et Hingannus, nepotes Rainaldi.

DCCCLXXII. — Vers 1140. — NOTICE DES DONS FAITS A SAINT-AUBIN PAR GEOFFROY D'OUDON, AU MOMENT DE MOURIR. (Imprimé par Dom Morice[1], *Preuves*, I, 580, d'après une pancarte du XIIe siècle.)

Gauffridus de Uldone, in exercitu comitis Andegavensis apud Castrum Celsum graviter vulneratus et ad extrema perductus, in

(1) On conserve à cette pièce la date que lui a assignée Dom Morice et qu'il a basée sans doute sur le désastre advenu à Chantoceau en 1140 et mentionné dans la Chronique de Saint-Florent (*Chroniques des Églises d'Anjou*, page 91.) On fera observer néanmoins qu'au n° DCCCLXXVI on trouvera un acte qui mentionne entre 1170 et 1185 un Geoffroy d'Oudon, sans doute fils du Guillaume qui figure aux numéros DCCCLXXII, DCCCLXXIII et DCCCLXXIV.

domum monachorum de Uldone se portari fecit, ibique habitum monachi devote petiit. Huic autem voluntati ipsius amici sui impedimento fuerunt, qui eum putantes posse vivere, ne monachus fieret dissuaserunt

Ipse vero tandem videns se morti proximum, pro remedio anime sue dedit Sancto Albino locum unius molendini in flumine Ligeris et bracam unam ad piscaturam, solidam et quietam, et complanctum vinee Guihenoci Burelli, et omnia prata sua de Veteri Curte.

Hoc ejus donum Guillelmus, frater ejus, et Mathildis, soror utriusque, ipsorumque mater, Alexandra, concesserunt.

Audientibus : Gaufrido de Portu . . . .

His ita compositis, Gaufridus hominem exuens, naturae debitum solvit, cujus corpus, Andecavis delatum, honorifice in cimiterio Sancti Albini monachi sepelierunt.

DCCCLXXIII. — 1141. — NOTICE DU DON DE LA TERRE DE LA LOHIÈRE FAIT PAR GOSSELIN MAUVOISIN A SAINT-AUBIN. (Imprimé par Dom Morice, *Preuves* I, 582, d'après une pancarte du XII[e] siècle.)

Anno ab incarnatione Domini MCXLI, indictione IV, quidam miles, nomine Malus Vicinus, infirmitate compulsus, habitum monasticum postulavit ; et, quia per se impetrare non potuit, Guillelmo de Uldone militibusque illius terrae advocatis, tandem accepit et omnem terram suam dominicam de la Loheria dedit. . .

Testes, de militibus : Gauffridus de Sancto Martino, Goscelinus Catus, Matheus de Rialleio, Guillelmus de Clangia.

Goscelinus, cognomento Malus Vicinus, monachus noster, maligno spiritu ammonente, deseruit habitum religionis.

Postea vero volens pergere Jherosolimam, petiit a monachis nostris denarios quibus posset iter suum peragere. Robertus vero de Credone, tunc prior obedientiae de Uldone, consilio et voluntate domni Roberti abbatis et totius capituli, dedit ei sexaginta solidos ; et abbas et capitulum concesserunt ei ut reciperent eum si de Hierusalem reverteretur.

Nepotes vero ejus, Radulfus et Loherius, ipso Goscelino jubente, concesserunt Sancto Albino elemosynam quam Goscelinus, avunculus suus, dederat ; et super altare Beati Albini apud Uldonem, pro testimonio baculum quendam posuerunt. Concesserunt, inquam, planum totum et boscum, a torrente Audrici usque ad torrentem de Cuetis, et medietatem Landae.

Pro hac concessione habuit Radulfus unam cappam, et Loherius unam tunicam.

Hoc viderunt : Guillelmus de Uldone, Gauffridus de Sancto Martino, Guido Cavalle[n], Mauritius Herit.

Non multo post tempore predicti fratres, audita morte avunculi sui, calumpniati sunt . . . .

Monachi siquidem et predicti fratres, die constituto, ante Guillelmum de Uldone convenerunt, idemque concesserunt. Pro quo Radulfus centum solidos accepit ; Loherius vero, quinque.

Testes : Guido Cavallan, Radulfus Pillard, Willelmus prepositus, Mauricius de Panaci, Janigon de Banasta, Esveillé de Mosello . . .

Omnia supradicta Guillelmus de Uldone concessit, et sub tutelam suae defensionis accepit.

DCCCLXXIV. — 1143. — NOTE SUR UN ACCORD INTERVENU ENTRE SAINT-AUBIN ET BRIENT LE CHAT. (Copie, B. N., français 22329, fol. 464. — Imprimé par Dom Morice, *Preuves*, I, 590.)

Concordia inter monachos Sancti Albini et Brientium Catum Philipumque, fratrem ejus, super ecclesia de Uldone, quam monachis concedunt.

Anno MCXLIII[1], indictione VI.

Testes : Guillelmus de Uldone, Goscelinus Catus, Gaufridus de Sancto Martino.

DCCCLXXV. — 1145. — CHIROGRAPHE PORTANT ACCORD ENTRE

(1) Dom Morice a imprimé MCLXIII ; par erreur sans doute, car sa note est classée parmi celles de 1143.

SAINT-AUBIN ET SAINT-SULPICE DE RENNES. (Copie, B. N., français 22329, fol. 465.)

Concordia inter Rotbertum, abbatem Sancti Albini, et Mariam, abbatissam Sancti Sulpitii, in manu domni Nannetensis episcopi, Iterii, anno MCXLV, indictione VIII.

Testibus, ex parte Rotberti abbatis et ex parte abbatisse : Guillelmo priore, Guihomardo, Herberto, Isoardo, fratribus ; Annete priorissa de Scotio, Alexandria de Uldone, Annete sacristana Sancte Marie Andegavis.

DCCCLXXVI. — 1170-1185. — ACCORD ÉTABLI ENTRE GEOFFROY D'OUDON ET LE PRIEURÉ D'OUDON. (Copie, B. N., français 22329, fol. 465, et latin 17126, p. 166.)

Ego, Robertus, Dei gratia Nannetensis episcopus . . .

Querelam inter dominum Gaufridum de Odonio et priorem Sancti Albini de Odonio . . . in mei presentia in concordiam devenerunt . . .

Testes : Harcoidus, Radesii dominus, W[ido] Cavallen, Vuamundus sacerdos, Mauricius de Liré, Aufredus de Cellario, Hugo Ferrun.

DCCCLXXVII. — 1200, Oudon. — JUGEMENT PAR LEQUEL LES MOINES D'OUDON SONT MAINTENUS EN POSSESSION D'UN BOIS QUE LEUR CONTESTAIT RAOUL LE PRÉVÔT. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 1780.)

Omnibus fidelibus presentem paginam inspecturis, Herveus de Bello Morterio in Domino salutem.

Ea que nostris acta sunt temporibus nulli fideliori legato quam scripture mandare possumus. Pateat igitur presentibus et futuris quod Hugo de Lineriis, monachus Sancti Albini et prior de Uldone, conquestus est nobis de Radulfo preposito, qui desaisierat obedienciam de Uldone de haia que memorate obediencie cum terra Mauveisin in elemosinam collata fuerat ab ipso Mauveisin.

Prescripto igitur Radulfo ad justitiam vocato, et utrisque partibus auditis, adjudicavimus fieri haie jamdicte inspectionem. Cui inspectioni, ego, Herveus, adfui cum utrisque partibus, et mecum Anfredus de Cellario et Oliverius meus sinexcallus, et R. l'ensné et plures alii. Inspectione facta, utrique parti terminum assignavi vel pacificandi vel litigandi ; sed in termino assignato, pacificari non potuerunt. Interfuitque sepefatus Hugo, saisionem quam cum testibus erat probare paratus, ad opus jamdicte obediencie, requisivit ; sed sepedicto Radulfo causam suam defendere nolente vel non valente, prescripte cause penitus abrenunciavit et eam dimisit. Memorato vero Hugone saisinam suam requirente, filius ejus primogenitus, Matheus nomine, saisinam reddere contradixit sibique requisivit. Asserebat enim jamdictam haiam a patre cum aliis rebus habuisse ; sed memorato priore e contrario repugnante, dicebat ei non licere rem dare quam predecessores sui jamdicto Radulfo calumniati fuerant, quod testimonio plurium in curia nostra certum fuisse cognovimus. Igitur, utrisque partibus judicium curie nostre requirentibus, et ipsis voluntarie remotis, adjudicavit curia quod sepedictus Radulfus in jamdicta causa nichil poterat requirere.

Huic judicio interfuerunt : ego, Herveus de Bello Morterio, Johannes de Sancto Martino, Garinus de Lineriis, Nicolas de Lineriis, Oliverius meus sinexcallus, R. l'ensné et plures alii.

Preterea adjudicavit curia quod jamdictam haiam in manu mea per quadraginta dies tenerem, donec adjudicatum fuisset quis eorum, prior scilicet vel Matheus, prescriptam haiam habere debuisset. In quorum dierum spacio, prior saisinam suam pluries requisivit, Matheo deficiente nec coram nobis ipsam requirendo apparente. Explectis multociens quadraginta diebus, Matheo semper absente et comparere nolente, sepedicto priori et obediencie prefate saisinam haie jamdicte judicio curie nostre, prout justum erat, integre reddidimus.

In testimonium hujus rei ita peracte huic pagine sigillum meum apposui.

Huic saisine judicio reddende interfuerunt testes jam nominati et alii subscripti, scilicet : Philippus de Remefort, W. de Mostel-

leis, Amorri de Uldone, Matheus de Lineriis, Garinus Cavallen, Philippus de Amplepei, Oliverius de la Mascreire, Eudo Catus, Gaufridus Taheir, Ernaudus clericus, Becavin, Johannes Pihan et multi alii.

Actum est hoc apud Uldonem, in claustro monachorum, anno Verbi incarnati MCC, in presencia testium prescriptorum.

PRIEURÉ DE LA PÉLERINE

DCCCLXXVIII. — 1082-1106. — NOTICE DE L'ABANDON PAR GIRAUD DE BLANCFOUR ET HÉBERT, SON FILS, DE LEURS PRÉTENTIONS SUR LA TERRE DE CRÉ. (Imprimé par Baluze, *Miscellanea*, éd. 1761, III, p. 59.)

Tempore quo Girardus abbas monasterio Sancti Albini praeerat, quidam homo, Giraudus de Blancofurno dictus, et Hubertus, filius ejus, cum reliqua parentela sua, in quandam terram Sancti Albini calumniam miserunt, quae dicitur Croiacus et est juxta Peregrinam. Hoc idem se fecisse dicebant temporibus aliorum abbatum. Et cum abba Girardus calumniam eorum sedare nequivisset, habuit placitum cum eis apud Peregrinam, in quo hujus modi narrationem fecit Giraudus : « Matri meae duae sorores fuerunt quarum una, cui nomen erat Amelina, sicut mulier lasciva, cujusdam servi Sancti Albini, cui nomen erat Otgerius, concùbina devenit. Quo facto, parentes ejus coeperunt mortem Otgerio minitari nisi eam duceret in uxorem ; sed cum minas eorum sperneret et hoc de anno in annum facere differet, dederunt ei terram supradictam cum Amelina in matrimonium ; et ob hoc fecit eam sibi uxorem. Modo vero, quia nullus est de genere Amelinae aut Otgerii qui terram illam habeat, reclamamus eam quia de nobis movit et ad nos reverti debet. »

Finita itaque ista narratione, venit in medium quaedam mulier, bonum testimonium habens, quae istam narrationem ostendit esse falsam, dicens : « Terra de qua sermo est Sancti Albini erat antequam Otgerius Amelinam duxisset in uxorem, nec eam Otgerius accepit in matrimonium cum Amelina. Hoc quod dico vidi et inde testis sum. »

Sed cum Giraudus verbis ejus fortiter resisteret, monachi, verba mulieris vera esse cognoscentes, coeperunt bellum contra Giraudum et Hubertum. Determinato itaque loco ubi bellum fieret, curia scilicet Sancti Petri Burguliensis, convenerunt utrin-

que, Raherius scilicet cum suis, qui erat dominus Giraudi et Huberti, et Girardus, abbas Sancti Albini, cum suis. Juratis itaque, ut fieri solet, sacramentis, campiones invicem pugnare coeperunt. Et cum aliquandiu pugna durasset, videntes Giraudus et Hubertus quod campion suus non bene se haberet, dimiserunt calumniam, et terram, pro quo bellum erat, solidam et quietam monachis clamaverunt.

Devenit autem Giraudus ibi frater abbatis Sancti Albini et monachorum.

Dedit etiam illi abbas Burguliensis beneficium monasterii sui pro amore Girardi abbatis et ejus monachorum.

Custodes belli et testes dimissae calumniae sunt isti :

Abbas Batoricus [1] cum monachis et burgensibus suis, Marbodus archidiaconus et quidam ejus clericus, nomine Hubertus, Acharias filius Vitalis parchaminarii, Haimericus de Berneziaco, Rainaldus vicarius, Rainaldus Porcellus, Alerius praepositus de Lavigais.

De hominibus Sancti Albini : Aldulfus praepositus, Haimmarus Malspetit, Walterius Bornus, Rotbertus de Trevis, Arnaldus Brion, Firmatus, et alii plures quorum nomina longum est hic scribere.

De parte Giraudi : Hubertus filius ejus, Odo de Iantret, Hildinus de Reliaco, Adraldus de Balgentiaco, Goscelinus li campions.

(1) Baudri, abbé de Bourgueil de 1079 à 1107, époque où il fut élu évêque de Dol.

PRIEURÉ DE PINCÉ

DCCCLXXIX. — 1092, 29 août, Sablé. — NOTICE DE LA SENTENCE RELATIVE AUX BOIS DE MALÉPINAY, RENDUE PAR ROBERT LE BOURGUIGNON EN FAVEUR DE SAINT-AUBIN. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 110, fol. 169 ; copie, B. N., latin 12658, fol. 166.)

Anno ab incarnatione Domini MXC, defuncto nobilissimo rege Anglorum, Willelmo seniore, principatum Normannie Rotbertus, ejus filius, obtinuit. Igitur, circa illud tempus, cum Rotbertus Burgundio vetulus, ad serviendum Rotberto comiti in Normanniam perrexisset, quidam miles de Sablulio, nomine Fulco de Muris, cepit litigare cum monachis Sancti Albini pro silva de Malo Spineto. Dicebat enim quia et viridem boscum et mortuum per consuetudinem debebat accipere ad omnia opera sua. Cui abbas Girardus et monachi Sancti Albini resistentes et quod dicebat verum esse negantes, dum ille dictum suum affirmare conaretur, duellum pro hoc verbo monachi contra Fulconem acceperunt. In constituto igitur termino, utrique apud Sablulium affuerunt, sed que duellum custodirent idonee personne defuerunt.

Tandem, reverso Rotberto Burgundione de Normannia, affuit abbas Girardus in curia ejus cum monachis suis. Affuit et Fulco. Quibus altercantibus super consuetudinibus predicti bosci respondit domnus Rotbertus : « Si Deus me adjuvet, ego scio et bene recognosco quia boscus ille Sancti Albini est et monachorum ejus, utpote regio munere eis donatus ; et possunt eum portare Andecavim et per omnes obedientias suas, sicut eis placuerit. Notum autem sit omnibus quod neque dominus Sablulii, neque Fulco de Muris, neque alii milites, neque burgenses de Sablulio, nec ullus hominum ullam penitus consuetudinem in eodem bosco habent, nisi per largitionem et gratiam monachorum. »

Hoc viderunt et audierunt duo filii domni Rotberti, Rainaldus, Credonis dominus, et Rotbertus, et alii milites quos subscripsi-

mus : Hugo, filius Salomonis ; Fulco de Muris ; Guarinus, filius Burcardi ; Albericus vicarius ; Lisiardus de Monfreor ; Rotbertus de Pino ; Tegrinus de Troata ; Warnerius Bodini ;

De clericis : Gaufridus cantor, Herveus presbiter ;

De monachis : Girardus abbas, Motbertus, Milo, Archembaudus, Frotmundus de Viriaco.

Actum apud Sablulium, anno Domini MXCII, IV kalendas septembris.

DCCCLXXX. — 1096. — ACTE PAR LEQUEL ROBERT LE BOURGUIGNON FAIT DIVERS DONS A SAINT-AUBIN. (Copie, B. N., latin 17126, p. 168.)

Cum omnis . . . . ego, Robertus Burgundus monachis Sancti Albini concedo ut centum porcos habeant in omnibus boscis suis sine pasnagio . . . . apud Sablulium . . . . abbate Gerardo.

Testes : Wido de Matefelon et Frotmundus de Viriaco, monachi Sancti Albini.

De militibus meis : Harduinus de Viono et Fulco de Muris.

Wido de Nivernis, frater meus, rogavit me ut eisdem concederem consuetudinem quam per vim habebam in bosco de Pinciaco. Quod concessi pro anima Gausfridi comitis, qui mihi honorem donavit [1].

Testes, de militibus meis : Harduinus de Viono, Ulricus de Bruslono.

Ego, Rotbertus Burgundus, iturus Jerosolimam, concedo Sancto Albino omnia que de feodo meo monachi ejus habent apud Duristallum, apud Legionem, apud Brionem, apud Pinciacum et terram de Casteleto.

Actum apud Brionem, anno MXCVI.

Testis : Berta, uxor mea.

DCCCLXXXI. — 1163-1170. — CHIROGRAPHE RELATANT LES CON-

(1) Ces mots, ainsi que la mention de la parenté qui existait entre Robert le Bourguignon et Guy de Nevers, sont importants, car ils confirment ce qu'on sait par ailleurs des origines de la maison de Craon.

CESSIONS SUR PINCÉ FAITES A SAINT-AUBIN PAR ROBERT DE SABLÉ, FILS D'HERSENT ET ÉPOUX DE CLÉMENCE. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 110, fol. 114.)

Sciant presentes et presentium successores quod propriam terram Sancti Albini quam ejus monachi tenent de Deo et Henrici, regis Anglie et comitis Andegavis, dominio apud Pinciacum Rotbertus, dominus Sabolii, potestate sua et voluntate et injuste partem illius terre tenebat incultam, videlicet saltus adjacentes nemori de Pinceio ; sed tandem, Sancto Spiritu eum inspirante, ipse Rotbertus recognovit injusticiam suam et jus ecclesie Sancti Albini et omnino dimisit et quitavit contencionem quam reclamabat in saltibus predictis.

Et annuit et concessit ut saltus ad velle monachorum Sancti Albini excolerentur.

Hac de causa, pro Dei amore et ejus prece, Guillelmus, Dei gracia dictus abbas Sancti Albini, et commune capitulum quendam clericum susceperunt in monachum, et, ut dimissio et concessio firma et stabilis permaneret, munimine sui sigilli hanc cartam roboravit et confirmavit.

Hoc viderunt et audierunt :

Ex parte monachorum : Rotbertus prior, Daniel censerius, Jaguelinus de Turrelio.

Ex parte domni Rotberti Sabolii : Bartholotus de Castro Gunterio, Emma, abbatissa Sancte Marie, Hersendis, mater ejusdem Rotberti, et Clementia, uxor ipsius, et multi alii.

DCCCLXXXII. — 1157-1189. — RENAUD DE BAÏF FAIT DON A SAINT-AUBIN DE DEUX SOUS DE RENTE. (Copie, B. N., latin 17126, p. 168.)

Quoniam adeo labilis . . . . Rainaldus de Baif, pro anima sua et uxoris sue, Hameline, cujus corpus in cimiterio Sancti Albini conditum est, dedit Guillelmo abbati duos solidos annui census in feodo suo . . . .

Testes, de militibus : Freslon de Campiniaco et Guido, filius ejus.

Fulco et Matheus, predicti Rainaldi filii, hoc concesserunt.

PRIEURÉ DES PONTS-DE-CÉ

DCCCLXXXIII. — S. d. — CHIROGRAPHE PORTANT ACCORD ENTRE SAINT-AUBIN ET FONTEVRAUD AU SUJET D'UNE TERRE SISE AUX PONTS-DE-CÉ. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 83, fol. 2.)

Quecumque memoriter retinere volumus ex antiquorum usu, testimonio litterarum commendamus.

Sciant igitur presentes et presencium successores quod quedam discordia habita est inter monachos Sancti Albini et sanctimoniales Sancte Marie Fontis Ebraldi super tenementum quod fuerat defuncti Malmarche et uxoris ejus, quam monachi condonatam suam esse affirmabant. Similiter sanctimoniales condonatam suam esse affirmabant.

Hec discordia, Domino disponente, hoc modo terminata pacifice finem accepit. Siquidem, intuitu caritatis et pacis, ab utroque capitulo concordatum est ut prefate sanctimoniales domum de capite pontis pacifice obtineant et tria arpenna vinearum et quandam insulam post domum Hugonis, illam videlicet partem quam in ea Malmarche habebat, et aliam insulam inter domum et furnile suum, in qua nichil fiet quod possit impedire piscaturam cellarii, et pro hominibus his viginti et quinque solidos annui census, in vigilia Sancti Clari, cellario Sancti Albini persolvent.

Statutum est etiam ut in prefactam domum nullum alium vinum, excepto proprio, mittant; quod si forte miserint, costumas suas sicut ceteri burgenses reddent. Nec licebit eis vina sua vendere quamdiu bannum Sancti Albini in burgo fuerit, et si alicui extraneo homini domum suam tradiderint, et ipse negociator in ea extiterit, costumas suas sicuti ceteri persolvet. In suprascriptis vero tenementis, si forte domos edificaverint, habitantes in eis si alienis fuerint costumas suas sicut ceteri integre persolvent.

Omne autem aliud tenementum Malmarche, videlicet alie

domus, torcular cum adjacenti tenemento, due oschie terre in capite burgi, parva insula de subtus pontem, monachis integre remanserunt.

Concordatum est etiam ut si causa calumnie in prescriptis rebus aliqua contencio monachis vel sanctimonialibus forte inferretur, monachi medietatem expensarum ad tuendam partem sanctimonialium, et sanctimoniales ad defendendam partem monachorum devote et diligenter mittent.

Hujus rei testes sunt : Johannes prior Sancte Marie Fontis Ebraldi, Giraudus prior de Ponte, Radulfus prior de Pignoneria, Bartholomeus Rollandi prefectus Andegavis, Andreas de Kainone, Herbertus cellararius, Gaufridus sacrista, Agorreus.

Et ut hoc ratum et inviolabile omni tempore permaneat autentici nostri auctoritate presentem paginam confirmavimus.

DCCCLXXXIV. — 1127, 18 mai. — CHIROGRAPHE PAR LEQUEL ADAM, PÈRE NOURRICIER DE FOULQUES LE JEUNE, FAIT DON A SAINT-AUBIN DE LA TERRE DE L'ONGLÉE, EN FRÉMUR, ET DE DIVERSES RENTES. (Double original[1], Archives de Maine-et-Loire, H. 82, nº 2.)

Adamus, nutricius comitis, gravi infirmitate vexatus, Sancti Albini factus est monachus. Hic terram quam de Sancto Albino in vita sua tantum habebat apud Angleatam Sancto Albino reddidit, et duos arpentos, quos juxta eandem terram adquisierat, sicut promiserat, monachis dedit, centum etiam solidos et per singulos annos viginti solidos de censu.

Petierunt autem ab eo monachi et ab uxore ejus ut molendinum, quod in aqua eorum, ad Pontem Sagiaci ipse et Fossardus edificaverant, Sancto Albino darent.

Denique per vim in aqua eorum illud edificaverat nec concessionem inde umquam habuerat capituli. Cumque uxor Adami, Ildeardis, cognomine Verdeta, hec omnia concedere nollet, monachi dimiserunt ei viginti solidos de censu, quos eis Adamus dabat ; et illos centum quos promiserat solidos, et terram de

(1) Les deux moitiés du chirographe sont demeurées réunies.

Angleata, eam scilicet quam maritus ejus eis reddiderat, et quam juxta eam illis dederat, tali pacto ipsi mulieri concesserunt ut eam in vita sua habeat ipsa et predictus Petrus, filius ejus, et filia ejus, nomine Berta.

Post mortem vero horum trium, ad dominium Sancti Albini, sine ulla contradictione revertatur.

Pro his igitur rebus sibi ita concessis, supradicta mulier medietatem supradicti molendini, sicut eam vir ejus et ipsa hactenus habuerant, Sancto Albino benigne in capitulo concessit et Petrus puer, filius ejus.

Ibi etiam Fossardus tunc presens medietatem suam ejusdem molendini post mortem suam Sancto Albino condonavit.

Post hec ergo revestita est predicta mulier de beneficio ecclesie, et pater ejus, Hugo de Arigné, et filius ejus, Petrus, et frater viri ejus, Jofredus Guenniart, et etiam Fossardus.

Donum igitur ipsius molendini supradicta Ildeardis et filius ejus, Petrus, pariterque Fossardus in manum domni Hamelini, Redonensis episcopi, qui tunc capitulo preerat[1] et in manum Hugonis, tunc electi, cum una virgula miserunt, et eandem virgulam super altare Sancti Albini detulerunt.

Hoc viderunt et audierunt : Loellus Ferlidus, Hubertus de Locae et duo filii ejus, Aimericus atque Jofredus, Willelmus clericus nepos Adami, Benedictus de Sagiaco, Gunterius Siglerius, Walterius Mansellus et alii suprascripti, qui beneficium ecclesie tunc acceperunt.

(1) Cette pièce est datée du moment même où Hamelin, élu évêque de Rennes, quitte la dignité d'abbé de Saint-Aubin. La mention de cet « Hugonis tunc electi » donne à penser que Robert, successeur d'Hamelin, aurait été élu au mois de septembre 1127 par suite du refus d'un moine appelé Hugues, désigné dès le 18 mai 1127. On peut supposer qu'au décès de Robert, vingt-sept ans plus tard, le 23 mai 1154, les suffrages des moines s'étant portés de nouveau sur ce même Hugues, celui-ci devint abbé, charge qu'il ne conserva que jusqu'au 6 avril 1157, soit moins de trois ans. Il faut remarquer cependant que l'abbé Hugues était encore assez jeune à l'époque où il portait la crosse pour ne pas reculer devant le voyage de Rome, fait dont on doit la connaissance à la charte CCCCLXXI de notre recueil.

De nostris : Adelardus cellararius [1], Warnerius Hircus, Jofredus filius Audulfi [2].

Actum apud monasterium Sancti Albini, XV kalendas junii, anno ab incarnatione Domini MCXXVII.

(1) Le second original porte « cellarius ».
(2) Le second original porte « Aldulfi ».

PRIEURÉ DE PRUNIERS

DCCCLXXXV. — 1038-1055. — NOTICE DE L'ABANDON EN VIAGER D'UNE VIGNE FAIT PAR SAINT-AUBIN A RAHIER DE LUÉ. (Pancarte du XIIe siècle, Bibl. d'Angers, ms. 752, fol. 5, nº 1.)

Raherius de Luiaco tenebat duos arpennos et dimidium de vineis Sancti Albini in fevo. Quibus duobus arpennis adauxit tertium Walterius abbas ipsi Raherio, in tali conventione ut post suum et uxoris sue decessum remaneant ipsi toti tres arpenni in dominico Sancti Albini.

Et istam conventionem approbaverunt duo privigni, hoc est filiastri sui.

Huic conventioni interfuerunt isti homines :

Testes Sancti Albini : Harierius, Bernerius, alius Bernerius, Constantinus, Johannes, Aldulfus, Evrardus ;

Ex parte Raherii : Raherius, suus nepos, et Otbertus, suus homo.

DCCCLXXXVI. — Vers 1055. — NOTICE D'UNE CONCESSION VIAGÈRE DE VIGNES FAITE PAR SAINT-AUBIN A EREMBOURG, VEUVE DE RAHIER DE LUÉ. (Pancarte du XIIe siècle, Bibl. d'Angers, ms. 752, fol. 5, nº 2.)

Notum fieri volumus his qui modo presentes sunt et maxime futuris quod uxor Raherii de Luiaco, nomine Eremburgis, post obitum viri sui petivit a monachis Sancti Albini ut illos tres arpennos vinee et dimidium, quos vir ejus et ipsa de fevo Sancti Albini tenuerant ei, dum in presenti vita esset, concederent.

Id vero tali pacto poscebat ut supradictos arpennos et insuper unum quem vir ejus et ipsa emerant, post obitum suum Sancto Albino et habitatoribus ejus relinqueret.

Hoc autem filius ejus, nomine Hucbertus, Burrellus cogno-

mento, tota animi devotione volebat et annuebat. Atque ita factum est ut ipsa et Hubertus, filius ejus, in capitulo Sancti Albini, coram omnibus qui aderant, post obitum ipsius hos arpennos de quibus loquimur quietos relinquerent.

Testes vero qui interfuerunt sunt isti : Archenbaldus prepositus, Gaufredus Lunellus, Lysoius, Rannulfus, Bernardus, Gausbertus cellarius, Radulfus Morellus, Warnerius frater ejus, Landricus de Eladio, Wiltellus, Andreas, Tescelinus de Monte Revello, Raherius nepos ipsius, Hamelinus nepos Raherii, Anseisius, Frotgerius Tricator. Post hos autem affuit quidam aries testis, qui viros usque in capitulum est secutus, et audivit que de hac convenientia dicebantur.

Quod si quis huic rei calumniam inferre temptaverit, sciat quod quidam abbas Sancti Albini donavit supradictas vineas Beringerio, vicario Andecavensi, et Beringerius Hugoni Burrello cum filia sua, et Hugo Burrellus Ascelino de Monte Joano cum filia sua. Ascelinus vero post longum tempus vendidit eas supradicto Raherio triginta solidos, qui jam acceperat matrem uxoris sue, uxorem scilicet Hugonis Burrelli. Raherius autem, sciens antiquum fuisse fevum Sancti Albini, et timens periculum animae suae, spopondit abbati qui tunc erat quod illos arpennos, quos de fevo Sancti Albini emerat, post suam conjugisque sue mortem, memorato Sancto relinqueret, si unum arpennum de vineis Sancti Albini eis solummodo in vita sua donaret.

Ita supradicta convenientia se habet ; ita omnis calumnia, si qua forte oriretur, irrita fiet.

DCCCLXXXVII. — Vers 1080. — NOTICE DE L'ABANDON PAR HUBERT BOURREAU DE SA REVENDICATION D'UNE PARTIE DU DOMAINE DE PRUNIERS. (Pancarte du XII[e] siècle, Bibl. d'Angers, ms. 752, fol. 5, n° 3.)

Huchertus Burrellus, filius Hugonis Burrelli, calumniabatur monachis Sancti Albini unam partem villule que vocatur Prunaria juxta Andecavem. Que pars cujusdam parentis sui fuerat, sicut ipse dicebat. Non valente autem illo rationabiliter probare

que dicebat, calumniabatur tamen ; et monachis damnum faciebat, ac pejus facere minabatur.

Monachi autem nolentes illius aut alterius calumniam justam vel injustam sufferre, convenerunt taliter cum illo quod ille, videlicet Hucbertus, gratanter guirpivit illis calumniam, villulam scilicet quam calumniabatur clamavit quietam ; et monachi pro hoc donaverunt illi unum bonum arpennum vinearum bene edificatum, decem librarum denariorum aut eo amplius valentem ; et in ultra reddiderunt illi fevum avi sui, Beringerii, et Hugonis Burrelli, de quo fevo foris erat jure seculari per alienationem antecessorum suorum.

Hoc audierunt et viderunt subinserti testes : Robertus de Chantotiaco, Morinus suus vicarius, Aldulfus, Lisoius, Rannulfus Russellus, Gaufridus Lunellus.

DCCCLXXXVIII. — 1082-1106. — NOTICE DE L'ACHAT PAR SAINT-AUBIN DE VIGNES SITUÉES A PRUNIERS ET VENDUES A L'ABBAYE PAR HUBERT BOURREAU. (Pancarte du XIIe siècle, Bibl. d'Angers, ms. 752, fol. 5, n° 7.)

Sciendum est presentibus atque presentium successoribus quod Hucbertus Burrellus quatuor arpennos vinearum tenet in foevo de abbate et monachis Sancti Albini. De quibus unum ipsi abbati Otbranno, suo inde videlicet domino, vendidit ; alium vero cuidam mulieri suae consanguineae tribuit. Quae postea venalem illum faciens, convenit cum monachis ut eis illum venderet, et supradictum Hucbertum ac filios ejus autorizare faceret. Emerunt ergo illum Girardus abbas et monachi ; et supradictus Hucbertus tunc auctorizavit, et postea filii ejus, quando etiam concordiam fecerunt cum supradicto abbate et monachis de calumnia quam injuste mittebant in villa de Prunariis, reddente illis abbate supradictum arpennum quem predecessor ejus, abbas Otbrannus, a patre illorum emerat.

Cujus rei videntes et auditores affuerunt : Ingelbaldus Eschivit, Aldulfus et fratres ejus, Warinus et Hilarius, Bernerius cellararius, Frotmundus Aquila, Richardus filius Morini, Hairardus,

Haimarus Malspetitz, Rainaldus Grandis, Vaslinus forestarius, Rotbertus hospitalarius, Andreas nepos Salomoni.

DCCCLXXXIX. — 1098. — CHARTE DANS LAQUELLE LES MOINES DE SAINT-NICOLAS D'ANGERS RELATENT L'ACCORD ÉTABLI ENTRE EUX ET SAINT-AUBIN AU SUJET DE LA FORÊT DES ÉCHATS. (Copie, B. N., Collection Dom Housseau, nº 1022, d'après le Cartulaire de Saint-Nicolas d'Angers.)

Notum est multis et, ut ita dicam, innumeris pene fidelibus, Gosfridum Martellum, Andegavensem comitem, Sancti Nicholai monasterium quod antecessor suus Fulco comes fundaverat multum amasse et honorasse et de suis rebus non minimum ampliasse.

Inter alia vero quae dum viveret monasterio et monachis ibi manentibus et mansuris donavit, dedit eis medietatem pasnagii sui de foresta sua quae vocatur Catia. Concessit etiam illis ut hanc forestam ad calefaciendum et ad omnia eorum necessaria facienda in perpetuum quitte acciperent. Hujus autem forestae tale donum, sub ipsius Goffridi Fulconisque, successoris sui, temporibus, plus quam per annos triginta monachi Sancti Nicholai, absque ullius hominis contradictio et calumnia, quiete et secure tenuerunt. Postquam autem supradictus Fulco comitatum Andegavensem, Deo permittente, per multos annos viriliter tenuit, Dei disponente gratia, papa Romanus, scilicet Urbanus, usque ad Andecavam urbem descendit, in qua supradictam Beati Nicholai ecclesiam, ipsius comitis et ejusdem monasterii abbatis, Natalis, et monachorum, aliorum quoque terrae nostrae optimatum rogatu, propriis manibus consecravit ; et jamdicti Goffridi comitis corpus quod in capitulo monachorum jacebat, praecibus Fulconis comitis, nepotis sui, in navem ejusdem ecclesiae cum honore maximo transtulit et iterum ibi sepulturae tradidit, et ipsum comitem Fulconem ut res Sancti Nicholai ampliaret obnixius obsecravit. Qui, preces ejus audiens, monachis Sancti Nicholai in ipsius papae aliarumque personarum plurimarum praesentia, tres carrucatas terrae ad extirpandum in supradicta foresta abbatem Sancti Albini inibi adstantem, scilicet Girardo, ejusque monachis audientibus

et reticentibus, Roberto videlicet et Alerio donavit. Quod papa, cum omnibus qui aderant concessit et ut hoc donum de eadem foresta magis ac magis ampliaret comitem obsecravit[1].

Papa vero ad suam sedem reverso, non multo post Fulco comes omnem forestae quam sibi retinuerat partem, pro animae suae et Goffridi, avunculi sui, aliorumque amicorum suorum animarum remedio, Sancto Nicholao et monachis ejus partim dono, partim venditione, in perpetuum possidendam concessit. Quod ut monachi Sancti Albini audierunt, Sancti Nicholai monachis super forestae particulam calumpniam intulerunt ; unde ad judicium in curia Goffridi, Andecavorum praesulis, utriusque congregationis abbates et monachi venerunt. Ad quod judicium idem episcopus Goffridus aliique duo episcopi, scilicet Marbodus Redonensis et Ildebertus Cenomannensis, abbatesque plurimi, Bernardus videlicet Majoris Monasterii, Willelmus Sancti Florentii, aliique plures monachi, etiam et clerici multi, Fulco quoque comes et multi ex suis baronibus adfuerunt. Fulcone autem comite donum quod Sancto Nicholao et monachis ejus de tota foresta fecerat coram omnibus juste et viriliter recapitulante et auctorizando confirmante, veluti de re illa quam antecessores sui et ipse a Fulconis Rufi tempore quitte tenuerant, monachi Sancti Albini cartam quandam a Pipinni regis, filii Caroli, temporibus, ut dicebant, factam secum attulerunt, in qua donum quod quidam Guntharus Sancto Albino de Pruneriis et de una leuga silvae circa Prunerios ad usum tantum coquinae fratrum fecerat, regem confirmasse legerunt.

Hanc autem quaerimoniam supradicti episcopi judicio diffinere debuerunt. Super quos domnus Marbodus, Redonensis episcopus, abbate Sancti Nicholai, Lamberto, et monachis ejus, Fulcone etiam comite et plurimis ejus obtimatibus calumniantibus, abbatibus sese educentibus, parti monachorum Sancti Albini favens hanc sententiam invenisse fertur : quod quia monachi Sancti Albini

(1) Ici s'arrête la partie de cet acte imprimée par Lepeletier tant dans son *Breviculum fundationis Sancti Nicolai Andegavensis* (1616) que dans son *Rerum scitu dignissimarum a prima fundatione monasterii Sancti Nicolai Andegavensis* (1635).

primitus confirmatione, ut dicebant, regiam de silva circa Prunerios per unam leugam adjacenti tantummodo ad usum quoquinae fratrum acceperant, nulli alii monachi illam leugatam silvae super eos accipere poterant. Cumque Sancti Nicholai abbas, Lambertus, et monachi hoc audirent cartam et judicem et ejus tale judicium calumniati sunt : cartam, quia sigillo regis firmata non erat, et insuper hujus confirmationis a rege, ut dicebant, facta testibus omnimodo carebat, nomenque forestae quod ab omnibus pene scitur tacebat ; judicem, quia familiarissimus monachorum Sancti Albini amicus erat et illorum magis proficuum quam monachorum Sancti Nicholai amabat.

DCCCXC. — 1098. — NOTICE DE L'ACCORD ÉTABLI ENTRE LES ABBAYES DE SAINT-AUBIN ET DE SAINT-NICOLAS AU SUJET DE LA FORÊT DES ÉCHATS. (Copie, B. N., Collection Dom Housseau, nº 1022 *bis*, d'après le Cartulaire de Saint-Nicolas d'Angers.)

Universis sanctae matris Ecclesiae filiis notum fieri volumus quod nos, Sancti Nicholai monachi, fecimus concordiam cum abbate Girardo et monachis Sancti Albini de quaerela quadam quae inter nos erat, scilicet de parte cujusdam forestae quae vocatur Catia, quam Fulco Junior, Andecavorum comes, pro anima Goffridi Martelli, avunculi sui, rogatu et ammonitione Urbani papae Romani, partim nobis donaverat partimque vendiderat, in qua nobis calumpniam inferebant.

Facta est igitur haec concordia per Goffridum Meduanensem, episcopum Andegavensem, per Willelmum, Sancti Florentii abbatem, et per alios illorum nostrosque amicos, tali pacto ut nos partem illam forestae quam calumpniabant per medium dividamus, illique partem quam de duabus illis elegerint in perpetuum quittam possideant, partisque reliquae calumpniam nobis perpetualiter dimittant.

Actum est hoc et confirmatum a duobus abbatibus, videlicet Lamberto, Sancti Nicholai, et Girardo, Sancti Albini, eorumque monachis prius in capitulo Sancti Albini, anno ab incarnatione

Domini millesimo nonagesimo octavo, VI idus novembris, feria V, coram episcopo Goffrido et abbate Sancti Sergii, Bernardo.

Istis testibus : Ivone, priore Sancti Sergii, Aimerico, cantore ejus ;

De monachis nostris : Gosberto priore, Natali, Engelbaudo, Savarico, Johanne medico ;

De clericis qui cum episcopo erant : Goffrido decano, Warnerio archidiacono, Guiardo misso Papae, Eudone Blanchardo, Goffrido Caifa, Goffrido de Restinniaco ;

De laicis : Giraldo praeposito Andecavensi, Goffrido Burgundo, Herveo Rotundello, Auberto de Meral, Simone vicario ;

De famulis Sancti Albini : Rotberto de Trevis, Rotberto de Revilata, Rainerio de Mairon, Hatone fratre ejus, Bodino secretario, Gurhando Forte scutario, Hainrico cementario, Guerrino filiastro suo, Morello coco, Willelmo Vietel d'Allimeis[1] ;

De famulis nostris : Girardo coco, Michaele, Johanne Roiant, Russello.

Postera autem die, Girardus abbas, cum quibusdam de monachis suis et cum episcopo, Goffrido, in capitulum nostrum venit et ut haec eadem concordia ibidem iterum confirmaretur expetiit. Quod petierat est adeptus. Unde ab abbate Lamberto et suis monachis, caritatis pacisque verae gratia, ipse cum monachis qui ibi aderant, est osculatus.

Huic confirmationi fuerunt isti : episcopus Goffridus ;

De monachis Sancti Albini : Elinannus prior, Hubertus de Castro Gunterii, Brientius, Erchembaldus, Gurhandus Alericus, Paganus filius ejus ;

De clericis : Albericus capellanus episcopi, Eudo Blanchardus, Guiardus missus Papae, Stephanus de Continniaco ;

De famulis Sancti Albini : Rotbertus de Trevis. Alarius Barratus, Paganus cellararius, Hainricus Matho, Morellus, Guerrinus, Giraldus ;

(1) Ce dernier nom est manifestement altéré dans la copie de Dom Housseau. On pourrait proposer de lire : «Willelmo Butello de Allineio». Un « Hamelinus Butellus » figure comme témoin dans une charte de Gouis (t. I n° CCXCIII).

De famulis nostris : Pictavinus prepositus, Girardus cocus, Johannes Roiant, Beringerius Tortus, Johannes de Monasterulo, David Lancea Acuta, Goffridus de A....rcalla[1], Letardus Pelles de Martra, Laurentius de Monasterulo, Martinus pistor, Rusellus, Gurhandus Pes Tortus.

DCCCXCI. — Vers 1100. — NOTICE DE L'ACHAT PAR SAINT-AUBIN D'UN ARPENT DE VIGNE SITUÉ A PRUNIERS ET QUI AVAIT APPARTENU A HUGUES BOURREAU. (Pancarte du XII[e] siècle, Bibl. d'Angers, ms. 752, fol. 5, n° 11).

Miles quidam, nomine Hugo, Borrellus autem cognomento, tenebat vineas de monachis Sancti Albini in fevo. Ex quibus unum arpennum mulieri cuidam parenti sue, Clariscie, donavit, nepti videlicet Gaufridi Raherii. Contigit autem ut eadem mulier arpennum ipsum cogeretur venalem facere. Quod audientes monachi Beati Albini noluerunt ut suum fevum ab aliis emeretur, ideoque pro eodem arpenno sedecim libras denariorum Clariscie donaverunt, ipsius filio, nomine Warino Pagano, concedente, atque Hugone Borrello, qui inde viginti solidos habuerunt.

Postea vero filia ipsius Clariscie, Agatha nomine, vir quoque illius, Albericus, supradictum arpennum calumpniati sunt. Sed tandem, accepto beneficio loci cum quinque solidis, cum monachis Sancti Albini libentissime concesserunt.

Hoc viderunt : Warinus cellararius, Isembertus cementarius, Popardus, Fulchradus Matho.

Item jamdictus Warinus Paganus, filius Clariscie, calumpniatus est predictum arpennum, negans se concessisse. Monachi vero pacem amantes et sine lite esse volentes, donaverunt illi sex solidos denariorum et beneficium loci, illo gratanter concedente.

Audientibus et videntibus : Witardo vicario, Hucberto Bucca Frigida, Rotberto de Treviis, Rainaldo Recordello, Morello coquo, Warino filio Gaufridi Pulsati.

(1) Mot enlevé en partie par une déchirure du manuscrit.

DCCCXCII. — 1106-1120. — NOTICE DU DON D'UNE TERRE FAIT A SAINT-AUBIN PAR JEAN, FRÈRE DU PRÊTRE GAUTIER. (Copie, B. N., français, nouv. acq., 5027, fol. 166.)

Johannes, frater Gualterii presbiteri, infirmatus, Sancti Albini factus est monachus ; et, sicut prius in capitulo Sancti Albini concesserat, terram quam frater suus sibi donaverat, totam Sancto Albino et monachis ejus donavit, insuper illam mansuram terre de qua supra locutus sum.

Cumque hoc audisset Rotbertus, filius Gualterii de Pino, et mater ejus, Aremburgis, de quorum casamento ipsa mansura terre erat, calumpniati sunt eam monachis ; sed predictus Gualterius, cupiens elemosinam suam Sancto Albino adquitare, egit apud Rotbertum et matrem ejus, precibus et pecunia, ut supradictam terram Sancto Albino concederent. Quod cum impetrasset, adduxit eos in capitulum Sancti Albini, die festi sancti Nicholai, ubi beneficium ipsius loci acceperunt et supradictam terram Sancto Albino concesserunt, exceptis rectis serviciis et talleatis suis ; moxque ibi de ista concessione sua Archembaldum abbatem cum una virgula revestierunt et eamdem virgulam super altare Sancti Albini detulerunt.

Hoc viderunt et audierunt : Walterius presbiter, Bernardus clericus, Warnerius secretarius Sancte Marie, Petrus de Sancta Cruce, Rainaldus Calvus.

De nostris : Odo de Alodis, Rainaldus Vitulus, Warinus Modicus, Adelardus Sorini, Hildemannus de Mairono, Walterius Roclemus.

Pro hac concessione dederunt monachi et Gualterius presbiter Rotberto et matri ejus duodecim libras denariorum.

Johannes vero, antequam monachus fieret, dederat de ipsa mansura terre quasdam portiones Petro de Sancta Cruce et Rainaldo Calvo, quas amodo illi tenebunt de monachis ; et in emptione equi, qui ad serviendam terram comparandus est, unusquisque eorum sex denarios mittet, similiter et in omnibus talleatis.

DCCCXCIII. — Vers 1115. — NOTICE DE LA CONTESTATION QUI EXISTAIT ENTRE SAINT-AUBIN, D'UNE PART, LE RONCERAY ET SAINT-LAUD, DE L'AUTRE, AU SUJET DES DÎMES DU HÉRISSON. SAINT-AUBIN, AYANT NÉGLIGÉ DE VENIR SOUTENIR SES DROITS AU JOUR INDIQUÉ PAR L'ÉVÊQUE D'ANGERS, LA SENTENCE DE CELUI-CI EST RENDUE AU PROFIT DE SES ADVERSAIRES. (Imprimé par Marchegay, *Cartulaire du Ronceray*, nº CVI.)

DCCCXCIV. — 1120-1127, un 27 décembre. — NOTICE DE L'ACHAT FAIT PAR SAINT-AUBIN D'UN ARPENT DE VIGNE SIS A PRUNIERS. (Copie figurée du XVIIe siècle, Archives de Maine-et-Loire, H. 53, fol. 331 *bis*, nº 3.)

Notum sit omnibus quod Rainaldus Ermenaldi venit in capitulum Sancti Albini die solemni sancti Johannis Evangeliste, ibique Sancto Albino ejusque monachis apud Prunarias unum arpentum terre, duas jaleatas de vinagio et unum denarium de censu et unum rivulum aque in prato Evrardi in eleemosynam dedit. Et pro hac eleemosyna beneficium loci accepit, et de rebus supradictis Hamelinum cum una virgula revestivit, et virgulam super altare Sancti Albini detulit.

Hoc viderunt et audierunt : Corbinus, homo ejus, et Barbotinus pontonarius.

Goscelinus autem, prepositus de Prunariis, illi, pro hac re in caritate decem solidos dedit.

DCCCXCV. — 1120-1127. — NOTICE DE LA CONFIRMATION PAR LES ENFANTS D'HÉLINAN DE BEAUVOIR DU DON DU HÉRISSON FAIT A SAINT-AUBIN PAR LEUR PÈRE. (Copie figurée du XVIIe siècle, Archives de Maine-et-Loire, H. 53, fol. 331 *bis*, nº 1.)

Cum monachi Sancti Albini terram de Hericio magna ex parte coluissent, quam totam incultam acceperant, et domum ibi edificassent et sylvam et prata defenderent, Beringerius de Moleriis,

volens eleemosynam suam adquietare eis et liberam reddere, adduxit in capitulum Sancti Albini duos filios Helinenni de Bello Videre, Guarinum scilicet et Guischardum, armigerum suum, a quibus, ut suprascriptum est, ipse Beringerius predictam terram acceperat. Igitur, ut isti sine ullo rancore animi donum quod Beringerius Sancto Albino fecerat concederent, dedit eis abbas Hamelinus in caritate unum equum et quadraginta solidos. Qui, pro hac caritate, omnem terram et prata et silvam de Hericio Sancto Albino concesserunt, sicut eam Beringerius monachis donaverat : ita ut neque ullam consuetudinem neque aliud aliquid pro hac terra a monachis exigantur aliquando, nisi quod ab eis caritative donum fuerit, excepto quod quinque solidi per singulos annos eis reddentur.

Post hoc acceperunt beneficium fratrum de manu predicti abbatis, et eumdem de sua concessione cum una virgula revestierunt, et ipsam virgulam super altare Sancti Albini detulerunt.

Hoc viderunt et audierunt : Hubertus de Locae, Beringerius de Moleriis, Normandus Pochin, Matheus Amalrici, Pichonius de Guirchea, Rotbertus prepositus, Adelardus Sorini et Paganus.

DCCCXCVI. — 1120-1127. — MATHIEU DU PLESSIS ÉTANT MORT EMPOISONNÉ, PIERRE BISOL, SON ÉCUYER, AVANT DE SE LAVER DE L'ACCUSATION PORTÉE CONTRE LUI A CE SUJET, FAIT DIVERS DONS A SAINT-AUBIN. (Copie, B. N., français, nouv. acq. 5027, fol. 165.)

Matheo de Plaxeizo, ut multi dixerunt, potione mortuo, Petrus Bisolus, armiger ejus, volens per judicium de morte domini sui se purgare, duce Fromundo de Viriaco, venit in capitulum, ibique dedit Deo et sancto Albino ejusque monachis in elemosinam de duabus mansuris terre dimidiam partem terragii. Insuper quidquid habebat in illis duabus masuris terre Sancto Albino totum dedit. Concessit etiam benigne et ex animo elemosinam avunculi sui, Petri Mocelli, quam antea, quasi invitus, concesserat.

Deinde fidem fecit, Adelardo, filio Sorini, manum ejus tenente,

quod de supradicta elemosina avunculi sui, Petri, nunquam amplius calumniam faceret et quod predictum terragium, quod tunc Sancto Albino dabat, perpetuo fideliter monachis adquietaret. Post hoc accepit beneficium omnium fratrum de manu domni Hamelini abbatis, et eum de supradictis rebus cum una virgula revestivit, et ipsam virgulam super altare Sancti Albini posuit.

Hoc viderunt et audierunt : Adelardus Sorini, Warinus Puls[atus], . . . dicus, Briencius de Ladriaco, Johannes Martini, Rainaldus Vitulus, Be . . .

DCCCXCVII. — 1127-1154. — NOTICE DU DON FAIT PAR GIFFARD DES PRÉAUX AU PRIEURÉ DE PRUNIERS DE L'HERBE PRODUITE PENDANT DIX ANS PAR LE PRÉ ÉBRARD. (Copie, B. N., latin 17126, p. 126.)

Noverint . . . . quod Gifardus de Pratellis, de remedio anime sue sollicitus, venit ad Paganum, priorem de Prunariis, et herbam de Prato Ebrardi, pro salute anime sue, monachis Sancti Albini, usque ad decem annos in elemosinam dedit. . . . .

Cujus precibus, ob hujus rei confirmationem, usque ad domum ejus perrexit, ubi, coram his qui affuerunt, Malet scilicet, nepote ejus, Normanno, fratre ejus, Widone de Coorné, avunculo ejus, Pipino Lusco ; filiabus ejus, Peregrina, Ascelina, hanc conventionem fide jurando firmavit. Sed, quia in lecto egritudinis deciderat et id aliter confirmare non poterat, eos, qui sibi jure hereditario successuri erant, ad hoc confirmandum Andecavis, in capitulum Sancti Albini, misit uxorem suam, fratrem, avunculum ac nepotem qui firmaverunt.

Hoc audierunt : Artuisus camerarius, Wido Carbonellus, Rubiscallus, Halopé, Paganus de Alodis, Guignart de Sartrinio, Walterius de Guilcio, Paganus prior de Prunariis, Rotbertus abbas Sancti Albini.

DCCCXCVIII. — 1143. — CHARTE PAR LAQUELLE GEOFFROY PLANTAGENET RATIFIE LES PRIVILÈGES ACCORDÉS PAR SES PRÉDÉ-

CESSEURS AUX MOINES DE PRUNIERS. (Copie, B. N., latin 17126, p. 128.)

Majorum nostrorum exemplis ammoniti pernecessarium esse judicavimus ea que in nostra geruntur etate litteris commendare posteris nostris profutura, quia dum unusquisque, morte interveniente, viam universe carnis ingreditur, etiam opera ejus quamlibet magnifica, nisi fuerint scripta, citius evanescunt, subitoque memorie subtra[h]untur[1].

Igitur, in nomine sancte et individue Trinitatis, ego, Goffredus Martellus, Dei gratia Andecavorum comes, omnibus fidelibus presentem paginam inspecturis volo fore percognitum quod ad preces venerabilis patris et patroni mei, dumni Ulgerii, Andegavensis episcopi, et dumni R[oberti], abbatis Sancti Albini, necnon et totius capituli, obedientiam de Prunariis Sancto Albino ab omni costuma et exactione et forragio et paalgio in perpetuum quietam et liberam esse concedo, quidquid videlicet infra ambitum murorum obedientie continetur, necnon et terras que in manu monachorum ibidem habitantium deveniunt sive sunt deveniende. Mediterrariam etiam eorum, que dicitur le Heriçon, in hac perdonacione mitto, ut videlicet sit quita et libera ab omni vicaria et exactione et costuma.

Hoc autem totum perdono pro Dei amore et anime mee et antecessorum meorum remedio, necnon et incolumitate Herrici, filii mei.

Monachi autem ne tanto beneficio ingrati esse viderentur, mille solidos Andegavensis monete michi karitative dederunt ; et ne jamdicti monachi in prescripta obedientia Sancti Albini de Prunariis de aliqua vicaria et exactione de cetero molestarentur aut impeterentur, auctoritate sigilli mei presentem paginam feci corroborari.

Hoc viderunt et audierunt : Goffredus de Cleiers, consiliarius meus, Hugo de Cleiers, frater ejus, Absalon Roognart, Brientius de Martigneio, Oliverius de Nova Villa, Borrellus de Plaiseiz,

(1) Ce préambule est emprunté à la charte de Foulques Réchin, numéro CXI du Cartulaire.

Gauterius Fait Maut, Simon de Chastellun, camerarius meus, Fulcho camerarius, Gorron camerarius, Goffredus Durandi camerarius.

Si quis huic nostre concessioni ex successoribus nostris contraire voluerit, sciens, in primis iram Dei incurrat et cum Datan et Abiron portionem habeat ; confirmantibus autem hoc successoribus nostris sit pax et gloria in vita eterna. Amen.

Actum est hoc apud Andegavim, anno ab incarnatione Domini MCXLIII.

PRIEURÉ DE QUELAINES

DCCCXCIX. — 1087, 23 juin, Quelaines. — NOTICE DES DONS FAITS A SAINT-AUBIN PAR RIVALLON DE QUELAINES. (Copie du XVII[e] siècle [1], Archives de Maine-et-Loire, H. 1786.)

Ad defendendam Ecclesiae hereditatem adversus calumniatorum, si quando insurrexerint, insidias, oblationis Colonensis ecclesiae, quam Rivallonus Deo et sancto Albino optulit, hujus scripti in testimonium proferenda est veritas.

Sciendum igitur est nobis nostrisque successoribus et memoriter retinendum quod Rivallonus de Coloniis, Divini Spiritus ammonitu, pro animae suae suorumque parentum remedio, medietatem ecclesiae ejusdem burgi Coloniarum, videlicet Deo et monachis Sancti Albini integre donavit in oblatione, et presbiteratus medietatem, ac sepulturam totam, et tertiam partem decimae ad eum pertinentis, et medietatem unius furni, et decimam unius molendini, et tertiam partem census qui de burgo accipitur.

Cui, benedictionis gratia, decem libras denariorum et equum quadraginta solidorum dedimus.

Hujus doni fautores et laudatores fuerunt fratres sui, Gaufridus et Lagarius clericus.

Actum in mense junio, IX kalendas julii, vigilia Sancti Johannis Baptistae, in pago Cenomannensi, apud Colonias, in basilica Sancti Gervasii, anno ab incarnatione Domini MLXXXVII, regnante Philippo, rege Francorum, et Fulcone Juniore, comite Andegavensi, sub episcopo Cenomanensi, Hoello; presente domno Girardo abbate, anno sexto ordinationis ejus [2], cum quibusdam

(1) Nous avons dû corriger en maint endroit cette copie très fautive, la seule qui nous ait conservé les actes relatifs au prieuré de Quelaines.

(2) Ce synchronisme est à noter, car il permet de constater que si Girard II ne fut béni comme abbé que le 9 août 1082, son élection était cependant antérieure au 23 juin 1082.

de suis monachis : Petro monacho, Hivone monacho, Widdone monacho, Radulfo monacho, Gaufrido monacho.

Hujus rei sunt testes isti : Radulfus decanus Sancti Juliani, frater ejus canonicus, Gaufridus cantor Sancti Mauricii, Stephanus de Contigniaco clericus, Hucbertus decanus de Laval, Helinnanus capellanus Sancti Johannis, Robertus presbiter de Basilgiis, Langulsus presbiter de Longniaco, Gaufridus Billonus, Menardus de Coloniis.

De hominibus Sancti Albini : Lucas prepositus, Hilarius Barratus, Firmatus.

Et quoniam hoc stabile esse non poterat nisi Walterius de Monte Sorello, ad cujus fevum totum hoc donum pertinebat, concederet, pro calumnia removenda et omnimoda stabilitate firmanda dedimus eidem Gualterïo duodecim libras denariorum et quinque solidos ; fratribus autem suis viginti solidos, cuique decem, qui unanimiter et hoc concesserunt et dominium vicarie quod apud Campaniacum de nostris hominibus et de nobis etiam habebant, pedagium accipiendo, sive vinum, sive racemos, sive frumentum vel si quod aliud vel nos vel nostri de ipsorum terra auferremus, libentissime condonaverunt ; et ad burgum in cimiterio Sancti Mauricii faciendum assensum benivole prebuerunt, duas partes vicarie ejusdem nobis concedentes, tertia enim pars non est eorum, adeo ut in faciendis placitis nostrum sic accipere vel condonare quod ex eis jure debetur.

Donaverunt etiam nobis pedagium quod soliti erant habere de his que monachi de ultra Ligerim afferebant ut amodo libere liceat monachis nostris apud Campaniacum degentibus queque genera lignorum et molas ad opus molendinorum suorum, sine aliquo pedagio deferre per Ligerim.

Hujus donationis testes sunt hi : Laganus, Willelmus, Gervasius, Radulfus vicarius, Radulfus Male Minat, Gaufridus de Coloniis, Hugo de Coloniis, Fulcoius Fessart, Walterius Giphart, Haimericus Gaudinus, Seguinus de Rochis, Arraldus frater ejus, Robertus famulus Sancti Albini, Petrus monachus, Calvus.

DCCCC. — Vers 1087. — NOTICE DU DON FAIT A SAINT-AUBIN DES

DÎMES DE QUELAINES. (Copie du XVII[e] siècle, Archives de Maine-et-Loire, H. 1786.)

Quoniam crescente nequitia malignorum, calumnie non decrescunt, ne posteri nostri veritate frustrentur, plures rerum nostrarum convenientias cartulis commendari decrevimus.

Unde et in hac carta continetur quod quidam homo, nomine Hildebertus de . . . . curte mi . . . . , pro remedio anime sue, audiente Walterio de Colongiaco, nepote et herede suo, et aliis pluribus, quamdam partem decimarum suarum ecclesie de Coloniis dedit. Quam per plures annos ecclesia tenuit solidam et quietam. Postea vero iste Walterius istam violenter arripuit et tenuit donec in monachorum Sancti Albini manus ecclesia et res ecclesie . . . . secesserunt. Qui, clamore facto de violentia sub domini, scilicet Gosleni Bloii, judicium convenerunt ubi decimam ecclesie esse reddendam judicatum est. Cui ille, licet injuste, . . . accipiendo tamen decem solidos de monachis, illis decimam in perpetuum habere concessit, audiente et concedente domino suo, Gosleno Bloio.

Audientibus et his : Hugone Mansello, Sancti Albini monacho, qui tunc temporis ecclesie illius preerat, Willelmo . . . , Gaufrido Billone, Rivallone de Coloniis, Merardo, Godefredo Alterio, Bernerio vicario, Goscelino carnifice, Gaufrido Franco, Lisoio viario ;

De famulis monachorum : Walterio Orsello, Berengerio et Gosleno Bloio . . .

. . . sub eisdem testibus et ibidem ipse suprascriptus Goslenus Bloius medietatem decime unius marci jure monachis dedit et quidquid de fevo suo illis condonatum fuerat, excepta perditione casamenti alicujus militis, quadraginta solidos accipiens concessit.

Hec eadem concessit Hugo, filius Gosleni, apud Montem Sorellum, donante Hugone monacho duodecim denarios.

Audientibus : Gaufrido, fratre Rivalloni, Benedicto, Walterio Orsello.

DCCCCI. — Vers 1087. — NOTICE D'UN ACHAT DE DÎME FAIT PAR

LE PRIEURÉ DE QUELAINES. (Copie du XVIIe siècle, Archives de Maine-et-Loire, H. 1786.)

Piscis viarius et Berardus, frater ejus, vendiderunt monachis Sancti Albini totam suam decimam, accipientes ab eis quinquaginta solidos veterum denariorum, concedentibus sorore eorum, nomine Parvula, et filiis Bernerii.

Hujus rei testes sunt : Remigius presbiter, Oilerius presbiter, Robertus diaconus, Aimericus clericus, Vivianus, Gosbertus, clerici ; Rivallonus de Coloniis, Merardus, Godefridus alter, Goscelinus carnifex, Henricus ;

De familia monachorum : Hugo frater Luce, Walterius Oisellus, Beringerius de Merardo.

DCCCCII. — Vers 1087. — NOTICE D'UN DON DE DÎMES FAIT AU PRIEURÉ DE QUELAINES PAR UN CHEVALIER NOMMÉ MÉRARD, ASSOCIÉ AU BÉNÉFICE DES PRIÈRES DE SAINT-AUBIN. (Copie du XVIIe siècle, Archives de Maine-et-Loire, H. 1786.)

Item, quidam miles de Coloniis, Merardus nomine, veniens in capitulum nostrum et accipiens beneficium, dedit ibidem Sancto Albino tertiam partem decimarum suarum.

Audientibus : Gaufrido fratre suo ;

De famulis monachorum : Hilario Barrato, Barbotino, Firmato, Haimaro Malspetit.

DCCCCIII. — 1087-1106. — NOTICE DE DONS FAITS AU PRIEURÉ DE QUELAINES. (Copie du XVIIe siècle, Archives de Maine-et-Loire, H. 1786.)

Compositionem quam fecit abbas Girardus cum Rivallono de Coloniis concessit frater ejus, Paganus clericus, in parlatorio Sancti Albini, dicendo etiam se benigne concedere.

Hujus rei sunt testes : abbas, Hugo Mansellus, Heli[n]anus, Drogo de Chalviniaco, Aldulfus, Mauricius de Sediaco, Ernaldus

Brion, Barbotinus, Henricus Videls, Herbertus nepos magistri Rainaldi.

Postea vero, parvo tempore transacto, devenit ipse Rivallonus monachus Sancti Albini, et frater ejus, Gaufridus, post ipsum major natu, ipso die concessit in capitulo Sancti Albini quicquid Rivallonus partim monachis vendiderat, partim donaverat.

In crastinum autem venit frater ejus junior, Robertus, cognomento Babinus, in capitulum Sancti Albini, et ibi concessit quidquid pridie concesserat frater ejus.

Hoc viderunt et audierunt : Willelmus et Girardus cementarius . . . . Warinus villanus, Hamericus cementarius, Hamelinus presentator, Ernaldus Brion, Robertus serviens, Rainaldus Gaudinus, Laurentius Belot, Girardus Pulsatus, Medardus, Rainerius, Gaudinus, Goscelinus de Coloniis, Infans de Jarziaco, Gaufridus Infans filius Johannis, David filius Hamelini presentatoris.

DCCCCIV. — 1087-1106. — ACTE PAR LEQUEL GEOFFROY DE MONTSOREAU RATIFIE TOUTES LES ACQUISITIONS DU PRIEURÉ DE QUELAINES DANS SES FIEFS. (Copie du XVIIe siècle, Archives de Maine-et-Loire, H. 1786.)

In nomine Dei et salvatoris nostri Jhesu Christi, ego, Gaufridus, filius Gilberti de Monte Sorello, totum quod calumniabar monachis Sancti Albini de Coloniis clamavi quietum. Insuper et concessi ut secum possideant quidquid vel emerint illic de meo casamento, vel eis donatum fuerit, absque perditione totius casamenti.

Cujus doni gratia, ipsi in caritate quadraginta solidos mihi donaverunt ; et ego hoc donum ipsi abbati Girardo . . . . ipsius donavi monachis.

Videntibus : Huberto priore, Roberto, Alberico, Achardo, Hugone, Bilone.

Laicis : Gervasio filio Willelmi de Monte Sorello, Bernone fratre Paulini, Aldulfo preposito Sancti Albini, Aimerico Ridel, Fromundo de Laio, Constantino coquo.

DCCCCV. — Vers 1100, Château-Gontier. — NOTICE DE L'ACQUISITION PAR LE PRIEURÉ DE QUELAINES D'UN CHAMP ET DE LA MOITIÉ D'UNE MÉTAIRIE. (Copie du XVII[e] siècle, Archives de Maine-et-Loire, H. 1786.)

Hubertus Blineus ingagiavit dimidiam medietatem terre cum prato adjacente, apud Colonias, Hugoni Mansello, monacho Sancti Albini, accipiens pro ea quindecim solidos Cenomannensium denariorum, quoadusque ipse vel heredes ejus ad quos vel predicta terra pertinebat de proprio censu redimerent, ita tamen ut eam in suo dominio retinerent. Qui postea moriens, medietatem decime terre illius de qua loquimur monachis Beati Albini, pro anime salute sue donavit, denique universis heredibus ejusdem terre solute donavit propter infantem parvulum, qui adhuc in cunis versabatur, defunctis mortuis . . . . etiam . . . . de cujus casamento memorata terra erat, qui et ipse eam monachis in vita sua solide et quiete concesserat.

Hujus itaque Goslini filiam cum omnibus que fuerant patris, Papinus de Senona duxit uxorem, qui periit. Terra autem supramemorata atque alia quam de fevo Gosleni monachi tenebant, et, eo vivente, tenuerant, cepit et abstulit eis, et in suum dominium convertit.

Pro his ergo rebus monachi contra eum . . . querelantes, ad finem aliquem, ipso tamen deficiente, venientes, tandem ad pacem et concordiam hoc ordine pervenerunt : depositis omnibus querelis et relictis calumniis, supradictus Papinus et Agnes, uxor illius, concesserunt Deo et sancto Albino et monachis ejus terram sepius nominatam cum prato, ita tenendam sicut a Hucberto acceperant et quecumque de casamento Gosleni in vita ipsius . . . . rant.

Propter hanc autem concordiam Radulfus, Beati Albini monachus, qui tempore illo morabatur Coloniis, dedit eidem Papino solidos viginti, et conjugi ejus quinque, condonatis, ut dictum est, omnibus querelis et universis quemadmodum, Gosleno superstite, tenuerant monachi pacifice et benigne . . . .

Istam concordiam apud Castrum Gunterii factam viderunt : Fulcho de Matefelon, Petrus Calvus, Radulfus de Lusdo, Adhelardus dominus ipsius castri, Adelardus de Senona, Willelmus dictus Infans, Fulco de Grandi Fonte, Hugo Chotardus, Ingelbertus de Bremio.

De famulis monachorum : Lucas prepositus, Rainaldus famulus monachorum, Girardus coquus.

PRIEURÉ DE SAILLÉ

DCCCCVI. — 971, 23 mai. — CHARTE PAR LAQUELLE AURISCANDUS, ÉVÊQUE DE RENNES, FAIT DON D'UNE SALINE AU PRIEURÉ DE SAILLÉ. (Imprimé par Dom Lobineau, II, 251, et par Dom Morice, *Preuves*, I, 348.)

Anno ab incarnatione Domini nostri DCCCCLXXI, ego, in Dei nomine et pro Dei nomine, licet indignus, Dei tamen provida dispensatione episcopus, Auriscandus, veniens in civitatem Andecavam gratia loquendi ad magnificentissimum et decentissimum comitem ejusdem civitatis Gausfridum, perfectis pro quibus veneram rebus, gratissimum duxi satis adire sacrosanctum ac venerabile toto orbi egregii presulis Albini mausoleum, quod est positum in suburbio dicte urbis, in eminentiori loco qui spectat ad orientalem mundi partem, cui cum devotionis mee libamina precum, ex affectu divine inspirationis obtulissem, placuit cum abbate ejusdem loci, nominato Alberto, cum fratribus . . . quibus ipse paterno preest obsequio, convenientem serere sermonem, in quibus cum magnam Dei et sancti Albini aspexissem dilectionem, loci quoque ex altera parte non minorem indigentiam, visum est michi in hoc Deo et dilecto ipsius Albino posse certius placere si, sicut dicit amplius necessitatibus sanctorum communicarem . . . . salinam videlicet unam quam jure hereditario . . . . salinam Cohfort, villa Saliaco . . . . Benedicti monachorum ducis militantes.

Auriscandus episcopus. † Jacub. S. † Bernardus. † Danihel.

Hoel, comes in villa Treguivat concessit pro se et pro sorore sua . . . Sancti Albini monachis modicum terre Gleveton Quinvaudi . . . ediensis villicus.

Data x kalendas junii, regnante Lothario rege, anno XVI regni sui.

Goscelinus monachus scripsi.

DCCCCVII. — 1082-1106. — NOTICE DU DON FAIT A SAINT-AUBIN DE DEUX PARTS D'UN MOULIN SIS A SAILLÉ. (Copie, B. N., français, 22329, fol. 460.)

Quidam homo nobilis, nomine Rohaldus, vicarius de Guarranda, donavit Deo et sancto Albino duas partes unius molendini in Salliaco siti, uxore ejus bono animo concedente.

Testes : Grafion, filius Morelli, et Daniel frater ejus, Bigot de Bogat, Serbo filius Goridem, Daniel, filius Rohaldi, filii Edeveni, Godefredus de Nigro Monasterio, filius Meliandi, qui vocatur Tison.

Cum autem Girardus abbas memoratum donum accepisset et de Guerrandia reverteret, venissetque Namneticam urbem, invenit ibi Gaufridum, fratrem [Rohaldi], qui etiam per preces abbatis libenter concessit elemosinam quam frater ejus Sancto Albino fecerat.

Audientibus et videntibus istis : Rotberto hospitalario, Girardo Bec Salé, Martino Gorganalt, Grafion . . . .

DCCCCVIII. — 1084-1112. — NOTICE DE LA CONFIRMATION PAR LES COMTES HOEL ET ALAIN FERGENT DES DONS FAITS A SAINT-AUBIN PAR BERNARD DE GUÉRANDE. (Copie, B. N., français, 22329, fol. 460.)

Noverint presentes et futuri quod miles quidam Bernardus, nomine de Guerranda, qui etiam clericus erat, monachus Sancti Albini Andegavensis devenit. Cujus precibus dominus suus, videlicet Hoellus comes, gratanter et libentissime supradicto Sancto in elemosyna concessit quidquid idem Bernardus et monachi ejusdem loci, dono vel emptione, in ipsa terra acquirere possent. Consuetudines etiam terre quam obtinebat similiter concessit.

Et hoc factum fuit dum idem Hoellus castellum de Ancenis obsideret..

Hoc viderunt et audierunt :

Motfridus, monachus Sancti Albini, Alanus filius comitis Rivalloni, Gaufridus Picola de Namnetis et alii plures.

Defuncto autem Hoello et Bernardo monacho, contumatia parentum ejusdem Bernardi memoratum donum cepit inquietare, quorum calumpnia adnichilata, Alanus Fergans elemosinam quam pater ejus monachis Sancti Albini dederat, iterum libentissime concessit.

Hujus rei testes sunt : Frioldus vicecomes de Dongia . . . Gaufridus Picola, Rohaldus vicarius de Guarranda, Terrannus Namnetensis.

PRIEURÉ DE SAINT-AUBIN-DE-LOCQUENAY

DCCCCIX. — 1126-1135. — NOTICE QUI RELATE L'ABANDON FAIT AUX MOINES DE SAINT-AUBIN PAR HERVÉ ALGORT DE LA CHAPELLE QU'IL AVAIT FAIT CONSTRUIRE CONTRE LEUR GRÉ A SAINT-AUBIN-DE-LOCQUENAY. (Archives de Maine-et-Loire, H. 1795. — Imprimé par Dom Piolin, *Histoire de l'Église du Mans*, IV, 524.)

Notum sit presentibus et futuris quod Herveus Algort quamdam capellam fecerat in parrochia Sancti Albini de Loconia contra calumpniam monachorum. Sed tandem resipiscens et jus monachorum recognoscens, per manus domni Widonis, Cenomannensis episcopi, ipsam capellam monachis modo dictis et dedit et concessit.

Hoc viderunt et audierunt isti, scilicet : Willelmus prior Sancti Audoeni, Arnulfus prior de Fraterniaco, Hubertus decanus de Alenthot, Rainerius decanus de Fraterniaco, Lambertus presbiter.

PRIEURÉ DE SAINT-BRÉVIN

DCCCCX. — 1104[1]. — CHARTE PAR LAQUELLE UNE NOMMÉE BARBOTA FAIT DON A SAINT-AUBIN DE L'ÉGLISE DE SAINT-BRÉVIN. (Triple original, Archives de Maine-et-Loire, H. 110, fol. 42, et H. 1781)

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus quod ego, Barbota, ecclesiam Sancti Brevenii per patrimonium habens, ita tamen quod in ecclesia illa qualemcumque capellanum volebam annuatim sive per mensem, nullo contradicente, ponebam. Sed, quoniam ex episcopi Nannetensis, Benedicti, et plurium relatione cognovi quod curia Romana pluribus conciliis omnibus episcopis preceperat ni ecclesiarum patrimoniales ecclesias suas monachis vel canonicis seu aliis Domino servientibus concederent, excommunicationis gladio, donec ad condignam satisfactionem venirent, percuterentur ; sed quia malui animam meam salvam facere quam gehennalibus tormentis in perpetuum tradere, consilio domini mei, Benedicti, Nannetensis episcopi, et amicorum meorum supradictam ecclesiam monachis Sancti Albini in perpetuum habendam concessi, ita tamen ut de duobus filiis meis, Eveno videlicet et Daniele, monachos facerent, mihi autem eorum procuratio, vita comite, daretur.

Qui, consilio abbatis sui, Girardi, et totius capituli et Nannetensis episcopi, Benedicti, assensu ibidem capellanum constituerunt, cui terciam partem tocius ecclesie beneficii concesserunt, duas vero partes monachi sibi retinuerunt.

(1) M. René Blanchard, à la page LVIII de son introduction au *Cartulaire des Sires de Rays* (1160-1449), qui forme le tome XXVIII des *Archives historiques du Poitou*, a déterminé très précisément pour cette pièce une date bien différente de celle (entre 1038 et 1049) assignée par Dom Morice aux fragments publiés par lui dans ses *Preuves* (I, 389). Avant lui, M. de la Borderie, en lui donnant place sous le numéro XXX de ses *Actes inédits des ducs de Bretagne*, l'avait à juste titre restituée à l'époque où Girard II fut abbé de Saint-Aubin.

Postea, cum amicis meis monachos humiliter requisivi ut terciam partem de duobus partibus suis filie mee, Domeline, quamdiu viveret, concederent. Si autem filia mea supradicta de marito suo masculum heredem haberet qui sacerdotale consequeretur officium, terciam partem illam et ecclesie capellaniam ei usque ad obitum monachi concederent; post obitum vero ejus, monachi et suam terciam partem haberent. Et donum ecclesie coram supradicto episcopo, Benedicto, libere et integre concessum est.

Et ut donum istud firmius et certius coram omnibus haberetur, et episcopus Nannetensis illud monachis ita semper custodiret, unum auri obolum, in festivitate apostolorum Petri et Pauli, monachi episcopo Nannetensi per singulos annos se reddituros spoponderunt.

Hoc viderunt et audierunt : Benedictus, Nannetensis episcopus, et Robertus archidiaconus et Rivallonus archidiaconus et commune capitulum Sancti Petri Nannetensis et Girardus, abbas Sancti Albini, et Ilduinus, prior Castri Gunterii, et Robertus le Bugle et Robertus, nepos episcopi, et Goscelinus de Mairone et Hates cellerarius et Petrus Calvus et Rainaldus filius Girberti et Gauterius de Lovennes et Garinus Filliolus, tunc temporis prior Sancti Brevenii, et plures alii.

Ex parte vero Barbote : Alanus, dominus Guirche, et Garsilius, dominus de Razais, et Judiquel Huelve et Radulfus de Corset et Evenus Gasmat et Paganus presbiteralis et Menus Rivalt et David clericus et Frero, frater ejus, et Daniel Ignero et alii quamplures.

PRIEURÉ DE SAINTE-COLOMBE

DCCCCXI. — 1157-1189. — NOTICE DE LA CONFIRMATION PAR ÉTIENNE DE BAZOUGES DU DON D'UNE MAISON FAIT A SAINT-AUBIN PAR GEOFFROY DE VERRIÈRES. (Copie, B. N., latin 17126, p. 143.)

Quoniam habundante . . . miles quidam, nomine Gaufridus de Verreriis, quando in monasterio nostro monachatum professus est dedit domum suam, annuente filio suo Simone majore natu . . . .

Quam elemosinam post ejus mortem Stephanus de Basogiis, ejus heres, concessit abbati Willelmo . . .

Testes : Hugo de Cleeriis, Matheus de Balgiaco et alii.

DCCCCXII. — 1157-1189. — NOTICE DE LA CESSION PAR LES MOINES DE SAINT-AUBIN D'UN TERRAIN SITUÉ EN FACE DE LA MAISON DE HUGUES DE CLEFS. (Copie, B. N., latin 17126, p. 143.)

Notum . . . quod quidam miles de Fissa, Lunellus nomine, accepit a Guillelmo abbate quandam plateam in virgulto nostro, quod est ante domum Hugonis de Cleriis, ad domum edificandam.

Testibus : Hugone de Cleriis, Stephano de Basogiis, Matheo de Balgiaco et aliis.

DCCCCXIII. — 1157-1189. — NOTICE DE L'ACCORD ÉTABLI ENTRE SAINT-AUBIN ET BERNARD CHALES RELATIVEMENT A LA TERRE DE PARIGNÉ. (Copie, Archives de la Sarthe, H. 291, nº 1.)

Memorie presentium et futurorum notum fieri volumus quod quedam contentio orta est inter monachos Beati Albini et Bernardum Chales super terram de Parigneio. Contentio autem in curia domini Stephani, regis Anglie siniscalli, hoc modo finem habuit : concordatum est siquidem ut prenominatus Bernardus, gratia

pacis et dilectionis, a priore Sancte Columbe singulis annis duos sextarios frumenti et duos sextarios hordei accipiat in octavis Nativitatis Beate Marie, et a Radulfo de Berges terram de Herois sibi et heredi suo in perpetuum habeat, sicut terra metata est coram Matheo, preposito de Balgeio, et coram Martino et Hamelino, tunc temporis existentibus prioribus Sancte Columbe et Cartiniaci.

Hoc viderunt et audierunt : Mauricius de Credone, Guillelmus de Hostilleio, Philippus de Saucoigneio, Sevinus lator, Gaufridus de Balgeio, Guillelmus Marguer ;

Ex parte monachorum : domnus Guillelmus abbas, Herbertus cellerarius, Gaufridus censerius, Gaufridus camerarius et alii multi.

DCCCCXIV. — Vers 1200. — ACTE PAR LEQUEL HAMELIN LE FRANC ET YVES, SON FILS, RENONCENT AUX TROIS REPAS ANNUELS QU'ILS RÉCLAMAIENT DU PRIEURÉ DE SAINTE-COLOMBE. (Copie, B. N., latin 17126, p. 143.)

Teneat . . . Hamelinus Francus et Ivo, ejusdem filius [1], tres annuas procurationes, quas feodaliter requirebant in obedientia Sancte Columbe, dimiserunt . . . .

Testes : Robertus de Festilleio, miles . . . .

(1) C'est sans doute cet Yves Le Franc qui épousa Avoise de Craon, veuve de Guy VI de Laval.

PRIEURÉ DE SAINTE-OPPORTUNE-EN-RETZ

DCCCCXV. — Vers 1045. — NOTICE DE L'ABANDON FAIT A SAINT-AUBIN PAR SIMON, FILS DE CAVAILLON, DE TOUS SES DROITS EN SAINTE-OPPORTUNE. (Copie partielle B. N., latin 17126, p. 162. — Imprimé par Dom Lobineau, II, 249, et par Dom Morice, *Preuves*, I, 387.)

Quidam miles, nomine Simon, filius Cavalloni de Sancta Opportuna, cum pro gehenne cruciatus timore, donavit Deo et sancto Albino ecclesiam Sancte Opportune, dominaturam scilicet suam quam habebat in ea, in altari et in sepultura, et medietatem dominice decime sue totius terre culte et colende de omni parrochia supradicte ecclesie, cum convenientia relique medietatis donande cum primum Deus affectum ei et commodum daret exinde.

Donavit et decimam annone et pisces duorum molendinorum de fluvio Bibere molentium.

Dedit quoque monachis, duobus locis, terram, uno prope ecclesiam, altero aliquantulum longius apud quendam locum, qui vocatur Fenestra, nulla consuetudine vel exactione retenta, sed sicuti ipse habebat, vel a se vel ab omnibus mortalibus immunem et quietam.

Dedit et pasnagium porcorum dominicorum monachorum in bosco Chortarguen, boscumque ipsum viridem et siccum, ad omnem necessitatem suam faciendam, pressulum quoque suum dominicum quod juxta ecclesiam Sancte Opportune erat positum monachorum usui dono concessit.

Addidit et suum auctoramentum ut quicquid decimarie fevalis parrochie monachi ab his qui illam tenerent dono vel emptione adquirere possent securi susciperent.

Interdixit etiam omnibus Sancte Opportune parrochiam habitantibus ut nullis aliis decimas venderent vel donarent nisi Sancti Albini monachis.

Hoc donum fecit assensu uxoris sue et filiorum et duorum

nepotum suorum, Elie et Alexandri, et gratanti auctoramento Budici, episcopi Nannetensis, comitisque ejusdem civitatis, Mathie nomine.

Testibus : Danihele et fratre ejus, Bernerio, Orrico, Glevehen, Jonargonio, Fridulfo et duobus cognatis suis, Haimone et Mainone, et aliis multis.

† Signum Mathie comitis Nannetis †.

DCCCCXVI. — 1050-1051. — NOTICE D'UNE RESTITUTION DE DÎMES FAITE A SAINT-AUBIN, GRACE A L'INTERVENTION D'AIRARD, ÉVÊQUE DE NANTES. (Copie, B. N., français 22329, fol. 461. — Imprimé par M. René Blanchard, *Revue de Bretagne, de Vendée et d'Anjou*[1], 1895, p. 341.)

Tempore Hairardi episcopi quo in diocesim suam ereptas ecclesie decimas aggressus est restituere decimaria, ut ita dicam, excommunicatione, tunc supradictus Simon adiit proinde Hairardum episcopum narravitque ei quomodo medietatem decime sue monachis Sancti Albini donaverat et quomodo eisdem, quam citius posset, medietatem ad tempus retentam se daturum promiserat.

Quod cum audisset episcopus, respondit quod monachi habebant ecclesie esse, seque libenter concedere ; partem vero, quam retinuerat sibi ipse monasterio reddendam esse, nisi periculum excommunicationis vellet incurrere, ut per se monachis, ecclesie scilicet servis conferrentur. Qua conditione audita, Simon decime medietatem, quam prima datione retinuerat, reliquit supradicto presuli, presul autem Sancti Albini monachis reddidit in manum.

Testes : Guillelmus archidiaconus, Alveus archidiaconus, Gradelon presbiter, Maino filius Gualonis, Haimo filius Rivallonis.

(1) Dans son savant travail sur *Airard et Quiriac, évêques de Nantes* (1050-1079), où il établit que le pontificat d'Airard n'est incontestable que pour les années 1050 et 1051, et que Quiriac, tout en étant qualifié d'évêque de Nantes dans un acte de 1059, n'agit réellement comme tel qu'à partir de 1061. C'est en adoptant ces conclusions que l'acte DCCCCXVI est daté ici de 1050-1051.

DCCCCXVII. — S. d. — NOTICE DE DIVERS DONS FAITS AU PRIEURÉ DE SAINTE-OPPORTUNE. (Copie, B. N., français 22329, fol. 462.)

Quidam miles, Domardus nomine, et uxor sua acceperunt societatem suam cum monachis Sancti Albini, quibus dedit decimam piscium de omni piscatura sua quam habebat in toto Bibere deditque medietatem aree sui claustri cum terra et decima totius claustri et partem sue decime totius terre insule Corset et burgi monachis Sancti Albini.

Lambertus Pictavus dedit decimam annone et piscium molendinorum super fluvium Bibere positorum . . . .

Berno donavit decimam terragii sue terre et sui complantatus et equarum suarum . . .

Judicalis de Glandia redidit eis de decima sue terre . . .

Normannus Barbicerius dedit tertiam partem decime unius bordagii et vinee sue . . .

Gauffridus Paragius decimam unius quarterii terre.

Post mortem vero Simonis, accepit Harscoidus, filius Domardi, filiam supradicti Simonis in uxorem cum tota possessione ejus. Qui et concesserunt . . .

Testes : Haimo, filius Audroeni, et Gaufridus, nepos ejus.

Ex suis : Mondulfus, filius Berni, et David, frater ejus.

DCCCCXVIII. — S. d. — NOTICE RELATIVE A UNE DÎME SUR SAINTE-OPPORTUNE. (Copie, B. N., français 22329, fol. 462.)

Monachi Sancti Albini habebant quandam decimam apud Sanctam Opportunam ex beneficio Gradelonis presbiteri, quam ipse donaverat eis pro filio suo Jarnegonio monachando pariterque pro seipso, quam Undiquellus Ruillon calumpniatus est ; et tandem per manum Alani, filii Arscoidi, ad cujus fevum supradicte decime pertinebat, in curia ejusdem contra eum ad placitum convenerunt . . .

Judicii auctores fuerunt : Friol de Migron, Autel . . . , cognomento Bognas, Judiquellus filius Huelini, Willelmus de Corseto, Paganus de Liurisat, Guinam de Pornit . . . .

PRIEURÉ DE SAINT-GAULT

DCCCCXIX. — 1087, après le 8 août. — NOTICE DU DON DE SAINT-GAULT FAIT A SAINT-AUBIN PAR FOULQUES BONNEAU. (Imprimé par Dom Piolin, *Histoire de l'Église du Mans*, III, 673, d'après une copie de Dom Thareau.)

Ne forte tempore aliquo prosperitatis vel adversitatis malevolorum stimulata invidia calumniandi excitet insidias, muneris quod Fulcoius Bonellus Deo et sancto Albino, pro peccatorum suorum indulgentia, obtulit, hanc posteris nostris velut memoriam et contra adversariorum omnium calliditates munimen firmissimum relinquimus chartulam.

Cognoscant igitur omnes quod Fulcoius Bonellus, pro anime sue remedio, ecclesiam Sancti Galli, cum toto burgo et cemeterio, sepultura, decima, sacrilegii medietate — altera enim episcopi Cenomannensis est — pasnagio, sanguinis vel alicujus forsfacti duabus partibus — tertiam enim Marese, Viviani amita, habet — medietatem etiam cujusdam molendini, cujus altera medietas Roberti Crassi est, si non ante mortem, post mortem suam.

Hec omnia que supra Deo et sancto Albino donavit ; et quidem adeo ut nec presbiter in ecclesia esse, nec villanus in burgo habitare audeat, nisi cui monachi concesserint. Excepto quod ipse Fulcoius et Gaufridus Billonus, ipsis monachis concedentibus, domum unam sibi edificaverunt ; et, cum alter obierit, partem suam alteri relinquet ; post mortem autem utriusque et hanc habebunt et sic cuncta integre possidebunt.

Et huic dono alacriter consensit uxor sua, Agnes . . . .

Actum Andegavis, in capitulo Sancti Albini, anno ab incarnatione Domini MLXXXVII, in presentia domni Girardi abbatis, anno ordinationis suae sexto[1].

(1) Nous nous gardons bien de reproduire les lignes qui, dans l'*Histoire de l'Église du Mans*, font corps avec les précédentes. On les trouvera en effet imprimées dans le *Cartulaire du Ronceray*, où elles constituent la charte 364. Elles n'ont aucun rapport avec Saint-Aubin.

PRIEURÉ DE SAINT-NAZAIRE

DCCCCXX. — 1082-1106. — NOTICE DE LA FONDATION DU PRIEURÉ DE SAINT-NAZAIRE. (Copie partielle, B. N., latin 17126, fol. 161. — Imprimé par Dom Morice, *Preuves*, I, 453.)

Quidam vir nobilis, dictus Friol, cum duobus filiis suis, Rohaudo scilicet et Gaufrido, et frequentia militum suorum in domo monachorum apud Daingiam residens, donavit Deo et sancto Albino et Girardo abbati capellulam quamdam, apud Sanctum Nazarium in honorem Sancti Johannis Baptistae constructam, et vineas et terram arabilem . . . . Et de parochia Sancti Nazarii illam partem decime quam ipse habebat in duabus annonis, scilicet in frumento et in sigula, furnulum in burgo . . . .

Et instituit ibi forum in festivitate sancti Johannis Baptistae.

Et omnia forsfacta et omnes consuetudines, sicut ipse habebat, de tota terra nostra concessit. Et si aliquis de hominibus nostris forsfactum fecerit ipsi vicecomiti aut alicui de suis, ipse vicecomes et homines sui in curia nostra rectum recipient de hominibus nostris.

Hujus donationis testes sunt : Deliam et Tangui filii Ascoiti, Morald filius Agam . . . . rbo vicarius Lirinis, Daniel et Praaniel, Hauslinus filius Main.

Ex parte monachorum : Rotbertus presbyter de Gastro Gunterii, Beringerius ejus armiger, Frotmundus filiastrer Herberti de Bramio, Walterius Bornitus, Hilarius Barratus, Constantinus cocus.

Postea vero quidam vir nobilis et dives, nomine Deliam, venit ad Girardum abbatem, et donavit Deo et sancto Albino suam partem piscium de stanno quod vocatur Fulchio. Fulchio vero ipse, ad extrema perductus, dedit quartam partem piscium.

Testes : Friol vicecomes, et Hubaldus frater Pagani presbyteri . . . .

Quidam miles, Thomas nomine, terrulam unam que est inter ecclesiam Sancti Johannis et Sancti Nazarii calumpniabat. Quod audiens vicecomes Frioldus jussit illum apud Dongiam convenire.

Affuerunt Roaldus et Gaufridus filii Frioli, Evanus prepositus, Daniel filius ejus, Roaldus filius Ricanni, Mauritius filius Morvanni, Dirianus filius Ascuti, Goslenus filius Maini, Rivallonus de Faiaco, David Bernerii . . . .

DCCCCXXI. — 1116, V. S., 22 janvier. — ACTE PAR LEQUEL BRICE, ÉVÊQUE DE NANTES FAIT UN DON SUR SAINT-NAZAIRE A SAINT-AUBIN. (Copie, B. N., latin 17126, p. 161.)

Briccius, Nannetensis episcopus, Ar[chembaldo], abbati Beati Albini concessit ea que Robertus, canonicus et archidiaconus Sancti Petri Nannetensis, tenuit in vita.

Facta Andecavis, in capitulo Sancti Albini, in presentia dicti Ar[chembaldi], anno MCXVI, indictione IX, XI kalendas februarii, regnante Ludovico, Francorum rege, Pascali papa.

DCCCCXXII. — 1157-1189. — CHIROGRAPHE PORTANT QUE JEAN CHOMOUT S'ÉTANT DONNÉ A SAINT-AUBIN AVEC TOUT CE QU'IL POSSÉDAIT, REÇOIT DE L'ABBÉ GUILLAUME L'OBÉDIENCE DE SAINT-NAZAIRE, A LA CHARGE DE FOURNIR CHAQUE ANNÉE A L'ABBAYE MILLE BEAUX OIGNONS [1]. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 110, fol. 31.)

Sciant presentes et presentium successores quod Johannes, filius Willelmi Chomout, veniens in capitulum Sancti Albini, se et sua adquisita et adquirenda Deo et sancto Albino condonavit.

Ego vero, Willelmus, Dei gratia ejusdem monasterii dictus abbas, totusque fratrum conventus concessimus ei obedientiam nostram de Sancto Nazario, cum omnibus que ad eam pertinent vita comite possidendam, tali siquidem conditione ut unum de

(1) Une traduction française de cet acte a été publiée par M. Marchegay, à la page 195 du tome IX du *Bulletin de la Société archéologique de Nantes*.

monachis nostris secum ibidem honeste teneat, dando ei omnia in victu et vestitu necessaria.

Preterea annuatim in Nativitate sancti Johannis Baptiste reddet cellerario nostro Andegavis mille sepias magnas et bonas, et decem solidos in festo sancti Clari et duodecim denarios armario et brevigero denarium.

Si vero fratres nostri gratia hospitandi ad eum diverterint, ab eo cum honore et reverentia suscipientur.

Nec silendum est quod obedientiam predictam ab omni debito adquitabit, redditus et possessiones obedientie pro posse suo in bono statu conservabit.

Sciendum quippe quod si episcopus Nannetensis nos ad tenendum duos monachos in eadem obedientia compellere voluerit, suprascriptus Johannes compulsionem domini episcopi pacificabit vel duos monachos secum tenebit.

Nos vero, si ex parte alicujus monachi nostri aliquod ei gravamen inciderit vel contra eum appellatum fuerit, pactionis prescripte testes erimus et defensores.

Hec omnia sicut suprascripta sunt sepedictus Johannes se fideliter observaturum jurejurando super textum Evangelii propria manu confirmavit.

Hujus rei testes sunt: in primis domnus Willelmus abbas, Garinus prior claustri, Isembardus, Johannes cantor, Gaufridus de Virgal, Gaufridus Tiremosche, Gaufridus sacrista, Rainaldus de Baloria, Gaufridus cellerarius, Guillelmus censerius, Gaufridus Cormerel, Petrus Encombre Rue, Gaufridus de Alenceio, monachi.

De clericis : Daniel canonicus Guerrande, Willelmus canonicus Guerrande, Guillelmus Comout et plures alii.

DCCCCXXIII. — 1178. — LETTRES DANS LESQUELLES L'ÉVÊQUE DE NANTES, ROBERT, RELATE L'ACCORD ÉTABLI ENTRE LE PRIEUR DE SAINT-NAZAIRE ET LE CHAPELAIN DU LIEU. (Copie de Marchegay, B. N., français, nouv. acq. 5027, fol. 402, d'après une copie de Dom Thareau ; copie partielle dans ms. latin 17126, p. 161. — Imprimé en partie par Dom Lobineau, II, 348, et par Dom Morice, *Preuves*, I, 671.)

Ego, Robertus, Dei gratia Nannetensis episcopus tam presen-

tibus quam futuris notum fieri volo quod cum inter Fromundum, priorem Sancti Nazarii, et Matheum, ejusdem ecclesie capellanum, controversia de redditibus ecclesie et maxime de confessionibus Quadragesime et Pasche diu agitaretur, tandem, Deo annuente, in presentia nostra ad istum compositionis modum devenerunt.

Matheus medietatem predictarum confessionum monachis dimisit de qua ego Robertus, recognoscens jus esse monachorum cum annulo meo domnum Guillelmum abbatem, Matheo annuente, investivi. Abbas vero, postquam investituram habuit, eamdem medietatem predicto Matheo quamdiu viveret concessit, tali conditione ut feria secunda post Pascha reddat idem Matheus singulis annis priori obedientie quinque solidos de recognitione. Matheo autem decedente vel aliquo casu ecclesiam dimittente, predicta medietas priori et successoribus suis integre revertetur; illius etiam partis quam Guillelmus, filius Roaldi de Ledai, accipit in ecclesia, habebunt monachi sextum et septimum.

Preterea de omnibus oblationibus que in ecclesia Sancti Nazarii quocunque modo offerentur, habebunt monachi medietatem, excepto percursu mortuorum, baptisteriis et visitationibus infirmorum, et excepta oblatione Roaldi et uxoris ejus que solius erit capellani.

Capellanus habebit primum legatum quod legabit infirmus; secundum vero, si secundum fuerit, erit monachorum.

Nummi autem illi, qui pro capitibus offerentur, qui vulgo capitalia nuncupantur, videntibus monachis et capellano, super altare in quodam scrinio reponebantur, quod amodo ne fiat sub anathemate interdicimus. Scrinium vero supradictum cum dominica cruce in conclavi reservetur donec inter priorem et capellanum quod intus fuerit equaliter dividatur.

Statuimus etiam ut in omnibus precipuis solempnitatibus, prior, si sacerdotio fungitur, missam dominicam celebret, vel aliquis sociorum ejus. Missa autem expleta, prior et capellanus nummos de oblatione et de capitalibus equis inter se portionibus dividant clericisque ecclesie servitoribus, prout ratio exigerit, de communi tribuant . . . .

Factum est hoc in capitulo sancti Mauricii Andegavensis, in presentia nostra et domni Guillelmi abbatis, anno ab Incarnatione MCLXXVIII, die quarta post consecrationem Radulfi, episcopi Andegavensis.

Presentibus istis :

Ex parte Mathei : Ysore decano, Bernardo thesaurario, Petro de Dynan, Oliverio de Vitrio, canonicis Nannetensibus ;

De monachis : Roberto magistro priore, Gaufrido de Vergal, Rainaldo Erraut, Herberto Chanillé, Petro Billon, Fromundo priore Sancti Nazarii et aliis multis.

Ut autem hoc ratum maneat in posterum sigilli nostri munitum est auctoritate.

PRIEURÉ DE SAINT-RÉMY-LA-VARENNE

DCCCCXXIV. — 1190, 12 juin. — CHARTE PAR LAQUELLE L'ABBÉ JACQUELIN CONCÈDE POUR SIX ANS A ARTAUD, CLERC DU PRÉVÔT D'ANGERS, MOYENNANT SOIXANTE LIVRES, LA MÉTAIRIE DE LANDEVER. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 368.)

Jaguelinus, Dei gratia dictus abbas Sancti Albini Andegavis, totusque fratrum conventus omnibus fidelibus ad quos littere iste pervenerint, salutem.

Notum vobis facimus nos in plenario capitulo concessisse Artaudo, clerico Bartholomei Rollant, tunc temporis prepositi Andegavis, meditariam nostram de Landever cum molendino et pratis et vineis et omnibus que ad eam pertinent, possidendam per sex annos pro sexaginta libris Andegavensis monete, quas nobis accommodavit, sic videlicet ut, expletis sex annis, soluta sit ab isto debito et quieta.

Exinde supradictus Artaudus prefatam meditariam cum omnibus pertinenciis suis vita comite possidebit, tenendo eam in bono statu, reddetque annuatim abbatie, in festo sancti Clari, centum et decem solidos Andegavenses de firma, et nos liberi erimus de quinquaginta solidis annue pensionis quam ei reddere solebamus. Sciendum vero est quod si jamdictus Artaudus infra sex primos annos ab hac vita, Deo vocante, migraverit, de residuo pecunie nobis accommodate, de qua solutionem non habuerit, et de omni mobili suo quod in supradicta possessione inventum fuerit, exceptis octo bobus et sufficienti semine ad seminandam terram illo anno que debet abbatie relinquere, faciet quod voluerit.

Actum est hoc in communi capitulo, anno ab incarnatione Domini MCXC, pridie idus junii.

Hujus rei testes sunt :

De monachis : Odo, magister prior, Hutbertus, prior claustri, Gaufridus sacrista, Hamelinus, frater abbatis, Johannes cantor,

Gaufridus armarius, Lambertus Mala Herba, Nicholaus cellararius, Rotbertus de Glane, Johannes Sapiens et plures alii.

De clericis : Gaufridus de Alneriis, Martinus Burgundio, magister Judicael, Guillelmus de Scannis, Petrus de Azaio, Artaudus de Treviis.

De laicis : Bartholomeus Rollant, tunc temporis prepositus Andegavis, Johannes Gren, Gaufridus Melion, Gaufridus Budois, Bernardus Quemol, Gaufridus de Sancto Albino, Robinus Sapiens, Gaufridus Nogue, Durandus de Pinceio et multi alii.

PRIEURÉ DE SAUGÉ-AUX-MOINES

DCCCCXXV. — 1120-1127. — NOTICE RELATANT L'ACCORD ÉTABLI ENTRE SAINT-AUBIN ET GUÉRIN DE CHAVAGNES AU SUJET DE TROIS ARPENTS ET DEMI DE VIGNES ET DE TERRE SIS A SAUGÉ. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 371.)

Tempore Hamelini abbatis fuit contentio inter monachos Sancti Albini et Guarinum de Cavagniis Hugonemque, fratrem ejus, pro tribus arpentis et dimidio vinearum et terre qui sunt apud Calgiacum, ante portam monachorum, quos isti duo fratres monachis calumpniabantur.

De qua calumpnia talis tandem concordia facta est :

Venerunt predicti duo fratres in capitulum Sancti Albini coram supradicto abbate et conventu cenobii, ibique calumpniam supradictorum trium arpentorum et dimidii dimiserunt ex toto in perpetuum.

Pro qua dimissione predictus abbas et monachi dederunt eis similiter in perpetuum, ipsis et heredibus eorum, unum arpentum terre qui est ad fontem illius ville, quietum ab omni consuetudine preter quatuor denarios de censu et rectam decimam.

Hujus concordie testes : Harduinus siniscallus de Blazono, Britellus filius Ansaldi, Johannes Servisect, Brexellus portarius.

DCCCCXXVI. — 1127-1154. — BAIL A CENS CONSENTI PAR SAINT-AUBIN A GUÉRIN DE CHAVAGNES, D'UNE MAISON SISE A SAUGÉ. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 371.)

Abbas Robertus et monachi Sancti Albini vendiderunt Guarino de Cavagniis unam domum que est prope monasterium illorum, que fuit Adelardi Pugilis, ita ut habeat eam libere et possit eam dare vel vendere cui voluerit, redditurus inde quatuor denarios de censu, et per singulos annos unum hominem uno die in prato.

Hanc igitur domum ita illi in communi capitulo concesserunt.

Audientibus et videntibus : Pislardo canonico, Suplicio fratre Babini cangiatorii, Fulcrado corvesario, Burchardo corvesario.

PRIEURÉ DE SERMAISE

DCCCCXXVII. — 1082-1106. — NOTICE DE LA RATIFICATION DE LA POSSESSION DE L'ÉGLISE DE SERMAISE ACCORDÉE A SAINT-AUBIN PAR LES DEUX FRÈRES QUI EN ÉTAIENT SEIGNEURS. (Copie, B. N., latin 12658, fol. 163.)

Omnibus ad vera perfectaque bona pia operatione tendentibus terrena nihil esse videntur quocirca eorum largitione seu contemptu illud unum quod sufficit sibi conantur adipisci.

Horum itaque intentioni concordantes, Hucbertus et . . . . , fratres, ecclesiam de Sarmasiis, sicuti antea tenuerant, solidam et quietam monachis Beati Albini donaverunt, cum omnibus ad ipsam ecclesiam pertinentibus , excepta decima panis et vini quam sibi retinuerunt.

Et, ut locus ubi prefata ecclesia sita obedientia fieret et monachi ibidem conversantes ampliorem haberent substantiam, predictum donum de terris et vineis augmentaverunt ; et, eodem in loco furnile statuerunt quod esset in dominio ipsorum monachorum ; insuper et eis concesserunt quidquid, dono vel emptione, ab hominibus sue terre adquirerent, ita tamen ut consuetudinem et servitium suum minime perderent.

Causa hujus doni confirmandi in capitulo Beati Albini ambo predicti fratres venerunt atque ipsum donum in manum Girardi abbatis miserunt ac deinde super altare jamdicti Sancti posuerunt.

Audientibus et videntibus istis : Fulcone de Minca, Roberto filio ejus, Harduino de Glena, Rainardo Grafart, Gaufrido scutario.

De familia Sancti Albini ibidem affuerunt : Rotbertus de Treviis, Paganus cellararius, Aldulfus corvesarius, Hatto filius Gervasii, Gervasius mariscallus, Firmatus, Walterius de Calciata, Gausbertus Aquila, Walterius Oisel, Robertus Granet.

DCCCCXXVIII. — 1098, 25 septembre. — NOTICE DU DON D'UNE MÉTAIRIE FAIT A SAINT-AUBIN PAR THIBAUT L'ENFANT. (Copie, B. N., latin 17126, p. 81.)

Anno MXCVIII, VII kalendas octobris, Tetbaldus Infans, nepos prescripti Tetbaldi[1], venit in capitulum Sancti Albini, donavit Sancto Albino totam terram que Medietaria Legardis vocabatur, juxta terram monachorum, et concessit Tetbaldus cuncta que antecessores sui donaverant, et beneficium ab abbate Girardo accepit.

Actum sub Philippo, Francorum rege, anno regni ejus XXXIX, Urbano papa, Andecavensi ecclesie presidente Gaufrido Hugonis, in comitatu Andegavensi Fulcone Juniore.

(1) Ce Thibaut auquel il est ici fait allusion, est l'auteur de l'un des dons relatés dans l'acte CCLXIX.

[library stamp]

PRIEURÉ DE SIGNÉ

DCCCCXXIX. — Vers 1110. — NOTICE DU DON FAIT A SAINT-AUBIN PAR GIRARD DES MORTIERS, DE LA DÎME DE LA TERRE DE CE NOM ET DE CELLE DE CHANTELOUP, ET DE L'ÉGLISE DE SIGNÉ. (Copie B. N., latin 12658, fol. 164.)

Quoniam ea que hodie facimus, cras aut vix aut nunquam fecisse confitemur.

Idcirco litterarum memorie tradere dignum duximus quod Girardus de Morters, gravi tactus incommodo, dedit Deo et sancto Albino et monachis ejus, pro remedio anime sue parentumque suorum, totam terram que appellatur Chanta Lupus, solidam et quietam, sicut ipse habebat, absque alicujus participatione in terra aut in decima.

Dedit etiam supradictus Girardus decimam de tota terra de Morters et ecclesiam de Chigneio atque unum fornile in supradicta villa.

Concedentibus hec uxore sua et filiis, Gauterio de Locae et Hamelino clerico, qui postea fuit monachus noster et abbas [1], et filia ipsius Girardi, Ermengarde, uxore Godefredi.

Hoc viderunt et audierunt : Algerius monachus, tunc temporis prior de Lusdo, Paganus Alerici, Stephanus Pampar. . . Petrus Calvus, monachi ;

De laicis : Fulcherius Eglans, Hugo Adobé, Lancelinus presbiter de Lusdo, Hugo Barba, Normannus de Bractel, Hucbertus Lancelini, Gauterius carnifex, Benedictus Berlor, Drogo de Morters, filius supramemorati Girardi Bastart, qui terram illam monstravit et perchauchavit.

(1) Hamelin fut abbé de Saint-Aubin de décembre 1120 au 15 mai 1127. Il est important de signaler cette mention, grâce à laquelle on constate le laps considérable de temps écoulé entre la donation de Girard et la confection de la notice, destinée à en perpétuer la mémoire.

PRIEURÉ DE TRÈVES

DCCCCXXX. — 1103, 23 mars, Saint-Aubin ; 29 mars, Saint-Maurice. — NOTICE AVEC SCEAU ET CROIX AUTOGRAPHES DANS LAQUELLE LES MOINES DE SAINT-AUBIN RELATENT L'ABANDON FAIT PAR FOULQUES NERRA DES COUTUMES NOUVELLES IMPOSÉES PAR SES GENS A CEUX DE L'ABBAYE, ABANDON RATIFIÉ PAR GEOFFROY MARTEL. (Original, Cabinet de M. Charles d'Achon.)

Andecavensis comes, Fulco, nepos Jofredi Martelli, dimisit et condonavit Deo et sancto Albino et monachis ejus, in presentia Girardi abbatis, quasdam novas consuetudines quas homines et forestarii sui imponebant violenter eisdem monachis, exigentes ab eis pasnagium in ea parte Valeie que adjacet Varenne et Treviis, de dominicis porcis obedientiarum eorum que ultra Ligerim et citra sunt, et ad hujus dimissionis firmamentum fecit idem Fulco comes signum crucis in parcameno, sicuti inferius videtur.

Hujus rei testes sunt :

De hominibus comitis : Petrus de Sancto Christophoro siniscallus ejus, Stephanus Bauthans, Simon Enisant, Willelmus de Mangé, Arrabi de Molinherne, Petrus et Bernardus capellani.

De hominibus Sancti Albini : Paganus de Jucelia, Gervasius prioris famulus.

Actum Andecavis apud monasterium Sancti Albini, anno ab incarnatione Domini MCIII, indictione XI, X kalendas aprilis, feria II post Ramos Palmarum [1].

Post septem verò dies, id est die sancto Pasche, predictum donum, vel potius dimissionem injuste rei, concessit Gosfredus, major Fulconis comitis filius, in claustro Sancti Mauricii ; cui, ut hoc concederet, dedit abbas Girardus unum palefridum. Fecit autem et ipse supradictam rem confirmando signum : †, sicuti inferius est.

(1) Ces synchronismes sont précieux car, ils montrent qu'en Anjou, en 1103, on n'avait pas encore adopté le style de Pâques.

Presentibus monachis Sancti Albini : Archenbaldo priore, Rotberto hospitario, Harduino elemosinario.

Hoc autem viderunt et audierunt Gosfredus filius Brientii, Rainaldus Orphanus frater Bellaii, Gulferius filius Rainaldi Maingot, Petrus Rubiscallus, Carbonellus de Sancto Michaele, Fulco Arribart, Fulbertus pelletarius.

De hominibus Sancti Albini : Warnerius cellararius, Rotbertus prepositus, Constantinus Carbonellus, Rainaldus Recordellus, Paisant, Hainricus cementarius.

Signum	Fulconis	Signum	Jofredi
co	mitis	filii	Fulconis

DCCCCXXXI. — 1114, 21 novembre, Trèves. — NOTICE DU DON FAIT A SAINT-AUBIN PAR GEOFFROY FOUCRÉ, SEIGNEUR DE TRÈVES, DE TOUTES LES COUTUMES DUES PAR LES HOMMES DES MOINES DANS LA TERRE DE TRÈVES. (Copie du XVIIIe siècle, Cabinet de M. d'Achon.)

Noticie presentium futurorumque mandare decrevimus quia Jofredus Fulchradi, dominus Castri quod dicitur Trevias, aliquando divino timore compunctus, Deo et sancto Albino ejusque monachis perpetualiter remisit omnes consuetudines et vicariam quam habebat in plesseyo Sancti Albini, apud Clementiniacum, ita etiam ut villani qui in terra de Clementiniaco manserint unusquisque cum dimidio arpento sue terre seu vinee que illi monachi tradiderint, sit liber ab omni vicaria.

Igitur hanc rem sicut eam idem Jofredus Sancto Albino donavit, ta illam Burgondia, uxor ejus, concessit, et filia ejus, Johanna. Hujus rei donum ipse Jofredus super altare Sancti Albini apud Trevias cum uno cultello misit, presentibus monachis Sancti Albini Rotberto, filio Bernerii, et Guarino de Blazone, preposito illius loci, qui pro hac re eidem Jofredo triginta et quinque solidos de caritate dedit, et fratri ejus, Haimerico, unum sextarium avene et vicario ejus, Odoni des Mals, quinque solidos.

Actum apud Trevias, anno ab incarnatione Domini MCXIV, indictione VIII, die festi Sancti Thome apostoli.

Hujus rei testes sunt : Eblo de Gena, Haimericus Puer, Haimericus de Gena, Hugo senescallus, Joannes Tiramusca, Odo des Mals, Guillermus Gastinellus, Haimericus frater Hugonis de . . . , Barbotinus prepositus, Durandus Lancea Acuta, Antelmus, Andreas Berlut, Guillelmus presbiter.

Guillelmus Crispinus, qui filiam predicti Jofredi debebat accipere, supradictam rem Sancto Albino concessit, presente Garino monacho et Joanne Tiramusca atque Ernaldo venatore.

DCCCCXXXII. — 1129, 29 mai. — NOTICE DANS LAQUELLE LES MOINES DE SAINT-AUBIN RELATENT LES CONCESSIONS SUCCESSIVES FAITES PAR EUX DANS LEURS FORÊTS AUX COMTES D'ANJOU, ET LA SENTENCE PAR LAQUELLE GEOFFROY PLANTAGENET MIT UNE LIMITE AUX EMPIÉTEMENTS DE SES GENS. (B. N., latin 17126, p. 325. — Imprimé par Marchegay, *Bibl. de l'École des Chartes*, XXXVI, p. 426, d'après une copie de Thorode, faisant partie du cabinet Grille.)

Curtem que vocata est olim Clementiniacus, in qua modo castellum quod dicitur Trevias situm est, regum Francorum munere, cum aquis et silva Valeie, que est de regione ipsius curtis, Sancto Albino datam esse, antiquorum verbis et scriptis instructi cognoscimus.

Et eodem modo curtem Chiriaci, que nunc Varenna dicitur, Sancto Albino Sanctoque Licinio, cum terris et pratis et aquis et silva, a Fulcone comite, qui Rufus dictus est, collatam esse non ignoramus. Partiti sunt autem abbates duarum ecclesiarum terras et aquam et sylvam predicte curtis, ut unaquaque ecclesia suam partem per se haberet, ut antiquorum scripta testantur.

Et partem quidem Sancti Licinii dominus Blazonis, qui velut abbas et tutor illius ecclesie est, ad defendendum suscepit ; pars vero Sancti Albini sub custodia comitis Andegavensis fuit, sicut et omnes alie res totius abbatie.

Denique Gosfredus comes, Grisagonella cognominatus, a Lotha-

rio, Francorum rege, qui ultimus de familia Caroli Magni regnavit, et ab Hugone, Francorum duce, abbatiam Sancti Albini petiit et impetravit, eo tenore, ut eam ille et posteri ejus nequaquam minuerent, sed ut magis augerent et defenderent. Qui statim, inde ejectis canonicis, monachos regulariter viventes intromisit, ac res sancti, quandiu vixit, cum optima conjuge sua, Adela comitissa, ampliavit et custodivit.

Cujus filius, Fulco Jherosolimitanus Senior, res et ipse Sancti Albini a raptoribus optime custodivit.

Cum igitur monachi in Valeia, antiquorum munere principum, magnas partes per loca haberent, hunc Fulconem comitem sue partis que in tota Valeia erat custodem posuerunt, ut partis Sancti Albini dimidiam partem silve haberet comes, et aliam monachis tutaretur; terra vero culta et inculta et prata et aque et molendini et piscatorie et aquarum decursiones eis perpetuo, sicut ea antea habuerant, manerent. Si vero aliquo modo silva, de parte eorum que erat vel fuerat, extirparetur, terra plana Sancto Albino remaneret. Porro de omni silva que Sancti Albini erat vel fuerat, dimidiam partem pasnagii haberent, et ipsam silvam semper ad usus proprios acciperent.

Ergo predictus comes longo tempore silvas et alias Sancti Albini res optime custodivit; sed postea, non bona societate usus, forestarios Sancti Albini de Valeia et de Cathiis et de Mosterolio ejecit, dicens se fore forestarium Sancti Albini et se solum ad id opus sufficere posse. In Cathiis quippe unam leugam et in silva Mosterioli, que postea Verraria dicta est, aliam habebant, et Lauthonium totum sine calumpnia possidebant.

Iterum, monachi illius temporis vicarios comitis in Mairono et in Alodis et in aliis suis possessionibus, que prius omnino liberrime erant, sua sponte posuerunt; quas longo post tempore cum comites Andegavenses, vicecomiti de Toarcio et domino Monsterioli et aliis baronibus per singula loca dedissent, ex tunc multiplicata sunt adversus eos innumera mala.

Tempore igitur Fulconis comitis Junioris Jherosolimitani, prepositus de Bello Forti et forestarii de Valeia ceperunt monachos Sancti Albini graviter vexare, dicentes ad jus comitis, et non ad

monachos, pertinere terram que in bosco Sancti Albini, silva extirpata, plana remanserat. Et cum eam monachi jure repeterent et excolere vellent, illi homines eorum et boves et vaccas capiebant et redimere faciebant.

Quapropter Robertus, abbas Sancti Albini, adiit comitem Gosfredum, Fulconis Junioris Jherosimitani filium, clamorem de hominibus ejus super predicta injuria faciens. Qui, audito clamore, constituit diem quo, in presentia sua, apud Bellum Fortem, congregatis hominibus suis, abbas et monachi adessent et justo judicio hec controversia finiretur.

Ad constitutum diem venit comes, cum aliquot de baronibus suis, et jussu ejus congregati sunt in conspectu suo, apud Bellum Fortem, cum preposito ipsius castri, segrearii et forestarii Valeie; et, presente abbate Roberto cum aliquot de monachis suis, adjuravit comes segrearios et forestarios, qui ab infantia nutriti erant in predicta silva et bene rem noverant, ne super hac re mentirentur, nec jura comitis monachis relinquerent, neque rectitudinem monachorum comiti adscriberent, sed in utraque parte veraces, consuetudinem antiquam, que temporibus predecessorum suorum in eadem silva fuerat, fideliter proferrent.

At illi, hac conjuratione constricti, silvam quam diximus Sancti Albini, sicut superius errarratum est, palam esse censuerunt, et ita consuetudinem huc usque extitisse ut, extirpata quoquomodo silva, terra monachis quieta remaneret.

Quo audito, comes planam terram Sancto Albino, ut prius erat, reddi jussit, et ne amplius silva extirparetur vetuit; precepitque hominibus suis ut limites inter silvam et planam terram[1] ponerent quatenus monachi planam terram haberent et de silva ad usus proprios acciperint, sed eam nec ipsi, nec alii, ulterius extirparent aut dextruerent. Non tacuerunt autem abbas et monachi quia si, contra vetitum comitis, aliquando silva quoquomodo extirpata fuerit ultra limites, etiam ipsi ultra supradictos limites rectitudinem ecclesie Sancti Albini expostulabunt et, Deo annuente, perpetuo obtinebunt.

(1) Les cinq mots qui suivent ont été omis par Marchegay.

Huic visioni, huic auditioni, huic limitationi, cum Gosfredo comite, affuerunt proceres : Rainerius de Fulgeriaco, Gosfredus Fulcradi, Rollandus de Monte Rebelli, Carbonellus de Sancto Michaele, Paganus Borrellus et filius ejus, Peloquinus de Luigniaco.

Cum abbate vero supranominato affuerunt monachi : Gosfredus de Trochia, Gosfredus de Cellula, Rainaldus Recordellus.

Famuli autem eorum fuerunt : Rainaldus Vitulus [1], Artuisius cementarius, Gosbertus cocus, Peloquinus de Sancto Johanne, Stephanus Diablellus, Frotgerius filius Fulcradi.

De ministris siquidem comitis et forestariis et sagittariis, qui silvam et terram comiti ostenderunt et testimonium supradictum cum proceribus supradictis dederunt fuerunt : Robinus prepositus de Bello Forti, Bernardus venator, Gosfredus Malmuchon, David de Lorria, Paganus de Focario, Adelinus Corda, Guillelmus Bobels, Andreas Gibosus, Rainaldus Marescot, Tetbaldus de Ruella, Lohaldus, Johannes forestarius, Adelardus de Chimentis [2], Aimericus Godefredi.

Hoc actum est anno ab incarnatione Domini MCXXIX, indictione VII, IV kalendas junii.

DCCCCXXXIII. — 1143, Baugé. — LETTRES PAR LESQUELLES GEOFFROY PLANTAGENET, EN RELATANT COMMENT LES MOINES DE SAINT-AUBIN ONT CONFÉRÉ A SES PRÉDÉCESSEURS DES DROITS SUR CERTAINS DE LEURS BIENS, LEUR RÉSERVE EXPRESSÉMENT LA PROPRIÉTÉ DE CERTAINS AUTRES ET DIVERSES JOUISSANCES SUR CEUX CÉDÉS. (Copie, B. N., latin 17126, p. 327.)

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Ego, Gaufredus, Andegavorum comes, filius Fulconis regis Jerosolimitani, presentibus atque futuris notum facio curtem Chiriaci, que nunc Varenna dicitur, regum Francorum munere cum aqua et silva Valeie, que est e regione ipsius curtis et pratis et

(1) La copie suivie par Marchegay donne : « Vetulus ».

(2) L'édition de Marchegay donne « de Chunentis ».

terris, Sancto Albino datam fuisse, et a Fulcone comite, qui Rufus dictus est, postea concessam esse.

Denique Gaufridus, Grisa Gonella cognominatus, a Lothario, Francorum rege, qui ultimus de progenie Karoli Magni regnavit, et a Hugone, Francorum duce, abbatiam Sancti Albini petiit et impetravit, eo tenore ut eam ille et posteri ejus nequaquam minuerent, sed magis augerent et defenderent.

Qui statim, ejectis inde canonicis non canonice viventibus, monachos ibi regulariter viventes intromisit et possessiones Beati Albini quandiu vixit, cum optima conjuge sua, Adela comitissa, ampliavit et custodivit.

Cujus filius Fulco Jherosolimitanus Senior abbatiam et possessiones ejus viriliter custodivit.

Cum igitur monachi Beati Albini, ut premisimus, in Valeia maximas dominicaturas per loca haberent, videlicet in vallia Treviarum, et in vallia de Varenna, et in bosco de Chehenes et dominicaturas suas a raptoribus custodire non valerent, hunc Fulconem comitem prenominatarum dominicaturarum custodem esse deprecati sunt. Ita scilicet ut dimidiam partem sui dictorum nemorum comes haberet et aliam partem ad omnes monachos Beati Albini ab omni injuria et violentia defenderet, et de ipsis nemoribus ad omnes proprios usus monachi, sine alicujus contradictione, caperent sufficienter et dimidiam partem pasnagii de ipsis nemoribus haberent.

Terra vero culta et inculta, que nunc exempla vocantur, et prata et molendini et aque et piscatorie aquarumque decursiones monachis Beati Albini ab omni costuma libera in perpetuum remanerent.

Cum igitur ego, Gaufredus, comes Andegavensis, hec omnia a baronibus et juratis et fidelibus meis inquisissem, cognita diligentius veritate, precibus venerabilis patris nostri, domni Ulgeriii, Andecavensis episcopi, et rogatu domni Roberti, abbatis ejusdem loci, ne monachi super hoc ulterius molestarentur, authoritate sigilli mei presentem cartulam feci roborari.

Apud Balgiacum hoc viderunt et audierunt : Gaufridus de Cleeriis, consiliarius meus, Hugo de Cleeriis frater ejus, Absalon

Roonardi, Brientius de Martigneio, Oliverius de Nova Villa, Borellus de Plessiaco, Gauterius Femaute, Simon de Casteillon camerarius meus, Fulco camerarius, Gorron camerarius, Goffridus Durandi camerarius.

Si quis autem huic nostre concessioni ex successoribus nostris contraire voluerit, sciens, in primis iram Dei incurrat et cum Dathan et Abiron portionem habeat; conservantibus hec successoribus nostris sit pax et gloria in vitam eternam. Amen.

Actum est hoc apud Balgiacum, anno ab incarnatione Domini MCXLIII.

DCCCCXXXIV. — 1157-1189. — NOTICE DANS LESQUELLES LES MOINES RELATENT L'HOMMAGE FAIT A LEUR ABBÉ PAR AIMERY DE TRÈVES ET LE DON FAIT PAR CELUI-CI A L'ABBAYE DU QUART DU TONLIEU DE LA FÊTE DE SAINT-AUBIN. (Copie du XVIIIe siècle, Cabinet de M. d'Achon.)

Sciant presentes et futuri quod Haimericus de Treviis junior in capitulum Sancti Albini venit ibique Guillelmo abbati homonagium fecit. Insuper etiam quartam partem telonei de die Sancti Albini calendas marcii a primo signo vesperarum in vigilia usque post complectorium crastini diei integre, Deo et sancto Albino et monachis ejus in elemosinam dedit, et Guillelmum abbatem inde cum quadam virgula investivit, et eamdem virgulam super altare Sancti Albini posuit.

Videntibus et audientibus istis :

Ex parte Haimerici : Gaufrido de Treviis, Rotberto Muno, Frogero armigero Haimerici ;

De famulis monachorum : David de Hospicio, Chaperon de mareschaucia abbatis, Richardo Bergnadel, Richardo de Allodis, Pisce portario.

DCCCCXXXV. — 1157-1189. — CHIROGRAPHE DANS LEQUEL L'ABBÉ GUILLAUME RELATE LA CONCESSION EN CENSIVE FAITE PAR LUI A UN NOMMÉ NICOLAS D'UNE TERRE ET D'UN PRÉ SIS EN VALLÉE. (Original, Cabinet de M. d'Achon.)

Quoniam ex antiquorum traditione dirivatum novimus ut quic-

quid posteris fore [notum vellent], litterarum memorie commendarent, idcirco scribimus ad noticiam presentium et futurum quod [ego, Guillelmus], Dei gratia dictus abbas Sancti Albini, et totus mecum noster conventus, cuidam venerabili laico no[mine Nicho]lao quandam terram nostram et prata in Valeia, juxta alveum Ligeris sita, a domo Jo[hannis ar]cherii in unum, in communi capitulo concessimus, tali quidem determinatione quod [ipse vel suc]cessor ejus de unoquoque arpenno prati, singulis annis, XII denarios census, de terra vero a[rabili sex denarios] de unoquoque arpenno et decimam nobis reddet. De decima autem reddenda ista er[it ratio] quod cum messes in agris collecte fuerint, decimarius noster de Treviis summonitus a Nic[holao] vel cultore terre ad agros veniet et gerbas decimabit, quas ipse Nicholaus vel heres ejus ad domum nostram in Valeia sitam absportari faciet.

Si vero prata exarata et seminata fuerint vel in eis vinee plantate extiterint, VI denarios census et decimam, sicut de alia terra arabili, annuatim nobis reddet. Ita tamen quod nos ad illas vineas decimarium nostrum mittemus et decimam nostram sicut de aliis vineis, in fevo nostro de Valeia sitis, recipiemus et ubi voluerimus portari faciemus.

Quod si predictam terram exemplare potuerit, de ipsis exemplis sicut de alia terra arabili census et decimam nobis reddet.

Hoc viderunt et audierunt isti :

Ex parte Nicholai : Guillelmus de Parteniaco, Hucbertus filius Fulberti, Girbertus de Lavallo, Petrus Charruel et Petrulus, filius ejus ;

Ex parte monachorum : Fulco prior, Ernaudus subprior, Herbertus sacrista, Eudo armarius, Rotbertus elemosinarius, Mainerius cellararius, Gaufridus panetarius, Gaufridus hostiarius, Stephanus cantor, Fulcherius, tunc temporis prior Treviis, Johannes subcellararius.

Modo de famulis : Johannes Aculeus, prepositus Treviis, Bernardus cocus, Sigebrannus cellararius, Haimericus portarius, Gauterius Aureusdeus, Richardus, Benedictus porcherius, Orricus de Redonis, Coiro vacherius, Gaufridus de Guirchia.

Census reddentur ad festum sancti Florentii.

DCCCCXXXVI. — 1192. — CHIROGRAPHE PAR LEQUEL L'ABBÉ GEOFFROY ARRENTE A BERTHELOT, NEVEU D'AIMERY DE MÉCRIN, LE PRIEURÉ DE TRÈVES. (Double original, Archives de Maine-et-Loire, H. 110, fol. 299 et 300.)

Gaufridus, Dei gratia abbas Sancti Albini, et commune capitulum ejusdem monasterii, omnibus fidelibus ad quos littere iste pervenerint, in Domino salutem.

Universitati vestre notum fieri volumus quod cum obedientia nostra que dicitur Sanctus Albinus de Treviis nimio debito gravaretur, nos concessimus eam cuidam monacho nostro, nomine Bartholoto, nepoti Haimerici de Mecrin, cum omnibus ad eam pertinentibus, vita comite possidendam, excepta decima et pasnagio et censibus qui ad abbatiam nostram spectant, si tamen tale forifactum non fecerit quod obedientiam amitere debeat. Habebit autem unum ex monachis nostris secum, cui in omnibus necessariis honorifice providebit.

Ipse vero omnes costumas abbatie integre persolvet, videlicet : domino abbati quinquaginta solidos ; de firma annua, quinquaginta solidos in Ascensione Domini ad procurationem fratrum ; sacriste nostro, dimidium modi[i] siliginis ; domino abbati et fratribus et famulis nostris, hospitalitatem et necessaria, sicuti mos est, diligenter exibebit.

Est autem hujusmodi convenientia inter nos et Haimericum de Mecrin, avunculum ejus, quod ipse infra terminum duorum annorum prescriptam obedientiam ab omni debito solvet.

Preterea, ad augmentum obedientie de Treviis, dat in presenti unum molendinum aput Trevias, et de omnibus faccionibus eum infra unum annum integre faciet.

Quod si a dominis suis eum liberare non potuerit, quingentos solidos, sciente domino abbate et conventu nostro, in profectu obedientie mittet.

Si autem infra quinque annos prescriptum Bartholotum obire contigerit, dominus abbas et commune capitulum unum ex monachis nostris ad voluntatem Haimerici, qui ei de redditibus obe-

dientie fideliter respondeat, usque ad prescriptum terminum quinque annorum priorem obedientie de Treviis adsignabunt.

Hanc autem pactionem tenendam et custodiendam plegiaverunt ex utraque parte et in manu gratanter acceperunt : Willelmus Marquier, Gaufridus de la Varenne, Bernardus Quinio.

Actum est hoc in capitulo Beati Albini, anno ab incarnatione Domini MCXCII [1].

Hujus rei testes sunt : Odo Major, prior, Isembardus, Johannes prior claustri, Johannes armarius, Rainaldus sacrista, Gaufridus hospiciarius, Willelmus panetarius, Johannes Vignerius, monachi ;

De laicis : Petrus de Mecrin, Willelmus Major famulus, Durandus mariscallus, Willelmus de Pinceio, Ragerius de Hospitio, et multi alii.

(1) Ce qui suit manque sur l'original du folio 300 qui porte par erreur la date de 1182.

PRIEURÉ DE VAUX

DCCCCXXXVII. — 970-977. — CHARTE PAR LAQUELLE AUBERT, ABBÉ DE SAINT-AUBIN, DONNE EN MAINFERME A RENAUD ET A GIRBERGE, SA FEMME, LES TERRES DE VAUX, DE PRIGNES ET DE BOUDRÉ. (Original, Archives de Maine-et-Loire, H. 110, fol. 388; copies du XVII[e] siècle, G. 801, fol. 2, 6 et 7.)

In Dei nomine.

Notum sit omnibus fidelibus sanctę Dei ecclesie quia piissimus rex Francorum, Lotharius, dedit monasterio Sancti Albini Andecavensis, pro peccatis suis et predecessorum suorum, quandam terram que dicitur Vallis. Dedit et Perigna et Beldriacum, cum terris cultis et incultis, pratis, silvis, aquis aquarumque discursibus, et quicquid ad ista pertinere videtur.

Hec ego, Albertus, abbas Sancti Albini, concessi ad censum quatuor solidorum cuidam homini, nomine Raynoldo, et uxori ejus, nomine Girberga, sub tali ratione ut libere et quiete teneant quandiu vixerint, et habeant licentiam dandi, venundandi, tradendi et quicquid voluerint faciendi, sicut mos est ipsius pagi, salvo jure ecclesiastico.

Post obitum autem eorum, uni successori licentiam habeant dimittendi.

Si autem de jamdicto censu tardi aut negligentes extiterint, licentiam habeant legaliter emendandi, et ipsam terram non perdant, sed faciant ex ea quicquid voluerint.

Hanc autem cartam, ut firmior sit veriorque credatur, manu propria subter firmavi manibusque fratrum nostrorum roborandam tradidi.

DCCCCXXXVIII. — 970-977. — ACTE PAR LEQUEL AUBERT, ABBÉ DE SAINT-AUBIN, CONSTATE L'ACCENSEMENT DES TERRES DE

VAUX, PRIGNES ET BOUDRÉ. (Copie du XVIIe siècle, Archives de Maine-et-Loire, G. 801, fol. 7.)

In Dei nomine, Albertus, abbas monasterii Sancti Albini Andegavis, notum sit omnibus fidelibus sancte Dei ecclesie quia postulavit nos quidam homo, nomine Raynaldus, et uxor ejus, nomine Girberta, ut eis masnilos tres, hoc est Vallis et Perigna et Beldriacus, cum terris cultis et incultis, pratis, sylvis, aquis aquarumque decursibus et quidquid ad illos masnilos pertinere videbitur, quisitum et acquirendum, et inibi curtilos duos, et in alio loco mansum Gisleheri, et quicquid illic habere visi sumus, ad censum concederemus.

Quod et fecimus.

Est autem ipsa terra sita in pago Andegavo.

Ea scilicet ratione ut singulis annis, ad missam Sancti Albini que est kalendis martii, in censum persolvant quatuor solidos, et eis amplius non requiratur ; sed sub tali censu libere et quiete teneant quamdiu vixerint.

Post obitum autem eorum, uni successori licentiam habeant dimittendi.

Si autem de jamdicto censu tardi aut negligentes extiterint, licentiam habeant legaliter emendandi et ipsam terram non perdant.

DCCCCXXXIX. — Vers 1030. — NOTICE RELATANT L'ABANDON PAR GUY, FILS DE GEOFFROY D'IDRÉ, DE TOUTES SES PRÉTENTIONS SUR LA TERRE DE VAUX. (Copie du XVIIe siècle, Archives de Maine-et-Loire, G. 801, fol. 5.)

Widdo, filius Gosfredi de Isdriaco, calumpniabatur Sancto Albino terram de Vallibus, et per suum complanctum occidit Bernerius, parens suus, equas Sancti Albini et incendit domus.

Propter quod comprehensus est a comite Gosfredo et traditus est monachis Sancti Albini.

Post hec emendavit equas et domos, et terram clamavit quietam ; et super sanctas juravit reliquias quod nullam in illam terram amplius mitteret calumniam.

Et insuper fidejussores dedit hos : Iterium presbiterum, Algisum, Archenulfum de Vernida, Herveum fratrem ejus, Arduinum fratrem ejus, Girardum filium Hugonis vicarii, Rainerium de Ruscal, Adelelmum consobrinum suum, Giraldum, Artaldum, Odelinum de Minelo, Arnaldum hominem Unfredi.

Fidejussores autem Bernerii : Bencelinus frater ejus, Constantinus de Morul.

DCCCCXL. — 1038-1055. — NOTICE RELATIVE AUX TERRES DE VAUX, PRIGNES ET BOUDRÉ. (Original en mauvais état, Archives de Maine-et-Loire, G. 801, fol. 1 ; copie du XVII[e] siècle, G. 801, fol. 7, n° 9.)

Terram que dicitur Vallis et Perigna et Beldriacus antiquitus ab incolis loci Sancti Albini possessam donavit Albertus, abbas monasterii Sancti Albini, cuidam Rainaldo et uxori sue, Girberte, et uni heredi eorum post ipsos. Heres autem illorum fuit Seinfredus, qui duxit uxorem, nomine Engoiam.

Defuncto igitur Seinfredo, monachi Sancti Albini sumpserunt terram Vallis et cetera ut supra. Pro hoc accessit Engoia ad abbatem Sancti Albini et deprecata est eum ut concederet illi supradictam terram, solummodo in vita sua, causa meliorandi et edificandi molendinum et cetera que destructa erant inertia viri sui, Seinfredi. Annuente hec libenter abbate et monachis, tenuit Engoia et edificavit.

Iterum monachi resumpserunt supradictam terram, annuente comite Fulcone et Gaufrido, filio ipsius, et ipsam commendaverunt obedientiam Magnardo monacho, ut edificaret eam monachi[li]ter.

Illo autem tunc tempore, insurrexit Guiddo, filius Gosfridi de Hisdriaco, et supradictam terram monachis calumpniavit ; sed postea quietam adclamavit, sicut infrascriptum est.

Guiddo, filius Gosfridi de Hisdriaco, guirpivit Walterio, abbati Sancti Albini, et monachis terram Vallis, quam calumniabatur, boschum et planum et molendinum et forsjuravit, et post dedit

fidejussores ut si nullus ex parentibus suis calumniaretur, ipse defenderet in curia contra omnes homines.

Deinde vero Walterius abbas dedit illi Guidoni et matri sue pro misericordia, quia vidua erat, et pro meliore servitio, quartam partem molini, et ipsius terre pasnagium, scilicet de porcis suis dominicis et unum chaballum.

Et per talem convenientiam ut, quamdiu viveret, et mater sua teneret, et postea unus heres suus, de uxore solummodo. Q[u]o mortuo, revertatur ad locum Sancti Albini in dominium.

APPENDICE

DCCCCXLI. — 1033-1036. — CHARTE PAR LAQUELLE YVES DE BELLÊME, ÉVÊQUE DE SÉEZ, FAIT DON A L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN DE L'ÉGLISE DE SAINT-OUEN-DE-VILLIERS QUI FAISAIT PARTIE DE SON PATRIMOINE[1]. (Original, B. N., latin 17060, fol. 69.)

Immensa Dei bonitas per sacras scripturas commonens nos ad aeternam requiem tendere sic omnes nos in extrema judiciali sententia concludit, ut si in hac vita animarum nostrarum obliviscamur nullam excusationem ante vultum ejus habeamus cujuscunque facultatis parve vel magne simus. Quia enim nos non unius possibilitatis esse cognovit precepta viribus quidem uniuscujusque convenientia nobis dedit ; sed que singulos ad mercedem specialis meriti perducant licet communis glorie sufficientiam promittant attestante sacro eloquio : « Qui plus laborat, plus mercedis accipiet. » Hujus igitur dominice ammonitionis memor, ego, Hivo, episcopus, cum Dominus dicat : « Cui plus committitur, plus ab eo requiretur, » de possessionis mee habundantia spiritu pauperibus impartiri propter Deum volui, qui, secundum Evangelium coagitatam mensuram in sinum meum darent.

Monachis itaque Sancti Albini Andecavensis quasdam res meas dedi, bene quidem et proinde elemosinam faciens his qui suimet etiam proprietate despecta sola oratione benefactoribus suis retribuentes digni sunt ab omnibus unde vivant accipere qui pro

(1) Grâce aux personnages nommés dans cet acte, il est possible de le dater d'une façon précise entre la prise de possession de Bellême par Guillaume II dit Talvas et le décès d'Herbert I, comte du Maine. Le Geoffroy qui y figure est non pas Geoffroy Martel, comte d'Anjou, mais Geoffroy I, comte du Perche, mort vers 1040.

omnibus non cessant vigilare, sed quia humana fragilitas tante inconstantie permaneat ut animus ipse ejusdem voluntatis semper esse nequeat, ne dum corpus duret quod cotidie deficiens ad extremum mori non dubitat.

Placuit mihi sub certa assignatione nomina earum rerum scribi : scilicet ecclesiam Sancti Audoeni de Villare, que intra silvam Blavos[1] sita est, cum duabus villis que ad eandem parrochiam pertinent, scilicet Rugamar et Ruvolers desuper Sartam ; et has omnino proprias esse Sancti Albini, excepta domo Adelelmi, quam ad hospitandum mihi retineo, liberas ab omni exactione, nulli homini consuetudinem nec aliquem questum neque solutionem, nisi supradicto Sancto, preter forestagium de masura, unum sextarium et de borderia dimidium reddentes. Pasnagium autem sufficienter do porcis propriis Sancti Albini et hominibus ejus earum villarum habitatoribus.

De silva vero tam viridi quam sicca absque precio quantum opus fuerit supradictis habitatoribus et monachis illic conversantibus in perpetuum concedo.

Insuper etiam omnibus quicunque pro amore Dei de rebus suis ad fevum meum etiam pertinentibus dare vel vendere monachis voluerint permitto.


Ut autam donum meum hoc absque calumpnia Sanctus Albinus in eternum habeat, firmo illud per manus Gaufridi comitis ; postea per manus Herberti, Cenomannensis comitis, de cujus dominio fevum pendet ; firmantibus idem donum meum Guillelmo, fratre meo, atque Seinfredo, cum nepotibus meis : Oliverio, Warino, Willelmo et Mabilia, nepte mea. Preterea omnibus spem hereditatis in me habentibus.

Signum Hivonis † Sagiensis episcopi.

Quisquis, me vivente, aut me moriente, aliquid auferre voluerit de his supracriptis pereat memoria eorum de terra viventium ;

(1) La forêt de Blavou, située au Sud du département de l'Orne, près de la Sarthe. Mais le nom de Saint-Ouen-de-Villiers a disparu de cette région, et nous ne saurions proposer aucune identification pour cette localité qui paraît être sortie de très bonne heure du patrimoine de Saint-Aubin.

nesciat Solaris circulus locum eorum ; et pereant in secundo adventu Domini.



DCCCCXLII[3]. — 1082-1096. — CHARTE PAR LAQUELLE LES MOINES DE SAINT-AUBIN ABANDONNENT EN USUFRUIT A MARBODE, ARCHIDIACRE D'ANGERS, DEUX ARPENTS DE VIGNES SITUÉS A L'ÉPAU. (Copie du XIIe siècle, Bibliothèque d'Angers, ms. 714, fol. 102[4].)

Ego, Girardus, abbas Beati Albini, et tota congregatio fratrum concessimus Marbodo, fideli nostro et amico, ad petitionem ipsius, causa dilectionis et caritatis, duos arpennos vinee qui sunt apud Espaltum, quos delegavit Sancto Albino post mortem suam Ainstrudis, uxor Tehbaldi Aurelianensis. Quam concessionem tali tenore fecimus et tali determinatione ut tantum in vita

(1) Roger de Montgommery, époux de Mabille, fille de Guillaume Talvas, qui du chef de sa femme fut seigneur de Bellême en 1070, lors du décès d'Ives.

(2) C'est cet Olivier sans doute qui fut accusé du meurtre d'Arnoul Talvas et qui, entré à l'abbaye du Bec, y acquit une réputation qui semble incompatible avec le crime en question. (Voir *Historiens des Gaules*, XI, 31 ; la *Chronique de Guillaume de Jumièges*).

(3) Nous ajouterons ici quelques documents dont nous avons eu connaissance au cours de l'impression du volume. Ces pièces avaient été copiées au XIIe siècle à la fin d'un manuscrit de l'abbaye de Saint-Aubin, aujourd'hui conservé à la Bibliothèque d'Angers, qui contient le martyrologe d'Usuard et la règle de Saint-Benoît

(4) Nous imprimons ici dans son texte intégral cette pièce dont nous avions donné, sous le no CCCCV, un texte tronqué par le copiste de Gaignières, tel qu'il nous avait été fourni par le manuscrit latin 17126 de la Bibliothèque nationale.

sua Marbodus usu fructuario eos possideat ; post mortem vero ipsius, statim ad dominium nostrum revertantur absque ulla contradictione vel interpellatione alicujus persone.

Quod nequando oblivioni tradatur, ipso Marbodo presente in capitulo nostro, hanc scripturam fecimus legi coram testibus quorum nomina sunt subscripta : Hugo, frater ejus, Herveus, nepos ejus, Hucbertus clericus Tricator, Rainaldus, clericus ejus, Giraldus prepositus, Radulfus Porpenset, Audulfus, prepositus Sancti Albini, W.... [1], Gaufridus Lunellus, Haimarus Malspetit, Warnerius Bornitus, Albertus secretarius, Albertus pistor, Gualterius forestarius, Gualterius, Daniel carpentarius, Albertus de Folmuthon, Archembaldus porcarius.

DCCCCXLIII [2]. — 1082-1096. — DON DE CINQ ARPENTS DE VIGNE FAIT PAR SAINT-AUBIN A PÉAN BOVET, CHANOINE DE SAINT-MARTIN D'ANGERS. (Copie du XIIe siècle, Bibliothèque d'Angers, ms. 714, fol. 102.)

Simili pacto donaverunt abbas Giraldus et monachi Sancti Albini, in capitulo suo, Pagano Bovet, canonico Sancti Martini, quinque quarterios vinee.

Audientibus et videntibus ex familia Sancti his testibus : Rainaldus Recordellus, Rainerius Gaudinus, Firmatus, Audulfus corvesarius.

DCCCCXLIV [3]. — 1082-1106. — CONCESSION VIAGÈRE D'UN ARPENT DE VIGNE, SIS AU LIEU DIT TRENTE GIRONS, ET DU FOIN D'UN ARPENT DE PRE FAITE PAR SAINT-AUBIN A JEAN LE MÉDECIN POUR LES SOINS PAR LUI DONNÉS AUX MOINES DE L'ABBAYE. (Copie du XIIe siècle, Bibliothèque d'Angers, ms. 714, fol. 108, v^o.)

Girardus, abbas Sancti Albini, et tota congregatio fratrum dederunt Johanni medico, pro eo quod eis de arte sua plurimum

(1) Déchirure du manuscrit.
(2) Cette notice aurait dû prendre place à la suite du numéro CCCCV.
(3) Cette notice aurait dû prendre place à la suite du numéro CCCCX.

servierat et magis serviturus erat, unum arpennum vinee qui est ad locum qui dicitur Triginta Girons, tali pacto ut eum in vita sua tantum possideat ; post mortem vero ejus vel si monachus devenerit, statim ad dominium Sancti Albini revertatur.

Dabunt quoque ei omni anno fenum de uno arpenno prati ubi delegerint, ut fidelius et devotius eis serviat.

Huic donationi vel conventioni in capitulo Sancti Albini facte affuerunt testes, Johannes medicus, Sancti Nicholai monachus ; Firmatus mariscallus ; Aldulfus et Giraldus, corvesarii ; Warinus Grossus Homet ; Tantardus cocus.

DCCCCXLV[1]. — 1127-1147. — L'ABBÉ ROBERT ASSOCIE HERVÉ, ABBÉ DE SAINT-MELAINE DE RENNES, AUX PROFITS SPIRITUELS DE L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN. (Copie du XIIe siècle, Bibliothèque d'Angers, ms. 714, fol. 102, v^o.)

Ego, R[obertus], abbas, et commune capitulum Sancti Albini concessimus Herveo, abbati Sancti Melanii, ut post obitum ejus faciamus pro eo sicut pro monacho nostro professo.

DCCCCXLVI[2]. — Vers 1200. — UNION DE PRIÈRES ENTRE L'ABBAYE DE SAINT-AUBIN D'ANGERS ET L'ABBAYE DE SAINT-EVROUL. (Copie du XIIe siècle, Bibliothèque d'Angers, ms. 714, fol. 102, v^o.)

Audivimus, Apostolo dicente, quoniam plenitudo legis est caritas. Quae ut plenius inter nos et monachos Sancti Ebrulfi firmaretur, ordinavimus ut quando obitus cujuslibet eorum fuerit nuntiatus, septem plena officia pro eo faciamus et diebus triginta *Verba mea* et *Voce mea* canamus.

Hoc idem facient et ipsi pro defunctis nostris.


(1) Cette charte aurait dû prendre place à la suite du numéro CCCCLI.

(2) Cet acte d'union de prières aurait dû prendre place à la suite du numéro DLXXVII.

TABLE

DU TOME SECOND

MAMERS. — TYP. G. FLEURY ET A. DANGIN. — 1898.



THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
59 QUEEN'S PARK CRESCENT
TORONTO — 5, CANADA
.8950